


258.

WENCESLAI TRNKA
DE KRŽOWITZ

S. R. I. EQUITIS MEDIC. DOCT.
IN REG. UNIVERS. BUDENS.
PATHOLOGIÆ
PROF. P. O.

HISTORIA
OPHTHALMIÆ

OMNIS ÆVI OBSERVATA
MEDICA CONTINENS.



VINDOBONÆ
Proſtat apud RUD. GRÆFFERUM.
CIↃ IↃCC LXXX III.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ILLUSTRI

AC

INTEGERRIMO

VIRO

JOSEPHO FRIDERICO

NOBILI

DE TOMASONI

REGNI BOHEMIÆ

NEC NON

SACR. ROM. IMPERII

EQUITI

HOC SUUM

DE

OPHTHALMIA

OPUS

IN

PERPETUUM

AMICITIÆ

GRATITUDINIS ET OBSERVANTIÆ

MONUMENTUM

D. D. D.

AUCTOR.

SERIES OPERIS.

PARS I.

PARS II.

SECTIO I.

PHARMACA.

SECTIO II.

CHIRURGIA.

SECTIO III.

*
* *

HISTORIA



HISTORIAE OPHTHALMIÆ

PARS I

DE NATURA AC VARIETATE OPHTHALMIAE.

CAPUT I.

DEFINITIO.

§. I.

OPHTHALMIA (ὀφθαλμία ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ ab oculo) non nullis, quos inter etiam JACCHINUS teste P. FORESTO (*a*) est, genericum prorsus cujus-

(*a*) Obs. et cur. medic. Lib. II. schol. ad obs. I.

cunque morbi oculos affligentis nomen esse videbatur, ut *ophthalmiam* idem ac *morbum oculi* esse, nec nisi per antonomasiam inflammationi oculorum nomen hoc a Græcis tribui, contenderint. Sed ut ut hæc sint, certum tamen est, ab nemine Græcorum ophthalmiæ nomen ulli alteri ægritudini præterquam inflammationi oculorum fuisse inditum, et id soli quidem inflammationi tunicæ adnatæ, quod ex GALENI (*b*) verbis colligitur dicentis: „ ophthalmia quidem est in„ flammatio membranæ, quæ adnata est „ corneæ, ex accidenti vero est totius „ oculi morbus „. Hodierni tamen pathologi nihil hic accidenti dandum esse volunt, statuuntque ab eadem causa, quæ adnatæ inflammationem produxit, eam ceteris quoque perinde oculi partibus ab ipsa consciscí posse, si modo tanta causæ hujus fuerit intensitas, ut in illas usque suam exserere vim queat. Quæ cum ita sint, *ophthalmia est inflammatio in oculo vel solius adnatæ vel aliarum quoque partium*, ut corneæ, uveæ, &c. vel ut J. PLENCK (*c*) ait „ est . . . conjunctivæ „ vel totius bulbi ocularis inflammatio „

(*b*) De different. morbor. Cap. 13.
(*c*) Doctrina de morbis oculor. p. 70.

Mirari itaque hicce ſubit definitionem BOERHAAVII (*d*) dicentis : „ oph„ thalmia . . . eſt inflammatio vera tu„ nicæ adnatæ et corneæ in oculo con„ ſpicua „; quaſi vero ſola adnata citra extraque corneam inflammari non poſſet, vel eatenus inflammata ophthalmiæ nomine eſſet indigna.

§. 2.

Latinis ophthalmia dicitur *lippitudo*, ita Græcum vocabulum Latine reddente A. C. CELSO (*e*), ut ut admodum improprie ; quandoquidem *lippa* oculorum lemas e materia alba ſpiſſa puriformi enatas notat, cujus ope palpebræ ſpatio noctis ita inter ſe glutinantur, ut ſine moleſtia dirimi nequeant : hinc ſordibus hujusmodi laborantes oculi *lippi*, ipſaque hæc affectio eorum *lippitudo* nuncupatur ; quæ cum ophthalmiæ ut plurimum ſit comes, iſta hinc apud Latinos nomen traxit, quod aptius ad id vocabulum haud ſuppeteret. Cum autem ſæpenumero accidat, ut in leviore oculorum Xerophthalmia nihil id genus ſordium colligant

(*d*) l. c.
(*e*) De medicina L. 2. C. 1. & L. 6. C. 6.

oculi; ſuapte natura liquet, quam abſone Xerophthalmia (*f*) *lippitudo arida* dicatur (*g*).

CAPUT II.

GENERA.

§. 3.

Ophthalmiam varii pro modulo pathologici ſui ſyſtematis varias in claſſes diſpeſcunt, generaque hujus ægritudinis admodum numeroſa condunt, adſcitis huc etiam cauſis cum proegumenis tum procatarcticis; quas cum ego a generibus morborum nunquam non ſejungere conſveverim, ophthalmiam quoque ad 5 tantummodo genera cogendam putavi, quæ ſuppeditant

1. Sedes
2. Gradus inflammationis
3. Duratio
4. Habitus
5. Cauſæ. Quapropter

(*f*) Vide §. 6. No 1.
(*g*) CELSUS l. c. L. 2. C. 1.

§. 4.

I. SEDES *ophthalmiæ* cum alteruter aut uterque oculus esse soleat, ac porro cum inflammatio jam extimam oculi tunicam adnatam jam intimiorem uveam choroidemve afficere observetur; erit ophthalmia

1. *Monocula*, quæ alterutri oculo tantummodo infesta est. Per decursum hujus libelli non paucos videre erit, ophthalmiam aut dextri tantum oculi, ut ALIXII (*h*) adolescenti accidit, aut sinistri, ut AMATI (*i*) erudito evenerat, perpessos, adeo ut cum cl. OEHMB (*k*), et PEZOLDI (*l*) juvenis, et ROMMELII (*m*) puella complures ophthalmiæ recursus fuissent perpessi, illa alternis jam dextrum jam sinistrum tantum oculum invaserit. „ Pannificis . . . filia 13 anno-„ rum (narrat ille) ab aliquot jam an-„ nis serosis et acribus destillationibus „ et defluxionibus obnoxia singulis annis „ tempore vernali, præsertim circa æ-„ quinoctium, ophthalmia gravi corri-

---

(*h*) Vide §. 77.
(*i*) Vide §. 72. I. D. No 6.
(*k*) Vide §. 48. No 4.
(*l*) Vide §. 65 No 3. c).
(*m*) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 2. obs. 211.

„ pitur cum doloribus inflammatoriis ma-
„ ximis, tumore, rubore, tantaque vi-
„ ſus imminutione, ut vix diem a nocte
„ diſcernere, lucem non tolerare, ea-
„ que etiam, quæ oculo admoventur,
„ viſuique objiciuntur, minime cognoſce-
„ re poſſit, non ſine periculo omnimo-
„ dæ facultatis videndi ablationis, quia
„ pupilla quaſi velamine obducta con-
„ ſpicitur. Hæc annuatim revertens oph-
„ thalmia ſubinde tam pertinax fuit, ut
„ per aliquot, imo quandoque plures
„ ſeptimanas, vix compeſcibilis exſtite-
„ rit, ægramque continuis doloribus ex-
„ cruciarit atque defatigarit; quamvis
„ præter Væ S. et ſetaceum nullum reme-
„ diorum genus omiſſum fuerit, et juxta
„ univerſalia medicis dicta, omnia alia
„ in tali affectu in et externe ad et ex-
„ hiberi ſolita, capiti, fronti, vertici,
„ nuchæ, ſcapulis, oculis ipſis, brachiis,
„ pedibus, &c. applicata; collyria, ca-
„ taplaſmata, ungventa, pulveres, &c.
„ pentacula et amuleta varia varie uſur-
„ pata et appenſa ſint. Hactenus tamen
„ ſemper . . . continuatis alias uſitatis
„ collyriis, et interne cerebrum et viſum
„ corroborantibus, etiamſi de viſu recu-
„ perando aliquoties jam deſperatum ſit,
„ denuo reconvaluit, viſusque integre
„ reſtitutus fuit. Quod in hoc caſu no-

„ tatu maxime dignum mihi videtur, eſt,
„ quod hæc anniverſaria ophthalmia non
„ ſemper unum eundemque oculum vel
„ ambos ſimul, ſed ſingulis annis unicum
„ dumtaxat oculum, modo dextrum mo-
„ do ſiniſtrum, alternatim affligat, et in
„ eodem tyrannidem ſuam exerceat.
„ Præterito tamen vere præter hactenus
„ obſervatum ordinem denuo oculum ſi-
„ niſtrum invaſit; cum tamen, ſi con-
„ ſvetum typum obſervaſſet, hac vice
„ dextrum corripere debuiſſet. Sed ...
„ hac etiam vice valetudini reſtitutus eſt.
„ Reliqui etiam liberi iſtiusmodi deflu-
„ xionibus ad oculos valde obnoxii ſunt;
„ ſed mitius ab iisdem habentur. Quid
„ in poſterum futurum, et utrum com-
„ parentibus ſuo tempore catameniis ea-
„ dem iterum ſit reverſura, tempus do-
„ cebit „.

2. *Utriusque oculi*, idque aut ſimul ac ſemel, aut inflammatione ex uno oculo ſenſim in alterum quoque obrepente; cujus utriusque rei exempla poſtmodo paſſim occurrent.

3. *Interna* porro ophthalmia eſt, quæ iridem, uveam, choroideamve tenet. Hæc *phlegmone oculi*, ab non nullis voci-

tatur, *ophthalmites* vero ab R. A. VOGELIO (*n*) eſt appellata.

4. *Externa* denique eſt, quæ tunicam adnatam, ac interdum corneam quoque, pro ſede nacta eſt. Atque hæc omnium eſt frequentiſſima; quæ ab non nullis bifariam rurſus dirimi ſolet, diciturque

a) *Totalis*, dum omnem adnatæ ſuperficiem inſedit; ſecus partialis, ſpeciatimque

b) *Angularis* ab SAINT-YVESIO (*o*) memoratur, dum in alterutro tantum oculorum cantho eſt conſpicua.

§. 5.

II. GRADUS *inflammationis* non ubique idem eſt; quandoquidem *ophthalmiæ* ſunt, non omnia, ſed aliqua tantum, inflammationis phænomena exhibentes, aliæ contra toto ejusdem charactere conſpicuo præditæ. Hæ non abs re *perfectæ*, illæ *imperfectæ* vocari poſſunt: atque ſic anxietas illa, quam aliqui e difficultate oph-

(*n*) De cogn. et cur. præcip. C. H. affectionib. §. 178.

(*o*) Von denen Krankheiten der Augen 2 Th. 4 Cap. 5 art. p. m. 178.

thalmiam rigore dialectico definiendi conceperunt, evadet curabilis. Huc itaque pertinent

1. *Taraxis* (τάραξις) seu *oculi perturbatio*, i. e. ophthalmia imperfecta sive (ut aliis præplacet, atque in idem recidit) inchoata, in qua proinde solennia inflammationis phænomena nec omnia semper nec nisi leviori in gradu præsto sunt, ut alibi (*p*) enucleatius visuri sumus. P. AEGINETA (*q*) id insuper taraxi peculiare esse voluit, quod a manifesta tantum causa (ut sole, fumo, pulvere, vino, esu acrium, ictu, &c.) oboriatur: „ experientia tamen, inquit „ P. FORESTUS (*r*), constat, non raro „ ab interna excitari „. Atque hæc ratio est, cur taraxis ab non nullis *ophthalmia spuria* fuerit compellata (*s*).

2. *Chemosis* (Χήμωσις) vero est gravissima oculi inflammatio (proinde ophthalmia perfecta, in qua non modo omnia inflammationis phænomena manifeste adsunt, sed simul vehementiori in gradu,

(*p*) Vide §. 25. sqq.
(*q*) Lib. 3. Cap. 22.
(*r*) Observ. & curat. med. Lib. 11. schol. ad Obs. 1.
(*s*) Ibid. & GUERIN Versuch über die Augenkrankh. 1 Th. 1 Abschn. §. 1. p. 9.

ita ut adnata oculi insigniter rubeat, tumeat, doleatque cum febre) cum tanto adnatæ tumore, ut intra illum cornea veluti in fossa aut fovea quadam videatur esse locata. Unde nomen etiam traxisse mihi videtur; etenim χήμη et conchæ marinæ hiantis nomen est, et mensuræ cavæ apud Atticos, conchæ forte dictæ capacitatem æquantis, quarum cavum oculi chemosis æmulari est visa. Singula chemoseos symptomata pro magnitudine sua non multo post (*t*) recensebuntur. Chemosis certe fuit, quam perpessi sunt ægri 4 JANINI (*u*), 5 SCHMUCKERI (*x*), femina RICHTERI (*y*), matrona S. YVESII (*z*), adolescens TILLINGII (*a*), vir SCHUSTERI (*b*), ac mater cum prole apud Vratislavienses (*c*).

(*t*) Vide §. 25. sqq.
(*u*) Vide §. 55 B. No 8. et §. 34 No 1. a).
(*x*) Vide §. 35 No 5. §. 54. & histor. 14. 15. 16.
(*y*) Obs. chirurg. Fasc. 1. Cap. 13. Obs. 5. p. 135.
(*z*) Vide §. 22. No 5.
(*a*) Vide §. 72. I. A. No 2.
(*b*) Vide §. 64.
(*c*) Vide §. 72. I. D. No 7.

§. 6.

III. HABITUS *ophthalmiæ* duplex duo quoque ejusdem genera ſuppeditat, eſtque ophthalmia

1. *Sicca*, Græcis *Xerophthalmia* (ξηροφθαλμία) dicta, ſive oculi inflammatio citra ullum ſimultaneum ex eodem humorum effluvium, qualem deſcripſit L. HEISTERUS (*d*); quæ ſi majorem bulbi palpebrarumque duritiem, dolorem, ſiccitatemque præ ſe ferat, *Sclerophthalmia* (σκληροφθαλμία) vocatur: ſin minus, tunc CELSO (*e*) notante „ ſub hoc (ophthalmiæ genere) „ neque tument, neque fluunt oculi, „ ſed rubent tantum, et cum dolore quo- „ dam fere levi ac prurigine graves ſunt, „ et palpebræ citra duritiem ullam no- „ ctu prægravi pituita inhæreſcunt „. Unde id genus xerophthalmia ad taraxin, ſclerophthalmia vero ad chemoſin verget.

2. *Humida*, HIPPOCRATI (*f*) ὀφθαλμία ῥοώδες dicta, ſive oculi inflammatio cum humoris cujuſpiam inde profluvio. Cum vero humor hic diverſæ

(*d*) Vide hiſtor. 7.
(*e*) l. c. Lib. 6. Cap. 6. art. 29.
(*f*) Epidem. L. 1. Sect. 2. Stat. 2. p. m. 943.

indolis (duplicis ut plurimum) esse soleat; ophthalmia quoque humida est vel

a) *Serosa*, ubi serum lacrymis fervidis mistum ex oculis ubertim profluit. Atque hocce ophthalmiæ genus omnium est longe frequentissimum, ut in plurimis posthac exemplis patebit. Vel vero

b) *Saniosa*, ubi sanies purulenta ex discussis abscessibus aut ulceribus saniosis ad oculos translata, eos inflammat, indeque iisdem prædita dotibus, cum queis aut in abscessu coercebatur, aut ex ulcere patulo profluebat antea, jugiter dimanat. Saniosam id genus ophthalmiam ab exanthemate cutaneo retropulso in juvene vidit RIBE (g), ac sæpenumero illis accidit, qui præpostera medicatione gonorrhœam syphiliticam sibi represserunt; enimvero „ biduo vel „ triduo post suppressam gonorrhœam, „ inquit J. PLENCK (*h*), oritur uberri„ mus fluxus ex oculo rubente humoris „ puriformis, albo-flavescentis, et ma„ teriæ gonorrhoicæ ante ex pene stil„ lanti simillimi. Rubor oculorum fere „ semper in chemosim seu adeo gravem

---

(g) Vide §. 55. B. No 8.
(*h*) Doctr. de morbis venereis p. 81.

„ inflammationem abit, ut cornea obscu-
„ retur, et ob enormem membranæ al-
„ bugineæ intumescentiam in foveam qua-
„ si depressa appareat „ quod SCHMU-
CKERI (*i*) juvenis ante alios est expertus.

§. 7.

IV. DURATIO *morbi* cum perinde sit admodum varia, ophthalmia quoque sic duplicis erit generis, nimirum

1. *Acuta*, quæ celeriter et cum periculo oculi decurrit: cujusmodi præsertim chemosis est; id tamen peculiare sibi habet gravis hæc ophthalmia, quod sæpius præter morem inflammationum graviorum in longius excurrat tempus. Nam cum 14us dies terminus sit acutorum morborum non usque adeo vehementium, ophthalmiæ acutiores multum sæpe ultra hunc terminum excurrere solent, ut deinceps exempla docebunt.

2. *Chronica*, aliis *habitualis* dicta, quæ vel continenter durans perquam diu detinet, vel crebrius recurrendo in diuturnitatem tendit. Habituales ejusmodi

---

(*i*) Vide histor. 16.

ophthalmias ſuſtinuere ægri BORELLI (*k*), KIRCHMEYERI (*l*), ruſticus RIVERII (*m*), puer SIBBERNII (*n*), feminæ ACRELII (*o*), LENTILII (*p*), POUPARTI (*q*); puellæque binæ GOHLII (*r*), et cujus NOSE (*s*) meminit. Eſt proinde ophthalmia chronica rurſus duplex, videlicet vel

a) *Continua*, quam HEISTERI (*t*) juvenis toleraverat, vel

b) *Recurſans*, eaque

1) *Vaga*, id eſt incertis temporibus reverti ſolita, qualem teſte HENZE (*u*) ancilla quædam per 7 annos, aliique complures paſſim poſtmodo dicendi, diuturno ſatis tempore pertulerunt, quos inter duo ægri HEISTERI (*x*) ſunt referendi.

2) *Periodica*, quæ ſtatis temporibus reverti obſervatur, ut quæ

(*k*) Vide §. 47.
(*l*) Vide §. 59 No 1. & §. 72. I. D. No 2.
(*m*) Vide §. 47.
(*n*) Vide §. 72. I. D. No 8.
(*o*) Vide §. 35 No 4.
(*p*) Vide §. 65. No 3. b).
(*q*) Vide §. 72. I. D. No 8.
(*r*) Vide §. 22 No 2 & 6.
(*s*) Vide §. 42 No 5.
(*t*) Medic. chir. u. anat. Wahrnehm. 2 Band No 321.
(*u*) Vide §. 76. e).
(*x*) l. c. 1 Band No 298. 301.

GOHLII (*y*) judæo ita exſtitit moleſta, et quæ ſingulis menſibus PEZOLDI (*z*) puellæ, virgini WOLFFII (*a*), monachoque ZACUTI (*b*), ſpeciatim vero omni plenilunio REIMANNI (*c*) puero, revertebatur. Alios ex annuis intervallis affligere conſvevit, ut OEHMBIUM (*d*), et ſeptuagenarium LAHMII (*e*), ac BIERLINGII (*f*) mulierem, quam trimeſtri ſemper detinebat. Per vicenos annos HOFFMANNI (*g*) Principem Junio quovis prehendit, in 6 ſemper hebdomadas durans; feminæ vero ejusdem (*h*) quolibet Octobri reverſa menſes aliquot affligebat. RIVERII (*i*) puellam quolibet autumno invadens tota deinde hyeme vexabat; ROMMELII (*k*) vero puellam quovis vere corripiens non niſi poſt aliquot ſemper hebdomadas conquieſcebat. Aliquando autem ſub his ophthalmiis periodicis febris intermittens latet (*l*).

(*y*) Vide §. 42 No 2.
(*z*) Vide §. 22 No 4.
(*a*) Vide §. 37 n. 2 a).
(*b*) Vide §. 54.
(*c*) Vide §. 65 n. 3 f)
(*d*) Vide §. 48 n. 4.
(*e*) Vide §. 72 L. No 1. h).
(*f*) Vide §. 65 n. 3. f).
(*g*) Vide §. 59. n. 2.
(*h*) Vide §. 42. n. 2.
(*i*) Vide §. 41 n. 2.
(*k*) Vide §. 4. n. 1.
(*l*) Vide §. 43 n. 4.

§. 8.

V. CAUSA denique ſpectata, uti plurimi alii morbi, ita ophthalmia quoque duplex eſt, ſcilicet

1. *Protopathica*, quæ ab nullo aut prægreſſo aut præſente morbo, ſed a ſolo commiſſo in 6 rebus non naturalibus errore, oboritur, v. g. ab illapſis acribus, immodica lucubratione, potu, &c.

2. *Deuteropathica*, quæ morbo alteri ſive prægreſſo (v. g. variolis) tanquam effectus, ſive præſenti (v. g. cancro, ſcrophulis, &c.) velut ſymptoma ſupervenit, variamque pro diverſitate morbi, a quo proficiſcitur, curationem expoſcit: id quod maximam in praxi therapeutica exigit attentionem.

CAPUT III.

PROEGUMENAE CAUSAE.

§. 9.

1. ÆTAS, *ſexusve* nihil hic diſcriminis habent; potior juxta ac ſequior ſexus malo huic eſt objectus, nec ulla etiam ætas quemquam ab eodem vindicat; a cunis ad annos uſque decrepitos

vagatur

vagatur morbus. RIVERII (*m*) ſane infans recens natus erat, et 14 dies habuit SCHMUCKERI (*n*) puella, et J. C. A. THEDENII (*o*) puſio non dum aniculus erat, dum ophthalmia laborarunt; ſeptuagenarii autem fuerunt ægri GENSELII (*p*), HILDANI (*q*), LAHMII (*r*), LIMPRECHTI (*s*), ac RIEDLINI (*t*), hoc ipſum ægritudinis genus perpeſſi.

§. 10.

2. GENTILITIA *labes* ad harum cauſarum claſſem non immerito accenſeri poterit; ſiquidem puellæ ROMMELII (*u*) caſu id edocemur.

§. 11.

3. IDIOSYNCRASIA quoque interdum ſubeſſe videtur, quæ ophthalmias

---

(*m*) Vide §. 72. I. A. No 6.
(*n*) Vide §. 54.
(*o*) Bemerk. u. Erfahr. zur Bereicherung der Wudarz. 1 Th. 25 Abſchn. p. 172. ſq.
(*p*) Vide §. 62 No 2.
(*q*) Vide §. 33.
(*r*) Vide §. 72. II. No 1. h).
(*s*) Vide §. 33.
(*t*) Vide §. 18. et §. 41. No 1.
(*u*) Vide §. 4. No 1.

identidem movet. Unum hanc in rem exemplum V. RIEDLINUS (*x*) memoriæ prodidit, nempe „ juvenis quidam „ 24 annorum, horologiopœus, in pue„ ritia quidem catarrhis ſat gravibus ob„ noxius, ex illo tamen tempore, ex „ quo pueritiæ annos prætergreſſus fuit, „ . . . bene valuit, niſi quod interdum „ ophthalmia correptus fuerit: in cujus „ cauſam cum ipſemet attentius inquiſi„ viſſet, notavit, quod quotiescunque „ . . . cereviſiam (fuſcam dictam) bi„ bat, eadem ſtatim ſubſequatur; cum „ ab altera cereviſia non habeat, quod „ metuat, quin et vinum oculis omnino „ ſalvis bibere poſſit. Inde et hunc po„ tum per bene longum temporis ſpatium „ omnino ſepoſuit, oculis interea ſemper „ integris uſus; at cum nuper in gra„ tiam ſodalium non integram menſuram „ denuo evacuaſſet, altero die conſve„ tum malum rediit„.

§. 12.

4. LAXITAS *irritabilitasve oculi* juſto major, quam præſertim ophthalmia aut vehementior aut ſæpius jam prægreſ-

(*x*) Lin. med. ann. 3. Octobr. 25. p. 722.

ſa poſt ſe relinquere ſolet. Sic DOBSONI (y) ægra, ubi poſt contuſionem oculi in ophthalmiam incidiſſet, deinde a ſolo catarrho eandem denuo contraxit. Quod plurimis quoque aliis eveniſſe paſſim deinde videbimus. Neque minus huic malo obnoxii ſunt, quibus ſyſtema nervoſum irritabilius obtigit cum inſigni ſolidorum laxitate, velut ſuccenturio GEACHII (z).

§. 13.

5. CONSENSUS *oculorum* mutuus, quo fit, ut alteruter gravius diutiusve inflammatus haud ita multo poſt alteri quoque eandem labem communicet, quemadmodum accidit in ægris DELII (*a*), GOHLII (*b*), HEISTERI (*c*), HILDEBRANDII (*d*), LAYARDI (*e*), RIDLEY (*f*),

(*y*) Vide §. 39.
(*z*) Vide §. 48 No 2.
(*a*) Vide §. 72. I. B. No 1.
(*b*) Vide §. 22. No 6.
(*c*) Vide §. 49 No 2.
(*d*) Vide §. 46.
(*e*) Vide §. 79.
(*f*) Vide §. 41. No 1.

SAINT-YVESII (*g*), SAUNDERI (*h*), SCHUSTERIque (*i*).

§. 14.

6. CACHEXIAE variæ, in primis vero

a) *Serosa* acris, qualis adfuit in casu G. W. WEDELII (*k*), nempe „ pistor 50 circiter annorum quoddam velut diluvium „ patiebatur seri scorbutici acris et salsi „ in capite. Fluxio seu catarrhus nasum occupabat, postquam diu hactenus odorari non potuerat; unde depluus mentum in primis superius exulcerabat cum crustis insignibus (mentagram dixisses aptissime); oculos vero utrosque ophthalmia gravissima cum summa et tantum non flammea rubedine. Ichorosa materia ex auribus quoque affectabat exitum, et in occipite scaturiebat eadem cum fœtore. Applicata ad abarcendum morbum quæcunque generosa excogitari poterant, purgantia, antiscorbutica, vesicatoria, collyria, aliaque; sed frustra omnia. Adeo enim invaluerat seri vitium, ut humores vitales oculorum et domestici suppurationem subirent, destruerentur,

(*g*) Vide §. 22 No 5.
(*h*) Vide §. 37 No 2. a).
(*i*) Vide §. 64.
(*k*) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 2. obs. 183.

„ et conciderent. Unde cum machina „ oculi utriusque exacta una alteraque „ hebdomade deturpata viſeretur, actum „ eſſe de iisdem ediximus, nulla arte „ reparabili viſu „.

b) *Scorbutica*, a qua graviſſimam ophthalmiam et ALISCHERI (*l*) puella, et L. HEISTERI (*m*) centurio eſt perpeſſus. Ita et C. F. PAULLINI (*n*) ſcribit „ de vetula decrepita tota ſcorbutica, „ multis annis horrenda ophthalmia cruciata cum lachrymis fere perpetuis, „ ſummo pruritu, et notabili inflammatione; aderat ſimul aliquando ſputum „ verminoſum: tandem notati ſunt puſilli acori excreti viſum fere effugientes „.

c) *Purulenta*, dum nempe pus acre ulcerum reſorptum et ad oculos delatum eos inflammat. L. HEISTERI (*o*) Conſul ulcus antiquum pedis e gangræna frigus conſecuta ortum paſſus aliquando in utriusque oculi incidit ophthalmiam cum vehementi febre, quæ relicto oculo dextro ſiniſtrum diutius torſit, qui du-

(*l*) Vide §. 65 No 4.
(*m*) Vide §. 35 No 2.
(*n*) Obſ. med. phyſ. Cent. 4. Obſ. 11.
(*o*) Med. chir. u. anat. Wahrnehm. 2. Band No. 200.

plo major naturali factus durus admodum evasit cum rubore ac tumore adnatæ, qualis in chemosi obtinet, atque ultra palpebras foras prominebat. Istæ quoque admodum inflammatæ usque adeo tumebant, ut oculus aperiri haud potuerit.

d) *Cancrosa*, a resorpta nempe materia cancrosa, quæ haud raro glandulas MEIBOMII petere easque inflammare solet, pessimo semper omine, ut J. L. SCHMUCKERUS (*p*) pluribus observatis ostendit. Non hujus itaque, sed alterius prosapiæ videtur fuisse ophthalmia, quam V. RIEDLINUS (*q*) in vidua 65 annorum e cancro mammæ jam moribunda in dextro oculo obortam sola aqua rosarum cum pauxillo vitrioli ocyus profligavit.

e) *Scrophulosa*, ophthalmiarum oppido contumacium feracissima, quali bini FOTHERGILLII (*r*) pueri, et puella, cujus NOSE (*s*) meminit, laborarunt. HEISTERO quoque duo ejusmodi ægri obtigerunt curandi, matrona (*t*) nempe,

(*p*) Chirurg. Wahrnehm. 2. Th. II Beobacht. p. 174. sqq.
(*q*) Curar. medicar. millenar. No 555.
(*r*) Vide §. 48 No 3.
(*s*) Vide §. 42 No 5.
(*t*) Vide histor. 8.

et infans 2½ annorum (*u*), cui ophthalmia ſæpe revertebatur.

f) *Syphilitica*, quæ ubi toto jam corpore diffuſa eſt, oculis quoque labem infert, excitatque chronicas ophthalmias, noctu præſertim graves, ſub auroram vero remittentes, queis interdum dolores oſteocopi nocturni ſunt comites. Hujus proſapiæ fuit ophthalmia in viris BREYERI (*x*), GEACHII (*y*), WEIKARDI (*z*), ZACUTIque (*a*), et in puella HEINRICI (*b*), pueroque THONERI (*c*). Unquamne etiam externo contagio recta oculis applicato excitari poteſt? „Chirurgus Monſpelienſis decumbendo ſupra pulvinar ptyaliſmo ſyphilitici conſpurcatum illam contraxit„ teſte F. SAUVAGES (*d*). Factum ſane admodum ambiguum!

(*u*) l. c. No 131.
(*x*) Vide §. 49 No 3.
(*y*) Vide §. 50.
(*z*) Vide §. 49 No 3. et Vermiſcht. med. Schriften 4 St. 2 Abſchn. p. 121. ſq.
(*a*) Ibidem.
(*b*) Ibidem.
(*c*) Vide §. 65 No 2. b).
(*d*) Noſol. meth. T. 3. P. 1. Cl. 7. Ord. 2. art. 14. No 11.

CAPUT IV.

PROCATARCTICÆ CAUSÆ.

§. 15.

I. LUCUBRATIO *immodica* haud infrequenter ophthalmiam poſt ſe trahit, quam inde et BLOCHII (*e*) literatus retulit, et C. A. BERGENII (*f*) „judæus 15 „ annorum, temperamenti cholerici, „ qui ſtudiis dicatus totam ſæpius noctem „ in perlegendo et ſcrutando Talmudo „ conſumpſerat, hincque vires corporis „ non leviter debilitaverat, 14 abinde „ diebus de dolore oculorum querebatur „ pungente, inque dies adeo ingrave- „ ſcente, ut lectum petere cogeretur, „ neque diurnam lucem nec ignis lumen „ ferre poſſet. Quem ego cum inviſe- „ rem, atque ex pulſu nullam adeſſe fe- „ brim cognoſcerem, in capite tamen „ et fronte ſiccum deprehenderem æſtum, „ dum interea appetitus ſatis adhuc vi- „ gebat, neque alia præſto erant ſym- „ ptomata; exinde levem ſubeſſe ſuſpi-

---

(*e*) Vide §. 59 No 3.

(*f*) Commerc. Nor. T. 5. A. 1735. hebd. 26. No 3, p. 203.

„ cabat inflammationem oculi tunica-
„ rum, præſertim choroideæ vel magis
„ retinæ, quam ex nimia atque ſtudioſa
„ lectione ſibi contraxit. Venam idcir-
„ co incidendam ſvaſi . . . quod paren-
„ tes renuebant: proinde ſanguiſugas
„ temporibus applicandas juſſi, pedilu-
„ via ordinavi, datis interne pulveribus
„ temperantibus et propinatis potionibus
„ extemporaneis diapnoicis pro ſtaſi hac
„ inflammatoria reſolvenda atque diſcu-
„ tienda. Sed malum in dies augebatur,
„ pulſus fiebat febrilis, æger continuo
„ æſtu fervebat, dolorque lancinans ad
„ aures et nucham uſque extendebatur,
„ neque tamen ab eo in oculis remitte-
„ bat. Alius in conſilium ſimul vocatus
„ Medicus morbum hunc ſeri ſtagnatio-
„ nem et gravedinem eſſe judicabat,
„ malumque ex perruptione materiæ ſe-
„ roſæ iri ſublatum. Quem in finem eſ-
„ ſentiæ catarrhales præſcribebantur,
„ nullo autem levamine ſecuto; quippe
„ æſtus quotidie increſcebat, ægerque
„ per 24 horas delirabat: quibus acce-
„ debat paralyſis dextrum latus atque lin-
„ guam corripiens, ægrumque exani-
„ mans „. Anatome non eſt conceſſa.

§. 16.

II. STIMULUS *externus* ſeu chymicus ſeu mechanicus oculis applicatus, eosque irritans. Sic Baroni GERBEZII (g) tantillum aquæ fortis oculo illapſum ocyus ophthalmiam excitavit, quam KAEMPFII (h) et KALTSCHMIEDII (i) pueris calx viva in oculos injecta perinde cauſavit. C. F. PAULLINI (k) narrante mulier quædam „ e nundinis aliquando domum reverſa, infantem famelicum ſubito lactatura juxta parietem in veſtibulo ædium ſuarum conſidet, et feſſa interim ab itinere parumper obdormire cœpit Puſio in ulnis maternis ita ſupinus jacens excipit forte dextro oculo ſtercus a columba ſupra caput ejus in angulo parietis nidulante, a quo graviſſima inflammatio, ſubſequente demum omni viſus abolitione „. Cloacarum exhalationes foricariis, teſte B. RAMMAZZINO (l) ruborem oculorum dolorifi-

(g) Vide §. 7. I. D. No 8.
(h) Ibidem No 3. b).
(i) Vide §. 35 No. 4.
(k) Obſ. med. phyſ. 122 in Miſc. nat. cur. dec. 2. ann. 5. append. p. 76.
(l) De morbis artificum Cap. 13.

cum cum cœcitatis periculo accersere solent. Et quantum acriora collyria importune adhibita mali sæpe accersant, postea (m) videbimus. Idem quoque fumi acres oculis admissi efficiunt: Lapponibus, Finnis, Norwegis SCHEFFERO (n) narrante frequentes sunt lippitudo et ophthalmia, unde non raro cœcitas evenit; in causa est, quod a prima ætate in fumo versari cogantur, quo tuguria illorum æstate et hyeme abundant. Ab ejusmodi fumo gravissimam ophthalmiam in puero observavit J. MUYS (o). Fuci quoque, queis mulieres ornare faciem assolent, si acrioribus constent, ophthalmias teste GENDRON (p) inducunt. HOFFMANNI (q) viro succus acer in oculum illapsus ophthalmiam intulit gravissimam cum visus deperditione. Lux quoque intensior, præsertim a candidis corporibus in oculos reflexa, morbo huic favet, quod J. H. FÜRSTENAUII (r) „ expertus est venator mediæ ætatis, li„ quorum ardentium abusui deditus, qui

(m) Vide §. 68.
(n) Descript. Lapponiæ Cap. 7.
(o) Vide §. 72. I. D. No 5. b).
(p) Des maladies des Yeux T. 2.
(q) Vide histor. 11.
(r) Act. nat. cur. Vol. 6. Obs. 112.

„ occaſione frigoris M. Novembri . . .
„ præmature ingruentis febre acuta epi-
„ demica correptus, et paucorum ſpatio
„ dierum ad ſe redire viſus, aere ſereno
„ et terra nivibus cooperta iter faciens,
„ aciemque oculorum radiis ſolaribus in
„ adverſum ſibi nitentibus, intendens,
„ domum hinc redux aurium, mox ocu-
„ lorum dolore et rubore correptus eſt,
„ quibus neglecto regimine conveniente
„ et debitorum præſidiorum uſu mirum
„ quantum adauctis aliorum ſvaſu . . .
„ chirurgi caſtrenſis opem imploravit,
„ qui . . . oculum jam inflammatum tu-
„ midumque ſcarificationis ibidem inſti-
„ tutæ, itemque ſetacei trajecti, quin et
„ ipſius lapidis infernalis ſæpius appoſiti
„ ope, conceſſa ſimul imo imperata diæ-
„ ta rudi et ſpirituoſa, paucisque ac pla-
„ ne incongruis exhibitis internis reme-
„ diis, id effecit, ut oculus omni ſenſu
„ ſucceſſive exutus pugni magnitudinem
„ fere horrido adæquaret intuitu, ipſe
„ vero æger febre lenta tabidaque ſenſim
„ confectus extremis vitæ diebus exſtir-
„ pationem oculi admitteret, . . . bre-
„ vique poſt vita functus fuit „. Sic
etiam ophthalmiæ meminerunt a ſcintilla
oculo infantis illapſa BÜCHNERUS (s),

(s) Vide §. 72. I. A, No 1.

a pulvere pyrio accenſo pueri oculos contingente Medici Sileſiæ (*t*), ex ambuſtione POUPART (*u*), ab ala muſcæ in oculum involantis eidem adhæreſcente MORGAGNIUS (*x*), a paleis frumenti ſub trituratione oculos invadentibus GOHLIUS (*y*), a pilis vulpinis GOERITZ (*z*), a phalangoſi ALIX (*a*) a ligni ramentis oculo illiſis GUERIN (*b*) et J. KANOLD (*c*), et FÜRSTENAU (*d*) „ in ſutore, qui poliendis baſibus calcei „ ligneis nimium intentus, oculosque „ eisdem propius admovens, ramentis „ ligneis ſubtiliſſimis in oculum ſiniſtrum „ illabentibus dolore rubore ardore ejus- „ dem et perpetuo materiæ acris ſtillici- „ dio correptus variis ex arte ſuggeſtis „ præſidiis ophthalmicis internis et ex- „ ternis diligenter uſus, ſed perpetuum „ materiæ purulentæ profluvium neque

---

(*t*) Vide §. 55 No 5.
(*u*) Vide §. 72. I. D. No 8.
(*x*) Vide §. 76. e).
(*y*) Vide §. 72. I. B. No 1.
(*z*) Annal. Vrat. Tent. 30 A. 1724 Octob. Cl. 2. art. 3. §. 3. p. 383.
(*a*) Vide §. 77.
(*b*) Vide §. 76. e).
(*c*) Annal. Vrat. Tent. 28. A. 1724, Jun. Cl. 4. art. 14. p. 638. ſqq.
(*d*) l. c. Vol. 8. Obſ. 44. p. 152.

„ hæc neque inſtrumentum acutum pro-
„ vide applicatum aut impedire aut eo
„ dirigere valuerunt, ut oculus illibatus
„ permaneret, et viſui ſua conſtaret in-
„ tegritas; quin hoc fere penitus ablato
„ manifeſta cicatrix in tunica cornea re-
„ maneret: æger tamen ab omni reliquo
„ incommodo immunis lætus ad ſua re-
„ diret negotia. Sed biennio poſt, cum
„ in aere verno horrido diutius verſare-
„ tur, Væ Se et ſcarificatione, cui utri-
„ que aſſvetus eſt, oſcitanter neglecta
„ affectum priſtinum eadem ſcena iis-
„ demque ſymptomatibus in eodem ocu-
„ lo ſiniſtro redire animadvertit, ma-
„ teria acri viſcida non ſine rubore et
„ dolore prævio ex eodem oculo ſiniſtro
„ ejusque foramine priſtino per aliquot
„ ſeptimanas emanante, eademque tra-
„ ctatus ratione oculum integrum, ſed
„ eadem cicatrice deformatum, et qui-
„ dem notabiliter imminutum, retinuit,
„ cujus tamen incrementum et juſtam
„ bulbi magnitudinem temporis ſucceſ-
„ ſu eo certius exſpectat, quo major
„ ipſi ſpes facta eſt, humorem aqueum,
„ cujus magnam partem perpetuo illo
„ acris lymphæ profluvio perdidit, ſo-
„ lius ope naturæ ſenſim reparari, quo
„ collapſi bulbi parietes iterum exten-
„ dantur, oculusque ad priſtinam magni-

„ tudinem redeat„. A mica denique lithanthracum in oculum insiliente ophthalmiam suscitatam HENZE (*e*), et ab excrescentiis intimam palpebræ superficiem tenentibus, oculumque perpetua frictione irritantibus eandem ad omnia remedia contumacem perstantem MUZELL (*f*), observarunt. A scoriis perinde ferri in oculos illapsis ophthalmias, solo pene magnete curandas, nasci non ignotum est (*g*).

§. 17.

III. LÆSIO *externa* gravior bulbi aut vicinorum, ut contusio, vulnus, frictio oculi improba, &c. Sic ab immoderata oculorum prurientium frictione ophthalmiam semel iterumque sibi DECKERI (*h*) juvenis causavit. „ Infans 3 „ hebdomadarum . . . nescio, inquit „ T. BARTHOLINUS (*i*), an per in„ curiam humi prolapsus tantam oculo„ rum inflammationem concepit, ut non „ tantum invisibiles nobis fuerint occlu-

(*e*) Vide §. 76. e)
(*f*) Vide §. 76.
(*g*) Vide §. 76. c);
(*h*) Vide histor. 1.
(*i*) Act. med. Hafniens. Vol. 5. Obs. 19. p. 74.

„ ſis palpebris, ſed humor cryſtallinus „ ex altero effluxerit inſtar albuminis „ ovorum. Interea ſuppurati, copia „ puris ingenti quotidie effluente. Acta „ a Medicis . . . quæ in hujusmodi caſu „ agi ſolent. Tandem aqua ophthalmi- „ ca ex ſucco chelidonii majoris aliis- „ que impletus quidem finita ſuppuratio- „ ne oculi humore cryſtallino vacui bul- „ bus, ſed ſine viſu „. Perinde J. D. GOHLII (*k*) „ bajulus . . . ictu dex- „ trum oculum graviter læſerat, ut ex „ oborta inde gravi inflammatione inte- „ riores humores conturbati, imo tra- „ ctus vaſculi ſanguiferi per transverſum „ humoris cryſtallini apparerent, et ſic „ una cum abolitis doloribus et viſiva „ facultas defecerit „. Ita etiam F. HOFF-MANNI (*l*) „ juvenis ſanguineus in „ palæſtra gladiatoria æſtuans acceperat „ forte inter pugillandum ictum cum gla- „ dio palæſtrico (quem vocant ein Rap- „ pier) in oculum ſiniſtrum, ſubſequen- „ te mox rubore ac dolore. Ille tamen „ penſi hæc habens veſperi largiter in-

„ gurgita-

(*k*) Act. med. Berol. dec. 1. Vol. 5. ſect. 2. No. 7. p. 21.

(*l*) Med. rat. ſyſt. T. 4. P. 1. S. 2. C. 11. Obſ. 1.

„ gurgitavit vinum, rixas quoque acres „ cum ſodalibus movit. Inde die poſt „ magnus tumor oculum ejusque vicinas „ partes occupavit cum dolore pulſato- „ rio, cephalalgia, præcordiorum anxie- „ tate ac pulſu celeri. Chirurgus advo- „ catus non adeo magni momenti eſſe „ putans applicuit collyrium frigidum, „ quo ſymptomata adeo exacerbata, ut „ ſomnum abigerent omnem. Hinc Me- „ dicus in conſilium vocatus, qui ſan- „ guinem mittere, et pedibus burſam „ paſtoris admovere juſſit; ſed in caſſum. „ Inflammatio potius abiit in ſuppura- „ tionem, et 5° ab inflicto ictu die in- „ gens puris quantitas ex oculo fluxit, „ quam ipſi humores ſecuti, et ſic ocu- „ lus cum omni viſu periit. Quin poſt- „ ea ſumma cura enitendum fuit, ne „ hæc inflammatio et exulceratio in ſpha- „ celum degeneraret; quod etiam a Me- „ dico applicatione 🜄 camphorati cum „ eſſentia croci, et data interius TRª „ bezoardica præſtitum eſt„. J. A. GOE- RITZIO (*m*) oblatus eſt curandus homo, qui poſtrema bachanalium nocte ebrius cum ſedili inverſo ludens partem e for-

---

(*m*) Annal. Vratisl. Tent. 27. A. 1724. Martii Cl. 2. art. 3. §. 4. p. 270.

nacis corona decuſſit, quæ oculum ejusdem magnopere contudit, doloremque cauſavit; luſu tamen in mediam noctem producto, lucisque admiſſu et crebriore oculi frictione dolor crevit, ac ſomnum arcuit. Poſtero die ruberrimus fuit oculus, et e pupillæ regione puſtula aderat. Vocatus auctor inſignem ocyus e mediana ſanguinis copiam eduxit, oculoque emulſionem camphoratam cum aquis ophthalmicis demulcentibus adhibuit, interne vero bis quotidie præbuit pulverem cephal. A. cum nitr. depur. mixt. vetito ſimul vino ac cereviſia, imperataque obſcuro in conclavi quiete. Atque ſic intra 14 dies ophthalmia deceſſit, ſuperſtite puſtula dicta. Eadem ratione HEISTERI (*n*) adoleſcenti lapidis fragmentum, alteri (*o*) vero flagellum, ac virgini veſtali (*p*) lignum oculo impactum ophthalmiam excitavit, quam DOBSONI (*q*) quoque ægra oculo januæ alliſo, HOINI (*r*) vero miles a contuſione gladio palæſtrico facta, et KANOLDI (*s*) ſar-

---

(*n*) Vide §. 72. II. No 1. e).
(*o*) Vide hiſtor. 6.
(*p*) Vide hiſtor. 9.
(*q*) Vide §. 39.
(*r*) ROUX Journ. de Medec. &c. T. 38. Juill. A. 1772. p 30.
(*s*) Vide §. 16.

tor e ſegmine ligni in oculum ruente, contraxit. Eadem quoque vulnerum eſt ratio, variarumque operationum chirurgicarum in oculis ſuſceptarum. Sic „ ci-
„ vi Hafnienſi, referente T. BARTHO-
„ LINO (*t*), ſiniſter oculus poſt ablata
„ chalazia dextræ palpebræ inflammatus;
„ in tantum vero crevit ophthalmia, ut
„ de viſu periclitaretur. Magno moli-
„ mine tentata omnia, Væ So, pilulæ
„ cephalicæ, cucurbitulæ, collyria, ve-
„ ſicatoria, fontanella in nucha; quibus
„ tandem ſedata inflammatio, et junctus
„ tumor ſubſedit, viſusque poſtliminio
„ rediit; ſed in cornea relictum eſt tu-
„ berculum album, iridem inferiore par-
„ te obvelans, et cryſtallinum humorem
„ ibidem obſcurans, ſed ſine manifeſto
„ viſus nocumento „. Perinde poſt depreſſam, ac multo magis poſt extractam, cataractam haud raro ophthalmiæ obori ſolent, ut feminæ L. HEISTERI (*u*) evenit, quas præ primis ægri ejusmodi commiſſo graviori quodam in regimine errore ſibi accerſunt, veluti duobus JANINI (*x*) ægris accidit.

(*t*) Hiſtor. anat. rar. Cent. 6. hiſt. 5.
(*u*) l. c. 1 Band No 676.
(*x*) Vide §. 55. B. No 8. §. 83.

§. 18.

IV. INGESTA vel acria vel idiosyncrasiæ (y) adversa, vel spirituosa humores rarefacientia, vel cacochymiam cachexiamque inducentia, haud raro ophthalmiis occasionem præbent. Sic „ persica in lippitudinem fœcunda prodit „ curiose doctus J. HEURNIUS (z), quod „ in memet ipso, inquit J. RHODIUS (a), „ apud Germanos expertus ob humiditatem et acrimoniam fortassis eo „ loci majorem; in Italia enim tale nihil sum passus, tametsi iis plusculum „ indulserim „. Nihil vero ex ingestis ophthalmias crebrius faciliusque movet, quam potus spirituosi sanguinem exagitantes. Ita GRIGNON (b) curandum nactus est puerum 7 vel 8 annorum, sanis genitum parentibus, et a sana nutrice lactatum, qui ipse semper ante sanissimus, variolas non dum passus, ex aliquo tempore habituali ophthalmia ad omnia remedia contumaci laborabat. Pal-

---

(y) Vide §. 11.
(z) De morbis ocular. Cap. 3.
(a) Observ. medic. Cent. 1. Obs. 80.
(b) ROUX Journ. de Medec. T. 26. A. 1767 Mars p. 236.

pebræ quovis mane conglutinatæ reperiebantur, limbique earum rubri erant ac tuberculosi, bulbos inflammatio tenuit citra insignem dolorem, queis parvæ cœperant innasci maculæ, quas tamen pupilla dirimebat. Visus erat debilis. Causa morbi fuit, quod puer usque adeo assvefactus fuerit potui Caffée, vini, ac liquorum stillatitiorum spirituosorum, ut et alimenta prius capere, quam liquorem spirituosum de more hausisset, recusaret, et sub prandio levem contraheret crapulam. Interdictis autem deinceps hisce potibus, solaque aqua potui concessa, brevi omnis disparuit ophthalmia citra recidivam. Perinde v. RIEDLINI (c) „ vir quidam fere septuagenarius, „ facetus quidem, at vini nimio potui, „ vel quia rem nimium amat, minime „ deditus , . . . jam per aliquot annos „ notat, quod si, ut vires reficiat, dimidiam solum vini mensuram bibat, „ oculi inde nil prorsus damni patiantur; „ quando vero vel quartam mensuræ „ partem, aut ut sodalibus placeat, aut „ et gula sic jubente, huic addiderit, „ semper sequenti mane ophthalmia cor-

---

(c) Lin. med. ann. 4. Junii 28. p. 529.

„ ripiatur, quod nuper . . . ipſemet „ retulit, et ſancte teſtatus eſt, ſe quan- „ do a vino aut prorſus abſtineat, aut eo- „ dem modice utatur, ab ophthalmia „ prorſus immunem vivere „. Eodem quoque malo FORESTI (*d*) juvenis poſt vini acriumque ciborum uſum correptus eſt; idemque a vino et nocturno hyemis frigore accidit viro I. DIEMERBROECKII (*e*). Neque hic prætereundum eſt pravum nutricum acri cachexia laborantium lac, a quo alumni illarum varias ægritudines adipiſcuntur. L. HEISTERO (*f*) curandus obtigit nobilis juvenis 20 annos natus, qui ab nutrice ulcera femorum ſcabiemque paſſa lactatus jam inde a teneris ophthalmiæ crebrisque tonſillarum tumoribus ac ſcabiei fuit obnoxius; quæ mala cum nullis remediis radicitus præcaveri tollique poſſent, ac paullo ante rurſus cum ophthalmia vehemens tum inſignis quoque tonſillarum tumor eum invaſiſſent, prior Væ Se pedis et cathartico depulſa eſt, tumor vero ſuperſtes ſequentibus eſt oppugnatus:

(*d*) Vide hiſtor. 3.
(*e*) Medic. hiſt. 17. Opp. med. pract. p. m. 827.
(*f*) l. c. 2. Band No 211.

℞. Extr. fumariæ
—— lign. ſaſſafr.
☿ii dulc. aa ʒj
Sulphur ☉ ♁ii ℈ij
Eſs. ſuccini q. ſ. F. pil. No 40
deaur. Sumat m. et v. No j.

℞. Spec. pro decoct. lign. c. herb. ſaponar. M. ij. Harum cochlear j coquat in aquæ ℔j, et m. ac v. hora 5a inde bibat.

℞. TRæ ♁ii tartaris. ℥j.
Sumat quovis veſpere gtt. 50 cum potu priore.

℞. Rad. tormentill.
—— biſtortæ aa ℥ß
Flor. ſambuc.
—— malvæ aa M. j. coq. in
▽æ ſimpl. q. ſ. Colat. ℔j add.
Mell. roſat. ℥j. M. D. pro gargariſmo 3a quaque hora uſurpando. Ab his remediis ſanguine depurato juvenis prorſus convaluit.

§. 19.

V. COLLUVIES *humorum pravorum* aut *vermium* primis in viis perinde ophthalmias interdum excludit. „ Putabatur, „ inquit LUCILLUS PHILALTHAEUS

„ apud J. SCHENCKIUM (g), mulier „ laborare ophthalmia vera, et immine- „ re etiam ſuffuſionem; cum tamen ve- „ re et per ſe hi morbi non eſſent; ſed „ e vermium aſcenſu ad os ventriculi „ atque jecur tollerentur vapores ad „ caput, et facerent videri oculum al- „ terum inflammatione rubere, atque „ ſuffuſionem imminere „. Quod vero ad pravam humorum primas vias inundantium colluviem attinet, ejus inveſtigandæ memoria nunquam eſt deponenda; quandoquidem ſordibus „ his ſolis „ vehementes oculi inflammationes ali- „ quando deberi iterum iterumque ob- „ ſervavit „ A. G. RICHTERUS (h): et cum eas complures cauſæ producere queant, facillime fere ex animi pathematibus colliguntur (i).

§. 20.

VI. SPASMI *hyſterici*, *hypochondriaci*; qui enim alterutro hoc malo laborant, iis aliquando, teſte J. G. BRENDELIO (k)

(g) Obſerv. medic. Lib. I. p. m. 154.
(h) Obſerv. chirurg Faſcic. I. Cap. II. p. 104.
(i) Ibidem p. 105.
(k) Opuſc. math. et med. argum. P. 3. Diſs. 16 (de valetud. ex hypochondriis) §. 6. p. 52.

„ diuturna epiphora ſive palpebrarum „ cum immodica illacrimatione rebellis „ lentaque inflammatio, quæ de nocte „ invaleſcit, permoleſta eſt „. Novit quoque R. WHYTT (*l*) feminam ſenſibiliores oculos nactam, cui nunquam aut nauſea aut moleſtior ſtomachi dolor accidit, quin caput ſimul afficeretur, et vel palpebræ vel oculi aliquatenus inflammarentur. Atque hujus etiam loci eſt matrona, cujus in mea amauroſeos hiſtoria(*ll*) commemini, quæ ex hypercatharſi in inſignem incidit ophthalmiam, haud aliunde utique, quam quod cathartico ſpaſmi abdominis moti uberiorem ſanguinis copiam verſus ſuperiora compulerint.

§. 21.

VII. MORBI *capitis, narium, dentium,* haud raro ob vicinitatem organorum ophthalmiam ſibi adſciſcunt, vel in eandem migrant. Sic a diuturna cephalæa GOHLII (*m*) vidua, HEISTERIque (*n*) vir, et

(*l*) Beobacht. über die hypochondr. u. hyſter. Zufälle I Cap. No II. i.). p. m. 201. ſq.
(*ll*) §. 39 c) p. 225.
(*m*) Vide §. 42 No 2.
(*n*) Vide §. 55. No 1.

ab hemicrania homo SCHUSTERI (*o*), ophthalmiam ſunt conſecuti. S. YVESII (*p*) huc ophthalmia catarrhalis eſt referenda: „ tertium (inquit ille) oph-„ thalmiæ genus eſt, quod acrem in o-„ culo pruritum excitat cum humoris „ craſſi ac ſabuloſi, oculos noctu ſubin-„ de glutinantis, excretione; ægritudo „ hæc eſt ſæpenumero ſequela catarrhi „ e cerebro, eſtque omnium curatu fa-„ cillima „. Coryzæ certe frequenti obnoxius ante fuit, quam ophthalmia laboraſſet, HOFFMANNI (*q*) juvenis, et DOBSONI (*r*) quoque ægræ a catarrho revocata fuiſſe videtur ophthalmia. Multo autem frequentius morbis dentium junctam videre eſt ophthalmiam. J. G. PIETSCH (*s*) rebellis meminit ophthalmiæ a tribus carioſis dentibus ortum trahentis, quæ evulſis demum his dentibus carioſis conquievit. Nempe puer ad 12 annos natus ophthalmiam ultra 8 menſes utriusque oculi perpeſſus eſt, oculo dextro præ lævo gravius affecto. Cum-

---

(*o*) Vide §. 64.
(*p*) l. c. art. 3. p. m. 176.
(*q*) Vide §. 59. No 2.
(*r*) Vide §. 37.
(*s*) ROUX l. c. T. 36. Decembre 1771 p. 535.

que nulla procatarctica morbi caufa fci-fcitando detegi poffet, ore infpecto reperit Auctor poftremum inferioris maxillæ molarem finiftrum ad radicem ufque cariofum, ejusque in medio fungofam excrefcentiam figura et magnitudine mediocris cerafi. In fuperiore quoque maxilla dextri duo poftremi molares fuere cariofi. Evulfo igitur finiftro primum dente cariofo, imperatisque idoneis ad ophthalmiam remediis, intra biduum tumor ruborque oculi lævi magnopere decrevit: idcirco reliquis etiam duobus cariofis dentibus ocyus eductis puer intra 8 dies fine ullo adhibito e præfcriptis remedio prorfus convaluit. FORESTI (*t*) quoque cognata ex præpoftera odontalgiæ medicatione in graviffimam incidit ophthalmiam. Et quoties non difficili dentitioni fe fe affociat ophthalmia? Documento hic funt BOENNEKENII (*u*) puellus puellaque RIEDLINI (*x*), ac fimili plane modo A. WESTPHALII (*y*) „ infans „ 7 circiter menfium communi alias et „ ut plurimum ufitato more admodum

(*t*) Vide hiftor. 4.
(*u*) Vide §. 37 No 2. a).
(*x*) Ibidem.
(*y*) Act. nat. cur. Vol. 8. Obf. 66.

„ difficili dentium ſic dictorum canino-
„ rum in maxilla ſuperiore perruptione
„ laborabat. Complures jam jam noctes
„ diesque plane inſomnes tranſegerat,
„ doloresque adhuc magis augebantur,
„ accedente utriusque oculi inflammatio-
„ ne. Varia a parentibus jam jam adhi-
„ bita erant remedia ad promovendam
„ hujus inflammationis diſcuſſionem,
„ dentiumque ſimul adjuvandam perru-
„ ptionem; quæ etiam in tantum profe-
„ cerant, ut dens caninus ſiniſtri lateris
„ a vehementia ſua notabiliter remiſe-
„ rit; aſt dexter caninus dens his
„ non obſtantibus quaſi immobilis in-
„ tra gingivas hærens nullo modo ulte-
„ rius promoveri poterat: indeque eve-
„ niebat, ut inflammatio totius oculi
„ dextri non ſolum valde augeretur, ſed
„ etiam bulbus ipſe ex orbita uſque adeo
„ promineret, ut quaſi exinde propul-
„ ſus videretur, concurrente ſimul co-
„ pioſa ſeri lacrymalis profuſione, et
„ atrociſſimis indeſinenter continuantibus
„ doloribus. Sub his itaque circum-
„ ſtantiis cum meum quoque parentes
„ implorarent auxilium, locum illum
„ gingivarum, ſub quo dens perruptu-
„ rus adhuc latitabat, lanceola leniter
„ incidebam, hocque facto 3° die non
„ ſolum dens iſte abſque ulteriori diffi-

„ cultate prodibat, ſed omnia illa modo commemorata ſymptomata in totum „ quoque evaneſcebant „.

§. 22.

VIII. METASTASES *ſani vel morboſi* ingentem ophthalmiarum numerum ſuppeditant, pro varietate nempe materiæ multiplicis metaſtatice ad oculos trajicientis, ut eſt

1. *Perſpiratio*, *ſudorve* cohibitus aut imminutus, tempeſtate in primis ventoſa vel ex humido frigida, aut ſimili cujuspiam loci in atmoſphæra. „ Recor„ dor ait J. LANZONUS (*a*)... merca„ toris, qui a ſuppreſſo ſudore in oph„ thalmiam contumacem incidit, et ab „ hac tandem in cœcitatem ſine ulla „ ſpe viſionem recuperandi „. Sic mulier BLOCHII (*b*) quavis nocte juxta humidum parietem ſomnum capiens ophthalmiam contraxit ad omnia rebellem, donec a pariete hoc remotior cubare cœpiſſet. Ita etiam mater cum prole

(*a*) Miſc. nat. cur. Cent. I. Obſ. 65.
(*b*) Vide §. 82.

apud Vratislavienses (*b*) a turbine venti idem mali genus nacta est. HOFFMANNI (*c*) quoque militi nocte pluvia ac ventosa excubanti ophthalmia accidit, quam Princeps quoque ejusdem (*d*), quod nudipes mane obambulando perspirationem artuum inferiorum cohiberet, uti et vir alius (*e*) capite ventis perfrigerato, sibi accivere. Denique ophthalmiam a perfrigeratione et DECKERI (*f*) juvenis expertus est, et ESCHENBACHII (*g*) matrona. Hinc vero intelligere est, cur tempestates anni frigidæ ac pluviæ aut ventosæ simul ophthalmias invehant epidemicas. Etenim observante HIPPOCRATE (*h*) „ siquidem hyems „ plus æquo sicca et aquilonia fuerit, „ ver autem valde pluvium et austrinum, „ febres acutas et lippitudines et inte- „ stinorum difficultates ad æstatem oriri „ necesse est, præcipue vero in mulie- „ ribus et viris natura humidioribus. At

---

(*b*) Vide §. 34 No 1. b).
(*c*) Vide histor. 10.
(*d*) Vide §. 59 No 2.
(*e*) Ibidem.
(*f*) Vide histor. 1.
(*g*) Vide §. 37 No 5.
(*h*) Sect. 3. aphor. 11. 12. 13. 14. et de aere locis et aquis p. m. 257. sq.

„ si hyems austrina et valde pluvia et „ placida fuerit, ver autem plus justo „ siccum et aquilonium. . . . difficultates intestinorum et lippitudines aridæ „ oriuntur . . . Si vero æstas plus æquo „ sicca et aquilonia, autumnus vero . . . „ aquilonius sit et sine pluviis, iis quidem, qui natura sunt humidiore et „ mulieribus commodus, reliquis autem „ lippitudines erunt siccæ, et febres „ acutæ diuturnæ, non nullis vero etiam „ melancholiæ „. Ceteris autem paribus lippitudines COUS ad magnas anni siccitates refert (*i*), atque ideo illas pro morbo æstatis agnoscit (*k*), quales in statu secundo Thasi (*l*) describit „ primum itaque (inquiens) lippitudines „ fluentes cum dolore, humentes et „ crudæ obortæ sunt, sordes in oculis „ concretæ (quas lemias vocant) parvæ „ nec sine difficultate multis erumpebant; quæ cum plurimis revertissent, „ tandem ad autumnum reliquerunt „. Hæc vero HIPPOCRATIS observata pulchre cum posteriorum quoque temporum observatis congruunt. „ Ophthal-

(*i*) Ibidem aphor. 16.
(*k*) Ibidem aphor. 21.
(*l*) Epidem. L. 1. S. 2. statu 2. §. 2. p. m. 943.

„ mia . . . epidemica, inquit F. HOFF-
„ MANNUS (n), enaſcitur certis anni
„ temporibus a diuturna humida et fri-
„ gida aeris conſtitutione, poſt quam
„ ophthalmicum morbum plures invadere
„ ſæpius obſervavi „. Ita „ vigen-
„ te divite autumno ſatis temperato
„ 1560 magna pars populi ophthalmia...
„ oppreſſa fuit, pro qua curanda raro
„ medici accerſebantur, etiamſi difficilis
„ eſſet; ita enim hominibus communis
„ jam et familiaris morbus evaſerat . . .
„ Perduravit autem lues hæc unum vel
„ alterum menſem „ narrante AMA-
TO (o). Porro quinquennio inde poſt,
obſervante P. FORESTO (p), ſeu „ A.
„ 1565 tribus integris menſibus nempe
„ Octobri Novembri et Decembri, cum
„ conſtitutio auſtrina permanſiſſet, mul-
„ tæ inflammationes oculorum cum ru-
„ bedine et ophthalmiæ non veræ po-
„ pulariter graſſatæ ſunt, et palpebrarum
„ pruritus, adeo ut integras familias in-
„ ſtar morborum epidemiorum occupa-
„ rent; quibusdam vero et acres cum
„ lachrymis urentibus et dolore: et plu-
„ rimis hæ affectiones diuturnæ admo-
„ dum

(n) l. c. theſ. pathol. §. 4.
(o) Curat. medic. Cent. 7. cur. 80.
(p) l. c. Obſ. 4.

„ dum erant „. Perinde frequens erat ophthalmia Vratislaviæ menſe Septembri 1699, quem duo alii præceſſerant pluvii ac frigidi(*q*). Ibidem etiam teſte C. PEZOLDO (*r*) 1713 et ſequente ob creberrimas pluvias ac ventos graſſabantur. Ejusmodi quoque ophthalmiam Eperjeſini hyeme A. 1720 epidemice graſſantem J. A. REIMANNUS (*s*) obſervavit; fuit autem taraxis, ruri præſertim degentes menſibus Februario ac Martio ſine diſcrimine ætatis, ſexus, temperamenti, ac vitæ invadens adeo, ut eandem incolentes domum aut omnes aut pleroſque certe velut contagione pervagata ſit, ſolis lactentibus infantibus, qui in liberum aerem haud efferebantur, intactis relictis. Pruriebant primum oculi, dein æſtum, ruborem, exiguumque tumorem concipiebant, plerumque citra epiphoram, vixque aliquibus notabilis palpebrarum conglutinatio accidit. Unde plurimi quoque ſine Medici ope, vitato ſolummodo aere ac intenſiori luce, cujus oculi erant im-

(*q*) Hiſtor. morbor. Vratisl. p. m. 60.

(*r*) Obſ. med. chir. ſelect. 80. p. 166.

(*s*) Annal. Vratisl. Tentam. 11. A. 1720. Mart. cl. 2. art. 3. §. 4. p. 298.

patientes, intra 14 dies aut citius ſeriusve convaleſcebant. Ita etiam Varſaviæ A. 1720 menſe præ primis Julio ophthalmiæ, referente C. H. ERNDTELIO *t*), fuerunt admodum populares, ac non nullis in ægris in cataractas degenerantes, velut regio ſatelliti (*u*) accidit. Plures id genus epidemias ophthalmicas videre eſt in J. HUXHAMO (*v*), VALENTINO (*x*), atque in Annalium Vratislavienſi in

Tentam. 25 A. 1723 Julii cl. 2. art. 3. §. 1. p. 33.
——— 26 A. 1723 Oct. cl. 2. art. 2. p. 370.
——— ——— Dec. cl. 2. art. 3. §. 5. p. 617.
——— 29. A. 1724. Jul. cl. 2. art. 3. §. 4. p. 40.
——— ——— Aug. cl. 2. art. 3. §. 1. p. 149.
——— 35. A. 1726. Jan. cl. 2. art. 1. §. 2. p. 39.
——— ——— ——— art. 3. §. 1. p. 46.
——— ——— Mart. cl. 2. art. 3. §. 2. p. 300.

(*t*) Ibidem Tent. 14 A. 1720 Novemb. cl. 2 art. 2. §. 6. p. 518.
(*u*) Vide §. 34. No 1. a).
(*v*) Opp. medic. Tom. 1. p. 202. 207. 214. 216. ſq.
(*x*) Miſc. nat. cur. dec. 2. ann. 3. obſ. 85.

2. *Sanguis* ſponte arteve ſtatis vicibus vacuari ſolitus, nunc retentus: hinc conſvetæ Væ Ses aut ſcarificationes neglectæ, et hæmorrhagiæ ſolennes alias narium vel hæmorrhoidum, &c. non ſuccedentes. Ita W. GABELCHOVERI (*y*) Paſtor a neglecta brachiorum ope cucurbitularum ſcarificatione conſveta ophthalmiam eſt perpeſſus. Ejusdem (*z*) puella 20 annis major ob menſes nunquam adhuc fluentes incidit demum in lippitudinem cum dolore circa præcordia. Alterius quoque puellæ 19 annorum J. D. GOHLIUS (*a*) meminit, quæ partim e variolis partim e catameniis ſuppreſſis chronicam patiebatur ophthalmiam cum pannis inde enatis. Perinde a menſium ſuppreſſione lippitudinem nactæ ſunt puellæ JANINI (*b*), LENTILII-que (*c*), ac WOLFFII (*d*), tum HOFF-MANNI (*e*) femina, BOEHMERI (*f*)

(*y*) Curat. et obſ. med. Cent. 4. cur. 38.
(*z*) Ibidem Cent. 3. cur. 61.
(*a*) l. c. dec. 1 vol. 5. ſect. 2. No 44. p. 61.
(*b*) Vide §. 37 No 2. a).
(*c*) Vide §. 72. I. A. No 3.
(*d*) Vide §. 37. No 2. a).
(*e*) Vide §. 42 No 2
(*f*) Vide §. 37 No 2. a).

uxor ſaponarii, et SAUNDERI (g) ægra. Ad harum cenſum procul dubio referenda eſt puella decennis (ut ut infra menſtruantium ætatem) S. PAULI (h), cui ab aliquot annis circa plenilunia ſuperius labium intumeſcebat, hujusque e fiſſura mox inſecuta velut ex inciſa arteria ſanguis proſiliebat. Ex cohibita autem olim hac hæmorrhagia enaſcebatur ophthalmia periodica. Idem quoque mali genus ſuppreſſæ hæmorrhoides poſt ſe trahere ſunt viſæ. F. HOFFMANNI (i) „ Princeps annum agens quinquageſimum, „ ſanguineo-cholericæ conſtitutionis, naturæ alias bene valentis et robuſtæ, „ immoderatiori vini potui et cereviſiæ valde ſaturatæ ac ſpirituoſiori per omnem „ vitam aſſvetus, multis jam annis circa „ æquinoctia fluxum cum euphoria hæ„ morrhoidalem expertus eſt. Evenit „ aliquando, ut per frigoris vehemen„ tiam ſubito hic fluxus ſubſtiterit. Se„ quebantur mox cum ventris dorſique „ doloribus et hemicrania et cardialgiæ, „ quibus acris ad oculos fluxio ſuperve„ niebat. Per Væ Sem in pede remitte-

(g) Ibidem.
(h) Hiſt. morbor. Vratisl. A. 1701. p. m. 249.
(i) l. c. T. 4. P. 4. Cap. 5. Obſ. 4.

„ bant quidem hæc mala; ſed remanſit „ dolorifica cum rubore in oculis fluxio, „ cum Sereniſſimus pocula in ſeram uſ- „ que noctem protrahere, et mane ſub „ tempeſtate aeris humida et frigida ve- „ nationibus indulgere, quam immutato „ vitæ regimine conſveto oculos a fri- „ gore defendere, mallet. Hinc . . . „ factum eſt, ut malo ſubinde aucto o- „ culi naturalem ſuam conſtitutionem, „ colorem, figuram, magnitudinemque „ et claritatem in dies magis magisque „ amiſerint, inſequente poſtea plenaria „ viſus privatione; cui removendæ a ce- „ leberrimis undique medicis et artifici- „ bus remedia, ſed fruſtra, hactenus „ ſunt requiſita „. Perinde ſpontaneæ narium hæmorrhagiæ aut præpoſtere co- hibitæ aut ſuapte natura ſubſiſtentes lip- pitudinem ex facili accerſunt. Sic Vra- tislaviæ (*k*) menſe Januario A. 1699 „ erant, qui ophthalmia vexarentur. „ Non tantum oculos urgebat inflamma- „ tio cum dolore, tenſione acriore et „ rubedine, . . . ſed et dolor capitis „ gravativus moleſtus erat, iis potiſſi- „ mum, in quibus oculus circa nervum „ opticum patiebatur. Quotquot opem

(*k*) Hiſtor. morbor. Vratislav. p. m. 13. ſq.

„ D. HELWICHII implorarunt, interro-
„ gati, an hæmorrhagiam narium in præ-
„ terlapſis annis crebro experti fuiſſent,
„ fere omnes ſe quondam ei aſſvetos fuiſſe
„ affirmarunt „. G. E. STAHLIUS (*l*)
meminit ſexennis puellæ, quæ ex crebris a 4º fere ætatis anno in faciem lapſibus hæmorrhagiæ narium ita evaſit obnoxia, ut poſtmodo e leviore etiam capitis manu percuſſione eandem magnopere pateretur. Quæ ubi, ne in habitum abiret, fuiſſet cohibita, puella cœpit interdum vehementes capitis dolores perpeti cum gravi oculorum preſſione, ardore, imo lancinationibus, tandemque inflammatione, rubore, inſignique oculorum calore.

3. *Lotii contenta.* Perquam rarum hanc in rem exemplum habet V. RIEDLINUS (*m*): „ femina quædam in ju-
„ ventutis adhuc annis conſtituta, ele-
„ gantis formæ, et cetera morbonæ in-
„ ſultibus rarius expoſita, per aliquot
„ tamen annos urinam tam fœtentem ex-
„ crevit, ut matula non protinus remota
„ in cubiculo ipſamet vix ſubſiſtere po-
„ tuerit; quod malum in principio qui-

(*l*) Colleg. caſual. magn. caſu 40 p. 415.
(*m*) Lin. med. ann. 4. Martii 5. p. 186.

„ dem neglexit prorſus; at cum poſtea „ et aliis moleſtus fieret tantus fœtor, „ et quibus magis curæ cordique erat „ ejusdem ſanitas, metuerent, ne mali „ quid portenderet, ego propterea in „ in conſilium vocatus fui. Ubi licet „ variis contra hunc fœtorem pugnave- „ rim medicamentis, et ſemper ea quo- „ que, quæ alias ſvaveolentem reddunt „ urinam, addiderim, oleum tamen et „ operam perdidi: unde præterquam „ quod . . . lapidum cancri uſum com- „ mendavi, a reliquis medicamentis fe- „ riari eandem juſſi. Quod facto poſt „ aliquot menſes omnem fœtorem non „ conſvetum amiſit; at ſucceſſit . . . „ ophthalmia . . . non ſolum dolore „ moleſta, verum et viſum impediens„.

4. *Exanthema* chronicum vel acu-tum retroverſum. Sic J. LANZONI (*n*) „ lapicida . . . annorum ætatis 47, bi- „ lioſæ temperiei, pertinaci impetigine „ laborabat, ob cujus curationem multa „ adhibuit remedia, inter quæ ▽ª calcis „ vivæ applicata fuit ex conſilio cujus- „ dam circumforanei; et paulo poſt in „ ophthalmiam ingentem amborum ocu-

---

(*n*) Act. nat. cur. Vol. 1. obſ. 67.

„ lorum incidit cum ſuffuſione : et ita „ brevi cœcus factus eſt „. Perinde a repreſſa cruſta lactea LENTILII (*o*) mulieri, a ſcabie depulſa RIEDLINI (*p*) viduæ, et A. COMPARETTII (*q*) mulieri, ab exanthemate ſimili retropulſo RIBEI (*r*) juveni ophthalmia accidit. Ita etiam C. PEZOLDI (*s*) „ puella . . . „ poſt male curatum ulceroſum caput „ medicamento quodam topico in oph„ thalmiam incidit, quæ poſtea ſemper „ ſingulis menſibus menſtrua antevertens „ his prodeuntibus iterum recedebat. „ Menſtruo fluxu vero emanente phthi„ ſica anno ætatis 19º obibat. Pariter „ ſutoris filia 10 annorum ophthalmiam „ incurrebat, poſtquam mater ulcera ca„ pitis externo remedio inconſulte ag„ greſſa fuiſſet, quibus per diaphoreti„ ca et balnea revocatis ophthalmia ite„ rum ceſſabat „. F. HOFFMANNUS (*t*) „ vidit . . . ſuppurationem excidente

(*o*) Vide §. 67. No 3 b).
(*p*) Vide §. 41. No 1.
(*q*) Occurſus medici de vaga ægrit. infirmit. nervor. §. 4. p. 187.
(*r*) Vide §. 55 No 8.
(*s*) l. c. obſ. 22.
(*t*) l. c. T. 4. P. 1. S. 2. C. 11. theſ. pathol. §. 2.

„ lente cryſtallina . . . a tinea capitis „ inveterata ſubito externis ſiccata „. Et alibi (*u*) „ obſervavi (ait) hunc affe- „ ctum ex retropulſis in facie puſtulis „ per medicamentum externum adſtrin- „ gens ; a tinea capitis repercuſſa ex- „ terno remedio olim in milite conſpe- „ xi intenſiſſimam oculi inflammatio- „ nem cum ſuppuratione et ſubſequente „ cœcitate „. Verum frequentiſſime omnium hic morbus a varioloſa materia in corpore ſuperſtite ortum capit ; ut ut non nulli, quos inter et ODHELIUS et ROWLEY (*x*) eſt, varioloſas has ophthalmias non tam a metaſtaſi quam potius impedito acrium lacrymarum effluxu, dum nempe a tumentibus palpebris oculi ſub decurſu varioloſi morbi aliquamdiu clauſi manent, negligiturque iterata palpebrarum diductio facienda pro acrium lacrymarum effluxu inde conciliando, repetant, ab acribus ita lacrymis ibi ſtagnantibus oculos inflammari aſſerentes. Verum lacrymæ, recte notante C. G.

(*u*) Schol. ad P. POTER. inſign. curat. Cent. 2. Cap. 22.

(*x*) A theatiſe on the princip. diſeaſes of the Eyes.

LUDWIGIO (y), clausis etiam oculis lacrymalem in saccum resorbentur, neque unquam illo tempore variolosos ophthalmia, nisi acribus remediis (ut fieri a plebe solet) oculi vexati fuerint, sed aliquo primum post superatas jam variolas tempore elapso (v. g. post 2. 3. hebdomadas) aggredi observatur; quod non aliunde utique, quam a reliquiis morbi ad oculos depositis repetendum esse ipse etiam A. G. RICHTERUS (z) tuetur, observans has ophthalmias malignarum in primis variolarum esse progeniem, queis nec debita purgatio 4° in stadio, nec perspiratio promota, vires fregit, maturiorque carnium esus concessus est; id quod etiam confirmant observata in HILDANI (a) ægra, BAEUMLEINII (b) muliere, juvene HEISTERI (c), puellisque BIERLINGII (d), BOETTICHERI (e), GULBRANDI (f), et HORSTII (g), et J. D. METZGERI (h).

(y) Adversar. med. pract. Vol. 1. P. 4. p. 473. sqq.
(z) Commentar. nov. Gotting. T. 4.
(a) Vide §. 65. No 2. d).
(b) Vide §. 34. No 1. a).
(c) Vide §. 49. No 2.
(d) Vide §. 37. No 3 b).
(e) Act. nat. cur. Vol. 8. obs. 7.
(f) Vide §. 63 No 2. d).
(g) Vide §. 64.
(h) Adversf. med. P. 2. Spec. 1. Sect. 4. §. 3. p. 165.

5. *Inflammatorius ſtimulus* loco motus, et ad oculos depoſitus, ut JANINI (*i*) ægro accidit, qui ad validam anginam inflammatoriam reſolvendam cathartico ſumpto ab eadem mox liber in chemoſin oculi dextri continuo incidit. Perinde S. YVES (*k*) matronæ meminit, quæ iter equo faciens a magna pluvia perfrigerata in pleuritidem incidit, quam neglecta Væ So mutavit in oculi unius chemoſim, indeque natum abſceſſum. Die inde 20° alter quoque oculus eodem corripiebatur malo pari cum vehementia; ſed huic remedia adhibita viſum conſervarunt : ille autem peſſumdatus jam nihil pro ſe ſpei admiſit. Ejusdemmodi quoque eſt O. BORRICHII (*l*) hiſtoria: „ miniſtri Evangelii . . . filia 6 annorum (narrat ille) digitum annularem „ ſiniſtrum mihi oſtendit male mulctatum tumentemque, quem dum etiam „ ulceratum adverto, proſequor inquiſitionem, et tandem ſpina ventoſa . . . „ miſere vexatum conſpicor, et os ſubjectum magnam partem carie exeſum. „ Adjiciebat ſollicita mater, digitum il-

(*i*) Vide §. 55. B. No 8.
(*k*) l. c. Cap. 4. art. 9. §. 3. p m. 181. ſq.
(*l*) Act. med. Hafnienſ. Vol. 5. Obſ. 51.

„ lum non ſemper dolere, ſed per in-
„ tervalla; enim vero quotiescunque
„ oculus ejusdem lateris rubore et dolo-
„ re affligeretur, nullum in digito ſen-
„ tiri dolorem, ſed quieſcente oculi ma-
„ lo digiti dolores eſſe exquiſitiſſimos,
„ quod et ipſum plorans puellula teſtaba-
„ tur, et cum ſæpe poſt ad me ventita-
„ ret, . . . re ipſa notabam „.

6. *Tumores ſubſidentes,* materiamque contentam ad oculorum vaſa transferentes, quemadmodum in BAEUMLEINII (*m*) puella eſt obſervatum. Alia quoque apud J. D. GOHLIUM (*n*) „ puel-
„ la 4 annorum . . . in prima ſtatim in-
„ fantia, ubi lacte adhuc nutriebatur,
„ dextram malam ſemper habebat infla-
„ tam, cui nulla adhibebatur medicatio.
„ In ablactata talis congeſtio locum mu-
„ tabat, et in ſiniſtrum dirigebatur ocu-
„ lum cum gravi per periodos recur-
„ rente inflammatione. Cui malo cum
„ ante biennium per famoſi ophthalmia-
„ tri EISENBARTHII remedia obviam
„ irent, malum inde exaſperatum in dex-
„ trum etiam tendebat oculum, ut hinc
„ binis oculis adhuc inflammatis, nebu-

(*m*) Vide §. 37. No 3. b).
(*n*) l. c. Dec. 1. Vol. 7. Sect. 1. p. 53.

„ lisque in pupilla notatis, ad fontem „ accesserit, curaque more consveto ibi „ adhibita in admodum meliorem statum „ constituta . . . discesserit „. A. CHENOT (*o*) perinde vidit buboni repulso plerumque successisse ophthalmiam.

7. *Ulcera exarescentia* aut sponte aut arte, quæ vel critica vel antiqua jam erant. Sæpe enim eorum materia oculos tum petere consvevit, ut iis evenire solet, qui fonticulos diu gestatos coire sinunt. Sic „ accessit me, inquit V. „ RIEDLINUS (*p*), . . . judæus qui„ dam, referens quod pater suus arthri„ ticus jam per aliquot dies laboret oph„ thalmia tam molesta, ut nec oculum „ quidem aperire possit; et dum in cau„ sas inquiro, retulit, eum diu in bra„ chio sinistro aluisse fonticulum, hunc„ que diu quidem primo nil fere mate„ riæ exstillasse, jam vero exaruisse pe„ nitus et coaluisse: hincque se metue„ re, ne materia peccans olim hic eva„ cuata ad oculos translata iisdem jam „ tantum insidietur „. Eo quoque facilius a fonticulis consanatis ophthalmia oboritur, ubi hujus causa illi olim fue-

(*o*) Tractat. de peste C. 3. p. 78.
(*p*) Curar. medicar. millenario No 167.

runt excitati (*q*). Huc vero præſertim pertinet ophthalmia gonorrhœæ ſyphiliticæ præmature cohibitæ ſuccedens. De hac ita S. YVES (*r*): „ decimum (ait) „ ophthalmiæ genus eundem fere, quem „ chemoſis, præ ſe fert habitum, niſi „ quod tumens conjunctiva dura carnoſaque „ eſſe videatur. Occipit mox ab „ uberi continuoque materiæ e ſubflavo „ albidæ ex oculis egreſſu. Raro obvenit „ hic morbus, nec niſi e ſyphilitide „ naſcitur, quo affectos complures mihi „ videre obtigit, ac plerisque eorum „ biduo poſt gonorrhœam ſuppreſſam „ ſupervenit, facta nempe materiæ ad „ oculos metaſtaſi, ex quibus profluebat „ humor lintea eodem tingens modo, ac „ dum per urethram prodibat „. Magis etiam graphice hanc ophthalmiam depingit C. H. ERNDTELIUS (*s*): „ aliæ nobis „ (inquiens) non ſemel obvenerunt „ ophthalmiæ, quæ venereæ dici poſſunt „ commode. Accidit enim non nullis ab „ impura venere gonorrhœam paſſis, ut „ dum balſamicis et adſtringentibus fortioribus „ malum curare ſatagunt, ſubi-

---

(*q*) Vide §. 65 No 3. f).
(*r*) l. c. art. 10. p. 111. 182. ſq.
(*s*) Warſaviæ phyſ. illuſtratæ Cap. 6. p. 193 ſq.

„ to metaſtaſis fiat exſiccato hoc fonte
„ humoris ferini ad oculos, ubi interio-
„ ra oculi non ſaltem turbat et vehe-
„ mentius affligit idem, ſed inducta ſi-
„ mul per totum bulbum inflammatione
„ acerrima excreſcentiam quamdam cir-
„ ca corneam transparentem format, quæ
„ niſi cito per inciſionem chirurgicam
„ auferatur, ſubito in ſuppurationem
„ properat, atque ipſam corneam per-
„ forando, turbatis jam atque infectis ab
„ intra humoribus, ad effuſionem tota-
„ lem viam parat. Solet autem tunc
„ prius quidem per vulnuſculum illud
„ materia gonorrhœæ prorſus ſimilis ex-
„ cerni; ſequuntur tandem et aquoſus et
„ cryſtallinus colliquati, et quod omni-
„ um peſſimum atque irreparabile, ipſe
„ vitreus humor. Nihil hic juvant
„ Væ Sæs, nihil purgationes, nihil ☿li-
„ um et panacearum decantatarum inter-
„ nus uſus; niſi enim carnoſa illa ac fe-
„ rinæ indolis excreſcentia auferatur pri-
„ mis ſtatim, atque apparet, diebus,
„ perforatio ſequitur corneæ tunicæ hu-
„ morumque effuſio ſine ulla viſum re-
„ cuperandi ſpe. Unde ab omni tem-
„ pore frequentes ex ſuppreſſa gonor-
„ rhœa cœcitates obſervatæ fuere, nul-
„ lumque remedium malo inventum, uſ-
„ que dum (uti Galli gloriantur) ante

„ decennium et quod excurrit, D. S. „ YVES . . . hoc malum penitius in„ ſpexit, atque unicum remedium in in„ ciſione et exſtirpatione carnoſæ illius „ excreſcentiæ invenit, pluribusque o„ ptato cum effectu applicavit „. Probe itaque duo ophthalmiæ venereæ genera ſunt diſtingvenda, unum illud nempe, quod a miaſmate venereo vel in totum jam corpus ſerpente vel extus oculis applicato exoritur, de quo jam ſuperius (*t*) dictum eſt, alterum vero longe gravius (chemoſis nempe venerea), quod a ſuppreſſa gonorrhœa inducitur, velut in juvene SCHMUCKERI (*u*) eſt obſervatum.

8. *Arthritis*, *podagra*ve oberrans vel ob anomaliam vel retroceſſionem, unde ophthalmiam enatam obſervavit F. HOFFMANNUS (*x*), in femina ex phrenitide arthritica GOHLIUS (*y*), in centurione GULBRANDUS (*z*), in Comite HEISTERUS (*a*), et in ſe ipſo MORGAGNIUS (*b*).

§. 23.

(*t*) Vide §. 14. f).
(*u*) Vide hiſtor. 16.
(*x*) Med. rat. ſyſt. l. c. §. 5.
(*y*) l. c. Dec. 2. Vol. 6. Sect. 1. No 5. p. 24.
(*z*) Vide §. 65 No 3. d).
(*a*) Vide §. 49 No 2.
(*b*) Vide §. 59 No 2.

§. 23.

IX. FEBRES quoque interdum ophthalmias invehere ſolent, eæque duplicis fere generis, nempe

1. *Catarrhales*, queis ophthalmia aut critice (per modum metaſtaſeos) aut ſymptomatice ſupervenire eſt obſervata. Criticam in ſe ipſo expertus eſt J. H. FÜRSTENAU (c): „talem (inquiens) humo„rum et ſanguinis in primis decubitum „ad oculum dextrum in proprio corpo„re cum maximo valetudinis commodo „bis expertus ſum; febre enim catar„rhali benigna aeris partim humidi A. „1739, partim frigidi nimis et horridi „A. 1740 vitio contracta cum ſympto„matibus conſvetis laboranti die morbi „7mo ſemel atque iterum tumor rubor„que oculum, abſque tamen dolore no„tabili, acceſſit, et ad diem uſque 4um „et decimum, remediis duntaxat dia„pnoicis cum ſimili regimine uſurpatis, „conſtanter perſtitit: hinc demum ru„bore omni et tumore ſenſim evane„ſcente priſtinam ſenſim redire corporis „alacritatem animadverti„. Symptomatica vero ac rheumaticæ indolis fuit,

(c) Act. nat. cur. Vol. 6. Obſ. 112.

quam cum febre catarrhali rheumatica passa est Consulis uxor apud GOHLIUM (*d*).

2. *Intermittentes* vero duplici ratione ophthalmiam producunt, nimirum

a) *Emeticis irritatæ.* „ A vomi-
„ toriis in febribus intermittentibus ex-
„ hibitis se sæpissime staphylomata et
„ ophthalmias observasse, mihi inquit M.
„ LANGE (*e*), communicavit Cel. BOEH-
„ MER Halæ Professor „. Oppido rarum certe M. ETTMÜLLERUS (*f*) hanc in rem profert exemplum : „ vir cor-
„ ripiebatur febre 3na intermittente
„ scorbutica ; quam cum bina vice susti-
„ nuisset , die intermissionis 2^a Junii
„ ordino pulverem purgantem ex ♀o
„ vitriolat. &c. qui crebrius sed sine leva-
„ mine purgavit ; nam insequente die 3
„ Junii eadem paroxysmi ferocia : hoc
„ singulare erat in eo , 1) quod urinæ
„ fuerint obscure rubræ, quasi sanguine
„ essent tinctæ ; sed ad latus aspectæ te-
„ nues sine contentis ; albidus apparebat
„ liquor : non ergo erat sanguis , qui
„ prodibat. 2) dum paroxysmus urge-

(*d*) Vide §. 37 No 3. a).
(*e*) Diss. de ophthalmia §. 6. p. 17.
(*f*) Opp. T. 2. P. 2. Obs. 143.

„ ret, graviſſimi dolores crurum eum
„ corripiebant in regione tibiarum, ut
„ exinde miſere ejularet; ſed evaneſcen-
„ te paroxyſmo et dolores hi penitus
„ remittebant, eo die intermiſſionis ni-
„ hil ſentiente. Poſt aliquot paroxy-
„ ſmos die 7 ordino Ω^{um} ⊖* die inter-
„ miſſionis capiendum; cum vero ſem-
„ per ante paroxyſmum per horas 3 vel
„ 4 graviſſimas anxietates præcordiorum
„ ſentiret, die 8ª Junii ante paroxy-
„ ſmum ordino vomitorium blandum,
„ cujus uſu et omnes anxietates remiſe-
„ runt, et paroxyſmus non rediit hac
„ nocte; ſed die 9ª oculus ſiniſter in-
„ flammatus cum intenſo dolore conſpi-
„ citur. Die 10ª nocte hora 2ª redit
„ paroxyſmus cum frigore et æſtu inſigni
„ ſtipatus; dolor crurum mediocris vel
„ nullus; oculus mane etiam dexter ad-
„ modum inflammatus et acerbe dolens
„ conſpicitur. Ob id vocato chirurgo
„ utrinque veſicas in nucha excitandas ju-
„ beo; quibus copioſe plorantibus die
„ 12ª Junii nocte, cum exſpectaretur
„ denuo paroxyſmus, nullus rediit, ſal-
„ tem appetente mane æſtus per aliquot
„ horas mediocris, hinc et ſudor, ſed
„ nullus rigor vel horror, nullus dolor,
„ mediante ſcilicet veſica his ita evane-
„ ſcentibus. Die 14ª Junii a meridie

„ hora 4ª graviſſimi dolores oculorum „ redeunt, nocte inſequente ceſſantes; „ ſupervenit appetente mane paroxyſmus „ levis. Die 16ª hora 5ª veſpertina denuo „ oculi acerbe dolent uſque ad mediam „ noctem, et appetente mane redit pa- „ roxyſmus. Die 18ª ut præcaverentur „ dolores oculorum, juſſi, acciperet ſi- „ napi ſemen, hocque contundat, et „ cum 🜄 irrorando in forma pulticulæ „ carpis applicet utrisque pro revulſio- „ ne: cujus uſu factum, ut nulli dolo- „ res percepti fuerint nocte ſequente, „ et mane paroxyſmus exilis denuo red- „ iret. Sed cum medio ſinapiſmi ocu- „ lorum affectus ante paroxyſmum ceſſa- „ rent, factum fuit, ut hinc poſt paro- „ xyſmum iidem redirent. Ob id ſem- „ per mane et veſperi ſinapiſmos appli- „ candos juſſi; quorum uſu non amplius „ redierunt oculorum pathemata: inter- „ nis vero fixis pedetentim febris eva- „ nuit„.

b) *Larvatæ*, dum videlicet ſub ophthalmiæ habitu deliteſcentes ægrum per paroxyſmos ſtatis temporibus repetentes affligunt, quarum exempla haud pauca inferius (g) memorabuntur, et

(g) Vide §. 48 No 4.

quale L. HEISTERUS (*b*) etiam literis prodidit de viro, cui mane quovis hora primum 9a postmodo vero 11a dolor in oculo dextro (anno vero ante in sinistro) cum pandiculationibus obortus per 2 aut 3 horas vehementer increscebat, quoad oculus inflammatus serum quoque profunderet, quo tempore cephalalgia simul aderat, quasi quis malleo clavum trans caput adigere vellet: atque ubi ita dolor 2. 3. horis desævisset, per alias 2. 3. horas ita rursus decrescebat, ut hora inde 5a vel 6a nec vestigium jam illius superfuerit. Appetentia nihilominus vigebat. In Anglia primum æger potu fontis Pyrmontani ab hac ægritudine liberatus trajecto mari in Gallia recidivam nactus est. Supervenit diarrhœa, qua durante ophthalmia conticuit, illa vero remittente denuo revertit. Cum æger malum neglectæ Væ Sni ac sanguinis rarefactioni tribueret, vetito in aliquot dies vino carniumque esu dati pulveres refrigerantes levamen attulere; quod alias etiam ab usu salis communis pediluviisque aquæ simplicis mane ac vesperi usurpatis est expertus. Consultus itaque HEISTERUS antipyreta

(*b*) l. c. 2 Band No 144.

cum temperantibus præſcripſit, videlicet

℞. Salis abſinth. ℈j

☿ii vitriolati gr. vij. M. F. ☿ D. in 8plo S. quovis mane doſes ij, unam hora 7a, alteram hora ante invaſionem ſcil. 10a, ex aqua ſequenti:

℞. ▽æ flor. paralyſ. ℔j.

—— cinnamom. ſ. v. ℥ij. M.

Porro a prandio ac veſperi datæ eſſentiæ gtt. 45:

℞. Eſſent. Cort. Peruv.

—— Valerian. aa ʒiij. M. D. pro doſi gtt. 45 cum vino. Præterea imperata V.æ S.o in pede, ac deinceps tepida pediluvia cum flor. chamomillæ M.ij parata; potui conceſſum vinum aqua Selterana dilutum, monitusque æger, vino et carnibus ſobrie uteretur. Exitus ignoratur.

§. 24.

X. CONTAGIUM ne etiam in cenſum cauſarum admittendum? Haud utique deſunt, qui hic ei dandum aliquid cenſuerint. H. BOERHAAVE (*i*) „ ſiquis

---

(*i*) Prælect. acad. de morb. nerv. T. 2. p. m. 512.

„ (ait) ſubito videat hominem, cujus „ limbi palpebrarum ſunt inflammati, coc- „ cineo colore fulgentes, et oculi ſimul „ tales ſunt, et lacrimæ inde deſtillant, „ ejus oculi etiam inde lædentur, nec „ ullus eſt, qui hoc ſentiat „. Doctrina autem hæc de contagio per intuitum oculorum ōphthalmia laborantium propagato uſque adeo vetus eſſe videtur, ut quo tempore occeperit, haud pro certo dixeris. Romanis opinionem hanc vulgatiſſimam fuiſſe ex P. OVIDIO (*k*) diſcimus canente:

Dum ſpectant læſos oculi, læduntur et ipſi,
Multaque corporibus tranſitione nocent.

Et PLUTARCHUS (*l*) „ cum maxime „ (inquit) cum facillime ophthalmiæ „ contagium proſerpit ad una degentes; „ tam acrem habet vim viſus afficiendi „ alterum „. Neque vero Medici ea tempeſtate ab his aliter ſenſere, quos inter GALENUS (*m*) de evidentibus communibusque febrium cauſis diſſerens rem hanc velut in vulgus jam notam nullique ambiguitati obnoxiam affirmat dicens: „ peſtilenti morbo laborantium conver-

(*k*) De remed. amor. v. 615.
(*l*) L. 5. Symp. 7.
(*m*) De different. febr. L. I. C. 2.

„ ſatio periculoſa, ne inde contagium „ contrahatur, quem ad modum ex ſcabie „ et lippitudine „. Et Rabbi MOYSES (*n*): „ qui primo videt ophthalmia la- „ borantem, ſtatim ipſi oculus conturba- „ tur; quod ſi adhuc intente aſpiciat, „ non ſolum conturbatur, verum etiam „ ophthalmiam contrahit „. Neque ipſa etiam exempla deſunt, quæ opinioni huic ſuffragantur. I. DIEMERBROECKII (*o*) matrona Aprili magna ac dolorifica oculorum inflammatione laborante poſt biduum duæ etiam illius ancillæ ac famulus eandem ex aſpectu dominæ contraxere. Purgatis vitellus ovi ad duritiem aſſus et cum lacte muliebri ſubactus per noctem oculis applicabatur; poſtea bis terve per diem una alterave ſequentis collyrii guttula oculis immiſſa intra triduum ſanavit hos ægros:

℞. ▽æ plantag. ℥ij
— roſar. ℥j
Sacch. candi ʒj
Vitriol. alb. ℈j. M.

Hujusmodi etiam ophthalmiæ contagio ab uxore in virum crebriori aſpectu mu-

---

(*n*) Aphor. 24 part.
(*o*) Obſ. et cur. med. 55. Opp. med. pract. p. m. 670.

tuo communicatæ exemplum proponit V. RIEDLINUS (*p*). Et G. W. WEDELIUS (*q*) „ novit . . . uno infante ophthalmia longa correpto alterum fratrem minorem natu per contagium tale eosdem passum manes, ut utrique conjunctim diu molestia tali afficerentur „. Imo integræ id genus epidemiæ etiam fuere observatæ; nam P. FORESTUS (*r*) de epidemica ophthalmia superius (*s*) memorata scribens „ erat autem (ait) hæc ophthalmia quasi contagiosa, ut si quis ophthalmicos istos intueretur, mox eodem malo corriperetur „. Id ipsum J. LANZONUS (*t*) et extra epidemiam „ pluries observavit, et præsertim A. 1722, dum maligna quædam influentia ophthalmiarum . . . Ferrariæ oborta fuit, ita ut ex uno tantum, qui lippitudine laboraret, ejus tota familia brevi ophthalmica facta fuerit; imo non tantum familiares et cives, sed extraneos etiam ac hospites

(*p*) Curar. medic. millenar. obs. 187.
(*q*) Diss. de ophthalmia (4 Jenæ 1684 Resp. A. REHME) §. 23. p. 12.
(*r*) l. c.
(*s*) Vide §. 22. No 1.
(*t*) Act. nat. cur. Vol. 1. obs. 41.

„ affecerat, ut peregrinos per ſolam „ noctem in hoſpitio morantes ſæpe in„ vaſerit, et qui ſanus venerat, lippus „ diſceſſerit „. Præſertim vero irritabiliores oculi hominum animo mobilium huic contagio patere credebantur; ſiquidem SENECA (*u*) „ imbecilles oculos „ eſſe ſcias (inquit), qui ad alienam „ lippitudinem et ipſi ſuffunduntur „. Facta attuli, judicium ac theoriam hujus rei aliis relinquo.

CAPUT V.

SYMPTOMATA.

§. 25.

SYMPTOMATA *ophthalmiæ* binas in claſſes ita tribui poſſunt, ut in priorem, quæ cuilibet inflammationi communia ſunt (nempe febris, rubor, tumor, dolor, &c), in poſteriorem vero, quæ ex fabrica oculorum, eorumque cum vicinis partibus nexu ſoli ophthalmiæ ſunt propria, referantur.

(*u*) De clement. 2.

§. 26.

I. *Communia* ophthalmiarum ſymptomata ex inflammationis natura pendentia id univerſim hic notatu neceſſarium ſuppeditant, quod pro ratione duplicis ophthalmiæ a duplici inflammationis gradu petitæ (*x*) ſcilicet *taraxeos* et *chemoſeos* numero ac intenſitate ita varient, ut in taraxi, quam pro inchoante atque imperfecta oculorum inflammatione haberi dictum eſt, nec omnia ſemper adſint, ſed pro majore minoreve inchoatæ hujus ac non dum adultæ inflammationis gradu jam plura jam pauciora emergant, nec quæ adſunt, magnæ admodum ſint vehementiæ: in chemoſi vero (in quam taraxis ipſa vel ex ſe vel ob pravam medicationem adoleſcere quandoque ſolet), utpote perfecto veræ inflammationis ſtatu, non modo omnia adſint, ſed vehementia etiam. Quæ idcirco ſeorſim pro ratione duplicis hujus ophthalmiæ breviter erunt expendenda.

(*x*) Vide §. 5.

§. 27.

1. *Rubor* oculi ita ſe ut plurimum habet, ut in taraxi pro varia ejus magnitudine ſit varius, minor tamen ſemper, quam in chemoſi; nam in taraxi neque corneam tingit, neque ultra adnatam oculi procurrit, ſed huic tantummodo ita inducitur, ut radiatim quaſi albam ejus ſuperficiem diſcriminet, nec omnem ejus albedinem aboleat, ſed rubentia in illa vaſa diſcerni ſe ſe ab invicem patiantur; qualis in AMATI (*y*) juvene fuit: contra vero in chemoſi tantus rubor eſſe conſvevit, quantus in eryſipelate vel phlegmone, omnisque adnata oculi ita erubeſcit, ut omnis ejus albedo exſtincta ſit. Non modo autem adnata rubet, ſed ſæpenumero etiam, J. L. SCHMUCKERO (*z*) teſte, uvea et choroidea, imo aliquando (ut ut rarius) ipſam quoque corneam pellucidam rubuiſſe GENDRON (*a*) obſervavit; ſæpius tamen SCHMUCKERO (*b*) notante in graviore chemoſi cornea evadit ſolito craſſior, al-

---

(*y*) Vide §. 53. No 2.
(*z*) l. c. I. Th p. 4[illegible]3.
(*a*) l. c.
(*b*) l. c. p. 500.

bida, et opaca, albuginemque oſtentat: procul dubio ob vaſa ſero phlogiſtico turgentia.

§. 28.

2. *Tumor* autem in taraxi aut nullus aut modicus certe adnatam tenet, dum in chemoſi phlegmones in modum inſignis ſemper obſervatur: „ conjunctivam „ ait SCHMUCKER (*c*), ab accumulato „ ſanguine uſque adeo tumuiſſe obſerva- „ tum eſt, ut 3. 4. pluresve lineas craſ- „ ſa fuerit „. Quo fit, ut hujusmodi tumor undique circum circa corneam velut in aggerem elevetur, intra quem cornea ac pone hanc locata pupilla velut intra foveam quamdam depreſſæ videantur. Et quoniam adnata non modo anteriorem bulbi faciem inveſtit, verum ad interiorem quoque palpebrarum ſuperficiem reflectitur, huc etiam ſe ſe inflammatio ejusdem diffundit, ac palpebras in tumorem, quem P. FORESTUS (*d*) φίμωσιν appellat, attollit; atque tunc palpebræ ad ſe coeuntes oculum ita tegunt, ut ſolo voluntatis arbitrio aperiri neque-

(*c*) Ibidem p. 484.
(*d*) l. c. ſchol. ad Obſ. 1.

ant, quemadmodum in BARTHOLINI (*e*) infante, ESCHENBACHII (*f*) matrona, FORESTI (*g*) cognata, binis FOTHERGILLII (*h*) pueris, GALENI (*i*) œconomo, et ſuccenturione GEACHII (*k*) eſt animadverſum. Interdum autem tumidæ ſic palpebræ adeo limbis ſuis introrſum vergunt, ut de tarſis ciliisque nihil omnino videatur, velut duobus in pueris Norimbergenſis Commercii literarii (*l*) accidiſſe refertur. Utroque autem hoc tumore, bulbi nempe ac palpebrarum, præſente tantæ ſæpe molis oculus eſſe videtur, ut eum FORESTUS (*m*) in ſua cognata ovo gallinæ, FÜRSTENAU (*n*) vero in venatore pugno, et HEISTERUS (*o*) in Conſule duplo ſani oculi volumini, æqualem repererint. Quin imo ſolus aliquando bulbus tam enormem in molem attollitur, ut limbos palpebrarum, tumentium li-

(*e*) Vide §. 17.
(*f*) Vide §. 37 No 5.
(*g*) Vide hiſtor. 4.
(*h*) Vide §. 48 No 3.
(*i*) Vide §. 54.
(*k*) Vide §. 48 No 2.
(*l*) Vide §. 34 No 1. b.
(*m*) Vide hiſtor. 4.
(*n*) Vide §. 16.
(*o*) Vide §. 14. c).

cet, ad ſe ſe mutuo accedere non patiatur, ſed extra eosdem protuberet, velut in quodam JANINI (*p*) ægro, verſis extrorſum tarſis quaſi retorridis ectropion cauſet, quemadmodum VICAT (*q*) in puero quodam ſeptenni ex ophthalmia male mulctato obſervavit. LAYARDI (*r*) vero adoleſcenti bulbus tantopere tumuerat, ut exrra orbitam emotus in ſuperius uſque labium propenderet. Neque vero inflammatorius hic tumor modo dictis limitibus contentus ſemper eſt; ſubinde plures quoque vicinas partes corripit, ut accidit FISCHERI (*s*) matronæ, CONSTRITI (*t*) filiæ, GAUTIERI (*u*) ægræ, et HILDANI (*x*) pictori, cui tota etiam ſiniſtra faciei pars inflammatione affecta erat.

§. 29.

3. *Dolor* perinde in leviore taraxi aut nullus eſt, aut levis, ut in GRIGNO-

(*p*) Vide §. 55. B. No 8.
(*q*) Delect. Obſ. pract. ex diar. clinic. Obſ. 2.
(*r*) Vide §. 79.
(*s*) Vide §. 72 I. D. No 5. b).
(*t*) Ibidem No 8.
(*u*) Ibidem.
(*x*) Vide §. 33.

NI (*y*) puero; ſæpeque ejus loco pruritus adeſt, quem præter monachum PLATERI (*z*) vetula præſertim PAULLINI (*a*) intolerandum perpeſſa eſt. Aliis, ut HEISTERI (*b*) Comiti, ardor tantum eſt moleſtus. Verum in chemoſi pro magnitudine morbi dolor acutus oculum affectum tenet, ac ſanum quoque oculum interdum in conſenſum trahit, velut in adoleſcente SIBBERNII (*c*). Quantus is in matrona FISCHERI (*d*), ægra DOBSONI (*e*), ac ſatellite ERNDTELII (*f*) fuerit, adjuncta docent: qui cum ut plurimum continuus eſſe ſoleat, noctesque reddat inſomnes; non nullis tamen ex intervallis vel renaſcitur, ut LENTILII (*g*) puellæ, quam noctu ſemper laceſſebat, vel exacerbatur, ut GEACHII (*h*) ſuccenturioni, cui ad lucem oculis admiſſam pene ad delirium increſce-

(*y*) Vide §. 18.
(*z*) Obſerv. medic. Lib. 2. p. m. 357. ſq.
(*a*) Vide §. 14. b).
(*b*) Vide hiſtor 7.
(*c*) Vide hiſtor. 17.
(*d*) Vide §. 72. I. D. No 5. b).
(*e*) Vide §. 39.
(*f*) Vide §. 34 No I. a).
(*g*) Vide §. 72. I. A. No 3.
(*h*) Vide §. 48 No 2.

increſcebat. Vehemens id genus dolor plerumque pulſatorius eſt, qualem ſe FISCHERI (*i*) matrona, juvenisque HOFFMANNI (*k*) ſentire querebantur.

§. 30.

4. *Febris* denique in taraxi haud raro omnis abeſt, ut in AMATI (*l*) juvene, præſertim ſi externæ cauſæ debetur morbus, ut in ancilla HENZII (*m*). Ubi vero taraxis captis incrementis in chemoſin adoleſcit; febris initio nulla poſtmodo emicat; quemadmodum in BERGENII judæo (*n*) et adoleſcente SIBBERNII (*o*); contrarium vero accidit in ophthalmiis operationi cataractæ ſupervenientibus; nam teſte A. G. RICHTERO (*p*) hoc in caſu „febricula, quæ ori„tur, fere ſemper inflammationem ocu„li præcedit; ita ut illam non ab in„flammatione, ſed potius inflammatio„nem a febricula oriri dixeris, in pri„mis cum mitiori huic vel vehementio-

(*i*) Vide §. 72. l. D. No 5. b).
(*k*) Vide §. 17.
(*l*) Vide §. 53 No 3.
(*m*) Vide §. 76. c).
(*n*) Vide §. 15.
(*o*) Vide hiſtor. 17.
(*p*) Obſerv. chirurg. Faſc. 1. Cap. II. p. 101.

„ ri plerumque ſubſequens inflammatio
„ reſpondeat mitior vel vehementior.
„ Noctu plerumque ægrum corripit fe-
„ bricula, et prima nocte levis, ſecun-
„ da paulo vehementior, tertia inſignis
„ eſt cum dolore oculi, calore, et an-
„ xietate. Et ſic quidem non niſi poſt
„ tertium febris paroxyſmum apparet in-
„ flammatio oculi. Aliquando primam
„ ſtatim febriculam vehemens ſequitur
„ oculi dolor. Sed hæc tamen vario
„ modo contingunt, et magni momenti
„ non ſunt „. Et cum in graviore che-
moſi febris ut plurimum ſit continua
continens, in ophthalmia inter taraxin
et chemoſin veluti ambigente, continua
remittens haud raro, imo intermittens
etiam, eſſe ſolet, qualis OEHMBIO (*q*)
quavis veſpera renaſcebatur, typumque
alterutrum tunc vel maxime obſervat,
quando a collecta primis in viis ob tur-
batum ſyſtema nervoſum præſertim ex
animi pathematibus ſaburra operationem
cataractæ ſequitur. „ Certe quo plura
„ et graviora affecti generis nervoſi ſi-
„ gna ſtatim poſt operationem apparent,
„ eo vehementiorem febrem et oculi in-
„ flammationem plerumque ſequi obſer-

(*q*) Vide §. 48 No 4.

„ vaſſe midi videor, inquit RICHTE-
„ RUS (*r*); ut itaque qui hanc febrem
„ et inflammationem prævertere vult,
„ has nervorum turbas cavere vel cito
„ tollere debeat . . . Obſervavi (*s*) ali-
„ quando in ægro ad 5um poſt operatio-
„ nem diem oculi dolore et inflammatio-
„ ne penitus libero omnium rerum tam
„ bene huc uſque geſtarum faciem 6a
„ poſt operationem nocte ſubito muta-
„ tam eſſe, ita ut febre et dolore oculo-
„ rum valde excruciatus æger ſomno pe-
„ nitus caruerit. Obſiluerunt mane hæc
„ ſymptomata, verſus noctem vero re-
„ cruduerunt cum majori vehementia,
„ oculorum inſigni inflammatione, appe-
„ titu proſtrato, et ſapore oris amaro
„ et nauſeoſo. In cauſam horum ſym-
„ ptomatum inquirens reperi, terrori
„ vehementi, quo æger incendio in ur-
„ be oborto perculſus fuit, tribuenda
„ illa eſſe. Evanuerunt autem illa poſt
„ largum Ωus vitrioli uſum, ita ut poſt ali-
„ quot dies abitum æger pararet. Ita ſæ-
„ pe plures aliæ ophthalmiæ latentes in
„ præcordiis ſordes cauſas agnoſcunt, ut
„ qui harum rationem non habet, fru-

(*r*) l. c.
(*s*) Ibidem p. 106 & Cap. 13. obſ. 3. p. 127. ſqq.

„ ſtra ſalutem exſpectet ab aliorum me-
„ dicamentorum virtute „.

§. 31.

II. *Propria* autem ophthalmiarum ſymptomata ſunt fere ſequentia:

1. *Dolor capitis*, ut plurimum pulſatorius, aut punctorius, ut in GEACHII (*t*) ſuccenturione; HEISTERI viro (*u*) et ſcrophuloſa muliere (*x*), HENZII (*y*) ancilla; HOFFMANNI (*z*) juvene; JANINI (*a*) ægro; binisque SCHMUCKERI (*b*) puellis; ac SIBBERNII (*c*) adoleſcente; qui interdum inflammationi præludere aliquamdiu ſolet, velut JANINI (*d*) in ægro: iis autem, qui unius tantum oculi ophthalmia laborant, plerumque hemicrania e latere oculi affecti accidit; ut HEISTERI (*e*)

(*t*) Vide §. 48 No 2.
(*u*) Vide §. 23 No 2. b).
(*x*) Vide hiſtor. 8.
(*y*) Vide §. 76. e).
(*z*) Vide §. 17.
(*a*) Vide §. 55 B. No 8.
(*b*) Vide §. 54 & hiſtor. 15.
(*c*) Vide hiſtor. 17.
(*d*) Vide hiſtor. 12.
(*e*) Vide §. 49 No 2.

Comiti arthritico, centurionibus GULBRANDI (*f*) ac PLATERI (*g*), nec non VOGELII (*h*) mulieri.

2. *Spasmi*, *convulsiones*, variarum partium, ut

a) *Pupillæ* myosis, quæ in quodam JANINI (*i*) ægro tanta fuit, ut ne vestigium quidem pupillæ reliquerit, artificialemque pupillam efficere fuerit necessum. Alias vero ob inæqualem fibrarum iridis spasmum non myosis sed aliena pupillæ figura inducitur, ut in ægra DEMOURSII (*k*) et HOINI (*l*) milite.

b) *Palpebrarum*, ut in ARNOLDI (*m*) juvene a secta utriusque pedis vena accidit.

c) *Musculorum faciei*, qui sinistro præsertim in latere apud SIBBERNII (*n*) adolescentem visebantur.

(*f*) Vide §. 65 No 3. d).
(*g*) Ibidem No 2. b).
(*h*) Vide §. 72. I. C. No 2.
(*i*) Vide §. 55 B. No 8.
(*k*) Vide histor. meam amauroseos P. I. §. 44. p. 264.
(*l*) Vide §. 17.
(*m*) Vide §. 41 No 2.
(*n*) Vide histor. 17.

d) *Artuum* omnium horribiles convulſiones cum ſenſuum abolitione ſuo in juvene vidit TOUTANT (*o*).

3. *Lucis intolerantia* tam commune eſt ophthalmiis paulo gravioribus ſymptoma, ut non facile ægrum reperias, cujus oculi lucem citra dolorem ferrent, ut paſſim deinde in exemplis viſuri ſumus; imo teſte RICHTERO (*p*) „ plerumque „ diu ſatis poſt inflammationem diſſipa- „ tam tanta oculi remanet ſenſibilitas, ut „ lucem vix ferant ægri, parum vel „ confuſe videant in loco lucido, melius „ in obſcuriori „: velut SCHMUCKERI (*q*) puellæ accidit.

4. *Epiphora* ſeu humoris aut ſanioſi aut ſeroſi ex oculis inflammatis profluvium, unum e præcipuis ophthalmiæ ſymptomatibus, a quo illa, ut ſuperius (*r*) dictum, humida audit, et ceteris morbi ſpeciebus eſt frequentior. Serum ex oculis ita manans fervidum eſt, ac tantæ ſæpe acrimoniæ, ut partes, quas alluit humectatque, excoriet et erodat, velut

(*o*) Vide §. 72 I. D. No 8.
(*p*) l. c. Cap. II. p. 116.
(*q*) Vide §. 54.
(*r*) Vide §. 6. No 2.

in FORESTI (*s*) juvene, GEACHII (*t*) succenturione, HILDEBRANDI (*u*) viro, puero SIBBERNII (*x*), puellaque trimula H. SMETII (*y*), quæ „ utriusque „ oculi lippitudine, præsertim vero dextri, jam per biennium vexabatur cum „ tanta lacrymarum acrimonia, ut genas, „ malas, labramentum exulceraret „: imo genas ad ossa usque erosas inde fuisse cuidam infanti meminit BÜCHNERUS (*z*). Profluvium hoc aut mox occipiente morbo, aut serius etiam aliquando, oboritur; non nullisque est continuum, aliis vero tum solummodo accidit, dum palpebræ oculum clausum tenentes aperiuntur, quod in DOBSONI (*a*) ægra obtinuit. Aliquando copia quoque illius est incredibilis. C. T. BIERLINGII (*b*) aurifaber 30 annis major ophthalmiam e cephalalgia a ☿ii fumo hausto cum virium

(*s*) Vide histor. 3.
(*t*) Vide §. 48 No 2.
(*u*) Vide §. 46.
(*x*) Vide §. 72. I. D. No 8.
(*y*) Miscellan. medic. Lib. 10. p. 535.
(*z*) Vide §. 41 No 2.
(*a*) Vide §. 39.
(*b*) Adversar. curios. Cent. I. obs. 90. p. 232.

debilitate, anorexia, vigiliisque concitata nactus est cum tanto seri limpidi ex oculis per intervalla profluvio, ut per 3 vel 4 horas illud velut e gutturnio fluens vasis colligi potuerit: quoad catharticum, V. S. vesicans, diaphoreticum, demumque repercutientia collyria, morbum intra octiduum sustulerunt.

5. *Anchyloblepharosis* spuria seu palpebrarum ciliorumque ope materiæ spissæ puriformis e glandulis MEIBOMII exsudantis ad se mutuo coalitus, qui oculis noctu somni tempore, vel interdiu ob tumorem palpebrarum continenter clausis accidit, ut in DOBSONI (*c*) ægra, GOHLII (*d*) vidua, GRIGNONI (*e*) puero, GULBRANDI (*f*) ac MUYSII (*g*) puella, juvenibus HEISTERI (*h*) et REIMANNI (*i*), viroque HILDEBRANDII (*k*).

(*c*) Vide §. 39.
(*d*) Vide §. 42 No 2.
(*e*) Vide §. 18.
(*f*) Vide §. 65 No 2. d).
(*g*) Ibidem b).
(*h*) Vide §. 49 No 2.
(*i*) Vide §. 65 No 3. c).
(*k*) Vide §. 46.

6. *Visus imminutio*, cujus efficiendæ complures hic reperire est causas, ut sunt

a) Epiphora (*l*)
b) Myosis completa (*m*)
c) Palpebræ clausæ (*n*)
d) Cornea opacata (*o*)
e) Lucis intolerantia (*p*), &c.

H. BOERHAAVIUS (*q*) „ multos ægros „ curavit, et animum accurate attendit, „ vidit oculum vehementer inflamma- „ tum sæpe magis protuberare quam „ alias, sed sedata inflammatione tumo- „ rem subsidere, et oculum pristinam „ figuram recipere; tumque paululum „ obscurius videbant ægri, sed restitu- „ to nitore et pelluciditate redibat visus,

(*l*) Vide præced. No 4.
(*m*) Vide præc. No 2. a).
(*n*) Vide §. 28.
(*o*) Vide §. 27.
(*p*) Vide præced. No 3.
(*q*) l. c. §. 53 p. m. 42.

CAPUT VI.

PROGNOSIS.

§. 32.

I. CHRONICAE *ophthalmiæ raro ex integro ſunt curabiles*; e plurimis, quæ W. ROWLEYO (*r*) curandæ obtigerant, non niſi 5 radicalem admiſerunt curationem: adeo ſæpe indolem habent contumacem, ut heroica etiam præſidia eludant. „ Præclarum hujus rei exemplum „ nobis, ait P. G. SCHACHER (*s*), præ„ bet vir temperamenti ſanguinei, qui „ aliquot annos lippitudine, et poſthinc „ excoriatione et levi exulceratione „ palpebrarum laborans non modo fonti„ culum diu geſtavit, et etiamnum ge„ ſtat, ſed et ſelectioribus topicis, an„ nuis Væ Sbus, thermis, decoctis ligno„ rum cum regimine ſudorifero, et abſ„ tinentia a potu conſveto ciboque, ac „ tandem ſalivatione ſeparatis tempori„ bus eſt uſus; a quibus vero omnibus

(*r*) l. c.

(*s*) Diſs. de fonticulo §. 16 p. 14 (4 Lipſiæ 1722 Reſp. G. DOERINGIO)

„ parum vel nihil ſolaminis ſenſit, hunc „ uſque in diem inveterato hoc malo ve- „ xatus, ut ut ceteroquin vegetus ſátis „ ſit atque incolumis „. Similem quoque ophthalmiam ſiccam in vidua obſervavit F. LOSSIUS (*t*). Nihilo minus tamen in ſuſcipienda hujusmodi ophthalmiarum cura animus neutiquam eſt abjiciendus; quandoquidem non paucos hocce libello viſuri ſumus, qui a diuturna et habituali ophthalmia variis remediis fuere liberati. Nam ut de aliquot menſium ophthalmiis, quas GOULARDI (*u*) ac RIVERII (*x*) infantes, puella SALCHOVII (*y*), vitricus WILLII (*z*), juvenisque ZACUTI (*a*), ſuſtinuere, percuratis dicam nihil, annoſas ophthalmias fuiſſe ſanatas conſtat. Sic ſanatæ fuere, queis laborarunt

anno 1 ZACUTI (*b*) æger,
annis 2 HILDANI (*c*) filia,

(*t*) Obſ. med. L. I. obſ. 35.
(*u*) Vide §. 72 I. D. No 8.
(*x*) Ibidem A. No 6.
(*y*) Vide §. 37. No 4.
(*z*) Vide §. 72 II. No 2. g).
(*a*) Vide §. 55 B. No 1. c).
(*b*) Vide §. 49 No 3.
(*c*) Vide §. 63 No 2. d).

annis 2 JANINI (*d*) puella,
——— HEINRICI (*e*) puella,
annis 3 ALIXII (*f*) adoleſcens,
——— HOFFMANNI (*g*) femina,
——— RIVERII (*h*) puella,
annis 4 PAULLINI (*i*) mulier
——— 5 LE ROY (*k*) puellus
——— 8. 9. TILLINGII (*l*) puella,
——— 9. HEINRICI (*m*) puella,
——— pluribus ACRELII (*n*) ægri,
——— ——— GOHLII (*o*) ſtudioſus,
——— ——— MUYSII (*p*) puella,
——— ——— PAULLINI (*q*) puella,
——— ——— POELLERI (*r*) mulier,
——— ——— RUCKERI (*s*) virgo,
——— ——— SALCHOVII (*t*) puella.

(*d*) Vide §. 37 No 2. a).
(*e*) Vide §. 49 No 3.
(*f*) Vide §. 77.
(*g*) Vide §. 42 No 2.
(*h*) Vide §. 41 No 2.
(*i*) Vide §. 47.
(*k*) Vide §. 61 No 2.
(*l*) Vide §. 41 No 2.
(*m*) Vide §. 49 No 3.
(*n*) Vide §. 35 No 4.
(*o*) Vide §. 42 No 2.
(*p*) Vide §. 65 No 2. b).
(*q*) Ibidem.
(*r*) Vide §. 72. I. D. No 2.
(*s*) Vide §. 65 No 3. e).
(*t*) Vide §. 72. I. D. No 5.

&c. Quæ cum ita ſint, haud abs re ſuſpicari licet, non paucas id genus ophthalmias diuturnitatem nactas ſæpenumero aut præpoſteræ medicationi deberi, aut negligentiæ ægrorum, qui malum vel nequaquam tanti faciunt; vel debitis remediis ob averſionem erga eadem oppugnari haud ſinunt; quos inter forte referenda eſt ophthalmia 15 annorum a M. LANGE (*u*) in femina viſa.

§. 33.

II. EFFECTUS *ophthalmiæ* vehementis vel crebræ vel diuturnæ vel perperam tractatæ gravia ſæpe oculorum mala ſunt; interdum tamen, ſi mediocris præſertim ſit; alias oculorum ægritudines abolet, præſertim vero amblyopiam ab humorum decubitu ad vaſa ophthalmica, eorumque infarctu, retinam in functione ſua impediente, aut ipſos etiam humores aliquatenus opacante pendentem, quem ſuperveniens ophthalmia tollit. Duos ejusmodi caſus G. F. HILDANUS obſervavit, nempe (*x*) „ nobilis quidam „ a multis annis aſſvefactus ſingulis ma-

(*u*) Diſſ. de ophthalmi. §. 45. p. 80 Nota (*a*).
(*x*) Obſ. et cur. med. chir. Cent. I. Obſ. 27.

„ tutinis diebus abluere faciem et ocu-
„ los aqua frigidiſſima : hinc paulatim
„ debilitatus et obfuſcatus eſt viſus.
„ Tandem . . . ophthalmia utriusque
„ oculi correptus me advocandum juſſit.
„ Ceſſit ei hoc malum in maximum com-
„ modum; curatus enim ab ophthalmia,
„ et aqua noſtra viſum corroborante ad
„ tempus uſus, lotioneque aquæ frigidæ
„ rejecta, viſus acutior quam ante fa-
„ ctus eſt „. Porro (y) „ ſeptuagena-
„ rius . . . pictor et ſculptor excellens
„ cum . . . in ipſis canicularibus oph-
„ thalmia graviſſima oculi ſiniſtri affige-
„ retur . . . in conſilium me adhibuit.
„ Inflammatio autem, quæ ingens et ma-
„ gna erat, non ſolum oculum ipſum
„ verum etiam palpebras mediamque par-
„ tem faciei occupaverat. Apparebat
„ præterea extuberantia quædam fabæ
„ magnitudine in ipſa cornea verſus can-
„ thum majorem et e regione iridis. Do-
„ lor quidem totum caput infeſtabat, cir-
„ ca tuberculum vero maximus acutus
„ et pungens erat. Cum itaque propter
„ doloris vehementiam, inflammationem,
„ et affluxum humorum in corpore ca-
„ cochymo abſceſſum oculi metuerem,

(y) Ibidem Cent. 5. Obſ. 16.

„ ea qua fieri potuit diligentia humorum
„ impetum ad oculum defluentium ut im-
„ pedirem, et ad alias corporis partes
„ averterem, simul et evacuarem, ope-
„ ram dedi. Quapropter instituta opti-
„ ma victus ratione, refrigerante scili-
„ cet et aliquomodo tenui, sequentes
„ pilulas exhibui:

℞. M. P. aurear. ℈j
—— lucis major. ℈ij
Trochiscor. Alhandal et
Diagrydii aa gr. iij
Ol. fœniculi gtt. vj. cum
Syrupo rof. solut. composito cum
„ rhab. agarico et senna fiant pilulæ vij,
„ involvantur ☿e cinnamomi. Purgato
„ corpore venam in brachio sinistro in-
„ cidi; oculo vero sequens collyrium in-
„ stillavi:

℞. ▽æ rosac.
— plantag.
— fragar. aa ℥ij
Sem. cydonior. contus.
— fœnigræci aa ℈j. M. maneant-
que in infusione hor. 4,
in expressione dissolve
Tutiæ ppt.
C. C. usti et ppt. aa ʒi
Caphuræ ℈ß. M. F. collyrium, et
„ instilletur, et applicetur calide qua-
„ ter aut quinquies in die. Sedata in-

„ flammatione loco aquæ fragariæ et
„ plantaginis aquam fœniculi et euphra-
„ fiæ collyrio admifcui. Sequenti die
„ poft fectionem venæ cucurbitulas cum
„ magna flamma applicare juffi; deinde
„ iterum præfcriptas pilulas exhibui, et
„ fecundo venam incidi; cucurbitulas
„ quin etiam iteravi. His per dies ali-
„ quot adhibitis remediis; et obfervata
„ optima victus ratione tuberculum pau-
„ latim fubfedit, et oculus feliciter con-
„ valuit, vifus quoque ita reftitutus
„ fuit, ut nunc acutior fit, quam fuit
„ ante; præcipue oculi finiftri; cum
„ enim ante morbum ultra annos 20 per-
„ fpicillis ufus fuiffet æger, nunc claufo
„ dextro oculo finiftro etiam minutiffima
„ difcernere; legere, ac pingere poteft,
„ idque fine perfpicillo „. Huic non
abfimilem cafum narrat J. A. LIM-
PRECHT (z): „ A. 1724. . . Medi-
„ cus quidam, qui ætatem fuam ad finem
„ anni 73 fere perduxerat, crefcente au-
„ tumno vehementiffima corripitur oph-
„ thalmia, qua topicis magis quam in-
„ ternis affumptis medicamentis curata
„ fenfim vifus ipfi redditur acutior, ita

„ ut

(z) Act. nat. cur. Vol. 2. Obf. 47.

„ ut ſenex iſte, qui ultra 15 annos per-
„ ſpicillis viſui ſuccurrere coactus fuit,
„ jam per hos ipſos 11 menſes oculis nul-
„ lo modo armatis literas charactere
„ etiam minore expreſſas, modo lumen
„ ſolare aut lux artefacta ipſi ſufficiat,
„ absque ulla hæſitatione legere, et ut
„ olim in annis juvenilibus prompte ſcri-
„ bere valeat „. Fuit itaque tribus his
ægris tanti habuiſſe ophthalmiam; at hu-
jusmodi caſus perquam ſunt rari; infini-
tiesque plura numerare eſt mala, quæ
oculis ophthalmia conſciſcere ſolet, ea-
que duplicis generis; videlicet aut quæ
generatim graviorem quamvis inflamma-
tionem conſequi ſolent; aut quæ oculi
ob fabricam ſibi peculiarem facile inde
contrahunt. Utrorumque breviter ſpeci-
mina hic dare ſeorſim juvabit.

§. 34.

A. *Communes inflammationis* effectus, nempe

1. *Suppuratio*, in quam non niſi che-
moſis fere abit. Hac vero ſemel orta
pus vel in cameris oculi vel inter bul-
bum et adnatam colligitur: hinc

a) *Hypopion* efficitur (ſeu puris
pone corneam in primis cameris colle-
ctio), quod ſæpiſſime oculum peſſumdat,

dum coacervatum ac mora et calore acre factum erosis corneæ lamellis patulam humoribus oculi ad foras elabendum præbet viam, nisi mature resorptum e corpore elimineturː quod C. H. ERNDTELIUS (*a*) cuidam prætoriæ cohortis equestris satelliti evenisse refert. Ita etiam narrat BAEUMLEIN apud A. E. BÜCHNERUM (*b*) mulierem ophthalmiæ inde a variolis obnoxiam; ubi in tenebris oculo in mariti cubitum impegisset, gravi continuo ophthalmia cum vehementi dolore fuisse affectam; cui cum collyrium acre ex vitriolo Cyprio adhibitum esset, aucta inde inflammatio hypopion invexit; quod nihil opitulantibus Væ Se, catharticis, diaphoreticis, externis resolventibus, visum prorsus perfumdedit. Perinde P. SALMUTHI (*c*) tubicen dum navi veheretur, surgente vento commota arena oculos ejus obruit, graviterque læsit, gravius ille etiam eosdem dolentes fricando. Præscripsit nescio quis fotum calidissimum, qui aliquoties applicatus ophthalmiam cum febre aliisque gravissimis symptomatibus causavit:

(*a*) Warsav. physice illustrat. p. 235.
(*b*) Miscell. phys. med. math. A. 1729 Jun. Cl. 2. art. 4. p. 356.
(*c*) Observ. med. Cent. 3. Obs. 9.

unde utraque pupilla et toto oculo suppurato periit visus. Apud J. JANINUM (*d*) fabro ferrario vehemens lævi oculi chemosis cum magna cephalalgia, vomitu, vigiliisque naturæ relicta corneam cum visu destruxerat, superstite etiam tum uberi lacrymarum profluvio, et magna adnatæ inflammatione citra tumorem, irideque tota aeri patente vasisque ejus adeo turgidis, ut ruberrimæ carni esset similis. Pupillæ sua mansit cum figura tum diameter, sed immobilis erat: fibræ iridis et circulares et radiales multo clarius, quam in oculo bubulo, fuere conspicuæ. Diaphana corpora nil opacitatis ostendebant, fundusque oculi nigerrimus visebatur. Hocce in statu primum medicam opem poscenti ægro Auctor superstitem inflammationem prorsus discussit: quo facto lens ejusque capsula opacabantur, istaque uveæ adeo arcte accrevit, ut in continuitatem abiisse viderentur cum tanta firmitudine, ut palpebrarum affrictui resisteret. Iris pristinum recepit colorem, at paulo obscuriorem, quam sano in oculo erat. Cornea haud amplius regenerata est. Bulbus ita

(*d*) Beobacht. über das Auge u. dessen Krankheiten p. 303. sq.

concidit, ut dimidium nativi ſui voluminis amiſerit. Haud ſecius P. FORESTI (*e*) „ ruſticus clava ictus viſum per-„ didit, oculi ulcere ſuperveniente; at „ cornea perrupta liquor oculi cum ema-„ naſſet, a cœcitate curari non potuit „. Ita etiam C. TRIOEN (*f*) „ me (ait) „ convenit . . . mulier, 4 circiter heb-„ domadum puerpera, petens examina-„ rem infantis ſui ophthalmia laborantes „ oculos: cui examini cum me accinge-„ rem, illa religationis paratum ſolve-„ ret; puſilli oculo excidit lens cryſtal-„ lina integerrime diaphana, in quam ob „ rei infrequentiam penitius inquiſivi; „ vix enim mihi perſvadere valebam, „ corneam . . . ſine prævia ſuppuratio-„ ne, læſione externa, caſu, aut infor-„ tunio rupturæ obnoxiam, quam nihilo „ ſecius fiſſam experiebar; bulbumque „ oculi in orbita defoſſum. Quapropter „ ſententiam rogatus caſum lugubrem per „ ſe inſanabilem ac de viſu actum, nec „ puſillum ulla arte a cœcitate iſtius o-„ culi adſerendum renunciavi „. Apud F. PLATERUM (*g*) „ vitriarius quidam

(*e*) l. c. Obſ. 18.
(*f*) Obſerv. medic. chirurg. p. 98.
(*g*) Obſerv. medic. Lib. I. p. 108.

„ cum peſte laboraret A. 1564, inter a-
„ lia ſymptomata capitis dolore vehe-
„ menti atque ophthalmia afficiebatur,
„ quæ adeo invaluit, ut in tumorem o-
„ culo elevato ſuppuratoque cryſtallinus
„ humor una cum aliis humoribus ſubito
„ ex oculo erumperet, et in barbam il-
„ lius flueret. Quod cum in uno oculo,
„ 10° fere poſt primam peſtis invaſio-
„ nem die, factum eſſet, 14° poſtea,
„ dum in agone mortis eſſet, ex altero
„ quoque eodem modo humores effluxe-
„ runt „. Eadem ratione elapſis ex o-
culo rupto humoribus cœcitatem in femi-
na quadam ſecutam vidit PARAEUS (*b*),
quod ipſum in F. J. HEIMREICHII (*i*)
etiam caſu evenerat: „ femina (refert
„ ille) 40 circiter annos nata eo, quo
„ menſium fluxum patiebatur, tempore a
„ bove cornu ſuo pudenda ejus feriente,
„ et levem contuſionem inferente, ſubi-
„ to perterrita menſium nullo per 8
„ hebdomadas indicio ſe ſe prodentium
„ ſuppreſſionem experiebatur. Horum
„ fluxum ut promoveret, quartam men-
„ ſuræ vini partem in ollam cupream in-
„ dit, et elapſis 24 horis illam epotat;

(*b*) L. 16. C. 13.
(*i*) Act. nat. cur. Vol. 2. Obſ. 11.

„ quo facto menstrua nimium fluere in-
„ cipiunt, sed procedente tempore im-
„ minuuntur, et tam quantitatis et qua-
„ litatis quam temporis ratione vitium
„ ostendunt, et feminam valetudinariam
„ reddunt. Nam vitiosum sanguinis mo-
„ tum versus caput observat, et de va-
„ riis ex sanguinis accumulatione ortis
„ symptomatibus conqueritur: tandem
„ inflammationem oculi patitur, ad quam
„ depellendam balneator quidam cata-
„ plasma ex repellentibus et actu frigi-
„ dis paratum oculo imponi jubet. Fe-
„ mina morem gerit; statim vero dolo-
„ res exacerbatos, et paulo post majo-
„ rem oculi tumorem et ex orbita pro-
„ minentiam sentit, nihilo minus tamen
„ remedii applicationem, meliora spe-
„ rans, patienter continuat, donec præ-
„ terlapsis fere viginti et quatuor horis
„ cum maximo terrore doloribusque
„ gravissimis rupturam oculi cum frago-
„ re distincto et notabili experitur, et
„ effluentibus statim humoribus aqueo
„ crystallino et vitreo, tunicisque dis-
„ ruptis concidentibus et versus caput
„ recedentibus, visu plene privatur„.
Sic quoque suppuratio oculum visum-
que pessumdedit in alio JÄNINI (*k*)

(*k*) Vide §. 33.

ægro, infante BARTHOLINI (*l*), puero FORESTI (*m*), FÜRSTENAUII (*n*) ſutore, HOFFMANNI juvene (*o*), milite (*p*), viroque (*q*), SAINT-YVESII que (*r*) matrona; SCHMUCKERUS (*s*) autem non ſine magnis conatibus effecit, ne hypopion in puella, cui medicinam fecit, eundem exitum ſortiretur.

b) *Abſceſsus* adnatæ, pure ſub ipſa in celluloſa collecto. Minus ab hocce ſtatu imminet oculo diſcriminis; nam vel ſponte rupto extrorſum abſceſſu vel inciſione facta educto pure, adhibitisque idoneis remediis oculi integritati conſulitur, velut in FORESTI (*t*) femina et adoleſcente SIBBERNII (*u*) eventus docuit. Juvat hic diſparem duplicis ophthalmiæ in ſuppurationem verſæ exitum ex Annalibus Vratislavienſium (*x*) addu-

(*l*) Vide §. 17.
(*m*) l. c. ſchol. ad obſ. 5.
(*n*) Vide §. 16.
(*o*) Vide §. 17.
(*p*) Vide §. 22 No 4.
(*q*) Vide hiſtor. 11.
(*r*) Vide §. 22 No 5.
(*s*) Vide §. 54.
(*t*) Vide hiſtor. 5.
(*u*) Vide hiſtor. 17.
(*x*) Tent. II. A. 1720 Mart. cl. 4. art. 6. §. 1. p. 326. ſq.

cere, nempe vefpere diei 23 Martii 1720 mulier cum puella annicula itineri fe dat; obortus autem vehementiffimus venti turbo ita eam prolemque male excepit, ut mater primum non multo poft, quam fe in pagum vicinum recepiffet, ingentem vertiginem pateretur, poftridieque domum redux immanem fyncipitis oculorumque dolorem punctorium et ardorem eorumdem fentiret. Octiduo poft proles quoque ex eodem malo laborare cœpit; et cum ambæ hæ ægræ omnem rei eventum naturæ commififfent, accidit, ut poft aliquot dies oculi puellæ pus interius collegerint: unde pupilla dextra corrugata profundius retroceſſerat; lævus autem oculus turbidus pureque inflatus extrorfum protuberavit, amboque ita oculi vifu privati. Mater contra decedente fenfim ophthalmia priftinam recuperavit vifus aciem. Interdum vero tanta puris fpiffi inter bulbum ac palpebras tumore claufas copia intercedit, ut omnem bulbum confpicuum obtegendo eum infpicientis vifui fubducat, puteturque totum orbitæ cavum pure effe refertum; donec illo educto bulbus illæfus rurfus in apricum emergat. Duos infignes hujus rei cafus Anonymus qui-

dam (y) literis mandavit, unum pro miraculo venditatum, alterum ab se visum. Utrumque, ut exstat, huc traducam. „ Infans 3 annorum et aliquot mensium „ visum perdiderat inde a 6 septimanis „ ab inflammatione oculorum, eos omni„ no claudente, et per complures dies „ multum materiæ et puris ab iisdem „ expellente, ita ut inde crusta facta „ non solum oculos verum quoque in„ tegram faciem infantis obduceret. „ Tandem crusta illa purulenta decidit „ quidem, sed oculi tamen manebant „ prorsus clausi et ita in orbitam ocu„ lorum retracti, ut vix ac ne vix qui„ dem tarsi ciliis muniti in conspectum „ venirent, atque cum mater . . . in„ terdum palpebras erigeret et diduce„ ret, loco oculorum nihil amplius quam „ aliquid albi coloris in conspectu erat, „ ita ut oculos periisse firmiter ipsi per„ svasum fieret. Mater . . . opem „ pharmacopœorum quorumdam implo„ ravit, quorum unus emplastrum ipsi „ dedit, quod etiam, irrito tamen adhi„ buit effectu. Svasu dein matronæ „ cujusdam Patrem quemdam Oratorii

(y) Commerc. Nor. T. 5. A. 1735 hebd. 14. p. 110. sq.

„ CELORON dictum adiit, eumque, ut
„ oculis infantis sui purificatorium ap-
„ plicaret, rogavit. Pater ille petitis
„ annuens, precibus sat longis ad DE-
„ UM missis, et reliquiis et purificatorio
„ et corporali . . . tribus distinctos vi-
„ cibus oculos infantis male affectos ap-
„ plicuit. Neque ita multo post audita,
„ ut Pater præceperat, missa, mater in-
„ fantem domum reportans, aliisque ne-
„ gotiis postea vacans, vocatur, nuncio-
„ que illo læto infantem optime videre
„ exhilaratur. Hæc jam historia licet
„ miraculi speciem aliquam præ se ferat,
„ tantum tamen abest, ut Auctori (illi
„ anonymo) miraculosa videatur, ut po-
„ tius dicat simili prorsus exemplo se
„ evincere posse, quod non obstante
„ morbi violentia et gravissimis jacturæ
„ indiciis oculorum tamen corpora suam
„ servare integritatem non solum que-
„ ant, verum etiam in similibus casibus
„ nunquam non soleant. Observavit au-
„ tem . . . in puello bimulo omnem o-
„ culorum figuram, qualis clausis palpe-
„ pris superesse solet, harum partium
„ satis magno; non tamen transparente,
„ tumore periisse, et simul hæc oculo-
„ rum opercula marginibus introactis,
„ inibique ob adhæsionem in angulis
„ suis firmiter detentis, ita fuisse redu-

„ plicata, ut de tarſo ciliisque nullibi „ quidquam in conſpectum veniret, ne- „ que oculi citra ſummam et haud fe- „ rendam violentiam aperiri poſſent, præ- „ ſertim cum hic palpebrarum coalitus „ ſatis denſa cruſta ex pure reſiccato ob- „ ductus atque munitus eſſet. Retule- „ rat præter hæc mater, malum pede- „ tentim ex inflammatione non admo- „ dum notabili ortum incrementaque „ ſumpſiſſe, interdum autem et per vices „ magnam copiam materiæ fluidæ flavæ „ ex angulis oculorum majoribus impetu „ quodam proſilire. Hinc ergo ut ob- „ viam iretur morbo, interne pulvilli „ diapnoici et laxantes leniores, externe „ autem ſacculi diſcutientes, reſolventes, „ et nervini, primum ſicci, deinde vi- „ no incocti et calide applicati, in uſum „ vocabantur. Horum remediorum uſu „ continuato id effectum eſt, ut tandem „ pure jugiter adhuc erumpente palpe- „ bræ tantiſper detumuerint, ita ut iis „ diductis pateſceret ad margines illa- „ rum aditus, ſimul vero firmiſſima ci- „ liorum conglutinatio in conſpectum „ veniret. His tandem etiam ab invicem „ ſeparatis palpebræ quoque diduci pote- „ rant, aſt non ſine copioſo puris meri „ effluxu, adeo ut per 6 ad minimum „ dies non alia facies rerum poſt oculo-

„ rum aperturam eſſet, ac ſi conchulam
„ humore purulento plenam conſpiceres.
„ In tali rerum ſtatu actum de oculis
„ eſſe A. credebat, præſertim cum ca-
„ vitas præter ſolitum profunda nullo
„ globoſo oculi corpore ad ſenſum re-
„ pleta, et in fundo plane alba com-
„ pareret. Sed poſtquam demum præ-
„ eunte ANTONIO collyrium mundifi-
„ cans et abſtergens aliquot granis vitrio-
„ li ♂lis acutum oculis inſtillaretur,
„ factum eſt, ut opacus corneæ circu-
„ lus ſe ſe rurſus aliquantiſper conſpici-
„ endum dederit, ſic ut redeunte quo-
„ que motu palpebrarum mox priſtina
„ oculorum ſanitate puellus gauderet „.
His vero binis ſuppurationis modis non immerito etiam addi poteſt

c) *Ulceratio tarſorum*, quam aut lacrymarum acrimonia erodens (z), aut pus adnatæ iis applicatum, aut denique propria palpebrarum ac MEIBOMII glandularum inflammatio in chemoſi in ſuppurationem abiens, cauſat, quamque L. HEISTERUS (a) in quadrimulo puero obſervavit. Hæc vel ex eo prætervidenda non eſt, quod alii malo, nempe anchy-

(z) Vide §. 31 No 4.
(a) l. c. I. Band No 656.

loblepharosi veræ (*b*) occasionem præbeat, ni tempestive ei obvietur. Denique

d) *Ulcera corneæ* huc referenda sunt, quæ perinde vel acres lacrymæ corneam alluentes ac diutius eidem, dum oculi clausi sunt; applicatæ inducunt, velut in DÉMOURSII (*c*) matrona; vel pus adnatæ illam erodens, vel propria corneæ lamellarum inflammatio in suppurationem versa, efficit, ut in puero, cujus FORDYCE (*d*) meminit, ac FORESTI (*e*) femina, nec non fabro JANINI (*f*) est observatum; vel denique hypopion post se trahit, ut superius (*g*) dictum est.

2. *Scirrhus, cancer.* „Sic ante aliquot „annos miseram vidimus servam, ait D. W. „TRILLERUS (*h*), cui oculorum in„flammatione vehementissima laboranti „a temerario nimis chirurgo . . . fri„gida collyria et adstringentia epithe„mata crebro applicata fuerant: unde

(*b*) Vide §. 35 No 4.
(*c*) l. c.
(*d*) Vide §. 48. No 3.
(*e*) Vide histor. 5.
(*f*) Vide praeced. a) et histor. 12.
(*g*) Vide praeced. a).
(*h*) Opusc. medic. Vol. 1. Part. 1. Diss. 5. §. 5. p. 139.

„ ipſe oculi bulbus . . . in lapideum
„ quaſi ſcirrhum adeo uſque induruerat,
„ ut ipſe oculus pugno fere major ad
„ horrorem formidinemque viſentium
„ rigidus atque immobilis per plura ſi-
„ mul loca fœdiſſime fiſſus exſtaret.
„ Quo denique factum, ut ipſe nervus
„ opticus una cum ipſo cerebro adeo
„ affligeretur, ut inſultus epileptici et
„ atrociſſimæ capitis collique conquaſſa-
„ tiones, artuumque tremores, et diræ
„ tandem totius corporis contorſiones
„ nullis prorſus remediis ſuperabiles ſub-
„ ſequerentur, donec demum miſerrima
„ illa famula inter terribiles clamores ac
„ furores animam tot malis ſævis feſſam
„ laborioſe exprimeret„.

3. *Gangræna* vero utrum unquam inflammationem oculi conſequatur, dicere haud auſim; quandoquidem nullo id exemplo probare mihi ſit integrum. Mirum tamen profecto phænomenon, et cujus ratio haud ita in promptu eſt.

§. 35.

B. *Proprii* autem *ophthalmiæ effectus* e peculiari oculi fabrica propullulant; cujusmodi ſunt vitia corneæ, albugineæ, palpebrarum, iridis, humorum, retinæ ac nervi optici: hinc

1. *Leucomata*, queis inde affecti erant GOHLII (*i*) judæus, ejusdemque (*k*) ac HEISTERI (*l*) puella, ſtudioſus (*m*) item, et ejusdem (*n*) ac GRIGNONI (*o*) puer, GOULARDI (*p*) infans; ruſticus J. L. ODHELII (*q*), centurio PLATERI (*r*); ac TILLINGII (*s*) adoleſcens.

2. *Pterygia* (qua ungues, qua panni), ut in viro DELII (*t*) et ESCHENBACHII (*u*) matrona; et quæ obſervarunt O. ACREL (*x*) in ancilla, J. D. GOHLIUS in viro (*y*), puella (*z*), piſtore (*a*), duabusque feminis (*b*);

(*i*) Vide §. 42 No 2.
(*k*) Vide §. 22 No 6.
(*l*) l. c. 1 Band No 509.
(*m*) Ibidem No 355.
(*n*) Ibidem No 671.
(*o*) Vide §. 18.
(*p*) Vide §. 72 I. D. No 8.
(*q*) Act. Svec. Vol. 29. Trimeſtr. 2. art. 7. p. m. 153.
(*r*) Vide §. 65 No 2. b).
(*s*) Vide §. 72 I. A. No 2.
(*t*) Vide §. 72 I. B. No 1.
(*u*) Vide §. 37 No 5.
(*x*) Chirurg. Vorf. l'e 1 Band 21 Fal No 1 p. 97.
(*y*) Vide §. 72 I. B. No 1.
(*z*) Vide §. 22. No 6.
(*a*) l. c. Dec. 1. Vol. 7. Sect. 1. p. 53.
(*b*) Ibidem p. 54. & Vide §. 22 No 2.

HEISTERUS in ſutore (*c*) ac binis centurionibus (*d*), et in puerpera SALCHOV (*e*); &c.

3. *Phlyctænæ, perlæ, carbunculi.* „ Puſtulæ quoque ex inflammationibus „ interdum oriuntur . . . ſolent etiam „ carbunculi ex inflammatione naſci, „ non nunquam in ipſis oculis, non nun- „ quam in palpebris „ notante A. C. CELSO (*f*); cujusmodi vitia corneæ BARTHOLINI (*g*) civis, mercator MERCLINI (*h*), puerque Medicorum Sileſiacorum (*i*); ex ophthalmia retulerunt.

4. *Anchyloblepharoſis* vera; ſeu palpebrarum in tarſis concretio; quæ eorumdem ulcerationem (*k*) conſequitur. Binos illius caſus inſignes deſcribit O. ACREL (*l*), tertium C. F. KALTSCHMIED (*m*) in „ pu-

„ ero

(*c*) l. c. No 203.
(*d*) Ibidem 2 Band No 23. 263.
(*e*) Vide §. 72 I. D. No 8.
(*f*) De medicina L. 6. C. 6. art. 10 & 11.
(*g*) Vide §. 17.
(*h*) Vide §. 65 No 3. c).
(*i*) Vide §. 55. No 5.
(*k*) Vide præced. A. No 1. c).
(*l*) l. c. 17 Fall No 1. 2. p. 84. ſqq.
(*m*) Diſs. de puero 12 annor. anchyloblepharoſi laborante curato. 4. Jenæ 1764. Reſp. G. G. G. BARCHEWITZ.

„ ero 12 annorum, (cui) ab alio per . . .
„ petulantiam portio pulveris calcis vi-
„ væ in oculum finiſtrum conjicitur, ut
„ doloribus ac inflammatione cum febre
„ obortis vitæ periculum ſubiret. Mul-
„ to tamen labore febre, doloribus ac
„ ophthalmia fugatis palpebræ oculi non
„ ſolum ita coaluerunt, ut vix interior
„ oculi angulus quodammodo apertus
„ lacrymis exitum concederet, ſed et
„ tunica cornea palpebræ ſuperiori fir-
„ miſſime jungeretur „. Poſt ½ annum
conſultus Cl. Auctor eum operatione fa-
cta perſanavit.

5. *Iridis fiſsura, ſtaphyloma.* M. E. BLOCH (*n*) poſt contumacem, ſuperatam tamen, ophthalmiam in iride vidit fiſſuram ſuperſtitem, quin viſui prorſus recuperato vel hilum officeret. Staphyloma vero iridis ex chemoſi fabro JANINI (*o*) accidit. Corneæ quoque ſtaphylomata in juniori ætate interdum poſt chemoſes generantur. J. L. SCHMUCKERUS (*p*) operationem hujus mali inſtituit in Regii cujusdam ſervi filia, quæ 14° vitæ die vehementem chemoſin cum

(*n*) Medic. Bemerkungen No 1. p. 5.
(*o*) Vide hiſtor. 12.
(*p*) l. c. 1 Th. p. 496.

magna ſuppuratione nacta eſt. Abhinc ſtaphyloma corneæ cœptum intra 18 annos tantopere increvit, ut illa ultra pollicem coni inſtar ex omni ſua ſuperficie aſſurgentis in apicem extra palpebras promineret.

6. *Cataracta*, quam ex ophthalmia BARTHOLINI (*q*) civis, BOEHMERI (*r*) mulier, matrona ESCHENBACHII (*s*); ac JANINI (*t*) faber, nec non lapicida LANZONI (*u*), nacti ſunt.

7. *Amblyopia*, *amauroſis*. „Caligare „ . . . oculi; inquit CELSUS (*x*), „ non nunquam ex lippitudine . . . con- „ ſveverunt „. Sane JANINI (*y*) anginoſo diu poſt ophthalmiam ingens amblyopia ſuperfuit. Amauroſeos vero inde obortæ exempla in hiſtoria amauroſeos a me data (*z*) videre eſt.

§. 36.

III. LETALIS*ne unquam ophthalmia*? Sunt, qui nihil ab ophthalmia ex ſe diſ-

---

(*q*) Vide §. 17.
(*r*) Vide §. 37 No 2. a).
(*s*) Ibidem No 5.
(*t*) Vide §. 34 No 1. a).
(*u*) Vide §. 22 No 4.
(*x*) l. c. art. 32.
(*y*) Vide §. 55 B. No 8.
(*z*) Part. 1. §. 44. p. 259. ſqq.

criminis vitæ impendere affirment; nisi illa sit gravioris cujusdam ægritudinis, præsertim encephalum obtinentis (v. g. phrenitidis, &c.), symptoma admodum ominosum: atque tunc ut signum, non ut causa; mortis habenda est. Alioquin vero cum nunquam in gangrænam visa sit abiisse (*a*); suppuratio autem etsi oculum sæpe destruat, cum puri exitus continuo patescat; non facile vitæ insidias struit. Neque febris hic, ut ut vehemens, mortem minatur, cum in suppurationem ut plurimum tendere soleat. Interea tamen duos jam letalis ophthalmiæ casus vidimus hactenus, unum in BERGENII (*b*) judæo, alterum in TRILLERI (*c*) serva: nisi forte quis judæo ophthalmiam fuisse symptomaticam contenderit, in serva vero mortem non tam inflammationi quam immani potius scirrho oculi tribuendam esse velit; at scirrhus hic exitialis ophthalmiæ utique prægressæ debebatur.

(*a*) Vide §. 34 No 3.
(*b*) Vide §. 15.
(*c*) Vide §. 34 No 2.

§. 37.

IV. SOLVIT *ophthalmiam* vel resolutio benigna, vel crisis, vel metastasis, febrisve superveniens, aut ipsa temporis diuturnitas.

1. *Resolutio* beniga sola pene in taraxi locum habere potest, in qua et humor blandus, et motus non usque adeo exorbitans, et impactus non nimius, &c. obtinent.

2. *Crisis* vero in qualibet ophthalmia evenire potest, eaque pro rerum adjunctis varia, ut est

a) *Hæmorrhagia* quæcunque. Sic Julio 1723 Erfurti obtinentes cephalalgias, ophthalmias, odontalgias, otalgiasque ut plurimum vel sudores blandi vel hæmorrhagiæ narium solvebant teste A. E. BÜCHNERO (*d*). Menses quoque, si aut substiterant, aut non dum eruperant, indeque ophthalmiam invexere, supervenientes illam solvere sunt observati. LACHENAL (*e*) meminit feminæ 26 annorum, quæ a continuis teneræ ætatis defluxionibus ad oculos pubertatis

---

(*d*) Annal. Vratisl. Tentám. 25 A. 1723 Cl. 2. art. 3. §. 2. p. 37.

(*e*) Gazette salut. A. 1761 No 10 p. 39.

tempore catameniis obortis immunis evasit. Insignem hujus commatis casum refert J. JANIN (f) de puella a biennio ex obstructis menstruis ophthalmiam passa non mediocrem cum lucis impatientia et leucomate totam fere corneam tegente visumque relinquente exiguum. Cum frustra hactenus alii artis periti revocandis catameniis impendissent operam, JANINUS admotis ad vulvæ labia hirudinibus ea intra 24 horas prolicuit. Ab hoc vero momento ophthalmia cum leucomate tam celeriter decrevit, ut intra quatriduum citra ulla alia usurpata remedia oculi pristinum recuperarint statum, mensibusque inde rite semper procedentibus puella optime valuerit. Similem quoque observationem J. SAUNDER (g) suppeditat, nempe nobilis femina 17 annorum a subsistentibus catameniis incidit in anorexiam, langvorem ac vehementem oculi sinistri ophthalmiam, quæ cum ab æstate ad usque Decembrem neglecta fuisset, dextrum quoque oculum rubore infecit; querebaturque tum ægra de dys-

(f) l c. p. 307.
(g) Medic. Commentar. von Edinburgh 3 Th. 4 Stück 2 Abschn. 1 Art. 12 Fall. p. 440. sqq.

pnœa, anxietate, magnoque amborum oculorum dolore punctorio, languebat admodum, ac præter tumorem digiti glandulas quoque non nullas gestabat induratas. Dextri oculi ophthalmia Væ Se ac vesicante brevi discussa est; at sinister nec aperiri poterat, nec lucem ferebat. Itaque per hyemem usa est cortice, bibit lac asininum, fonticulumque in brachio gestavit, et oculo topica adhibebantur. Nihilo tamen secius periodicæ exacerbationes abunde docebant, morbum suppressis mensibus deberi, quas matura semper deinceps Væ So prævertebat; interea sub continuata eadem medendi methodo ægra viribus habituque corporis profecit; sed cum in tabem pronum esse corpus hyems ac ver edocuissent, sanguisque ejus tanta gauderet diathisi phlogistica, ut ægræ carnium esu potuque fermentatorum liquidorum prorsus fuerit interdicendum, non abs re diffidebatur emmenagogis ♂libus aliisque stimulantibus; quorum loco proinde aptior futura censebatur electricitas. Sepositis itaque tota prius hebdomade remediis, mense inde Martio ad machinam electricam ducta est, quæ triduo adhibita ophthalmiam manifeste emendavit, et 4o mox die sub ipso electricitatis usu catamenia reversa sunt; quorum cum ni-

mius fluxus ab electricitate metuendus haud videretur, isthæc in dies adhibita est. Catamenia rite fluebant, ophthalmia plane disparuit, oculus lucis evasit patiens sanique similis, præter quamdam corneæ opacitatem, quæ vero quotidie etiam emendabatur. Queis omnibus e voto consecutis ægrota in hebdomadem adhuc electricitati vacavit. Non multum ab hac observatione discrepat, quod P. A. BOEHMERUS (*b*) refert: „ uxor
„ saponarii annorum 36, felix mater 4
„ filiorum, temperamenti sanguineo-me-
„ lancholici, in 4° puerperio A. 1742
„ incipientem in dextro latere, et per
„ intervalla redeuntem fixum dolorem
„ cum successivo abdominis augmento
„ pondereque raro molesto et gravati-
„ vo sentiebat, posteaquam imperita ob-
„ stetrix violentam placentæ præternatu-
„ raliter ipsius utero adhærentis extra-
„ ctionem frustatim peragere conaretur.
„ Fluxus lochialis ex parte suppressus,
„ nullisque accedente febre lochiali,
„ qua per aliquot septimanas laboravit,
„ abstergentibus uterinis legitime pro-
„ motus fuit. Factum inde, ut aliquot
„ post ablactationis negotium annis pro-

(*b*) Act. nat. cur. Vol. 9. append. No 3. p. 61. sq.

„ pter menſium obſtructionem, negle-
„ ctas artificiales, impeditasque natura-
„ les excretiones ſpaſmis inferiorum par-
„ tium, quæ malum hyſtericum comita-
„ bantur, agitata, humoribusque ad ca-
„ put translatis, et in adnata utriusque
„ oculi ſtagnantibus, ophthalmia vera
„ excitata fuerit, quæ ob neglectam cu-
„ rationem anſam præbuit ſuffuſioni mi-
„ tiori et immaturæ, vitio nempe, quo
„ pupillæ amiſſo naturali transparente
„ colore cinereum contrahere et ex par-
„ te viſum impedire videbantur. Ac-
„ ceſſit ad me, meum ſibi expetens au-
„ xilium . . . Itaque repetitis aliquoties
„ largis in pede V. S. interpoſitis laxan-
„ tibus ☿libus, adhibitisque remediis
„ reſolventibus, diluentibus, temperan-
„ tibus, nec non inſtituta periodica cu-
„ ratione, ſingulis ſcilicet menſibns de-
„ creſcente luna per 6 dies uſum abſter-
„ gentium uterinorum continuando, ex-
„ terne autem oculis impoſitis collyriis,
„ diſcutientibusque ſpeciebus, effeci, ut
„ fluxus menſtruus rediret, et diſcuſſa
„ oculorum inflammatione incipiens ca-
„ taracta ſenſim ſenſimque imminueretur,
„ remanente tantum aliqua viſus imbe-
„ cillitate „. Reliqua deinceps conſe-
cuta neutiquam hujus loci ſunt. Hiſce
vero paulo minus ſecundus eſt caſus,

quem J. M. WOLFFIUS (*i*) ad posteros dedit: „ virgo quædam 22 annorum, „ temperamenti sanguineo-cholerici, gra- „ cilioris corporis constitutionis, circa „ 14um ætatis suæ annum ophthalmia hu- „ mida in utroque oculo corripiebatur. „ Postea quolibet fere mense per aliquot „ dies in capite aliquo affectu, et qui- „ dem aut otalgia aut odontalgia aut ce- „ phalalgia aut erysipelate faciei aut „ ophthalmia laborabat; quæ vero pa- „ themata cum 19° ætatis anno fluxus „ menstruus prima vice erumperet, et „ typum legitimo modo per 2 annos ser- „ varet, cessarunt quidem, sed etiam „ recurrerunt, cum 21° anno mense „ Aprili menstrui fluxus obstructionem „ eadem pateretur. Quoties enim pur- „ gatio menstrua recurrere debuit, toties „ unus vel alter ex antea adductis affe- „ ctibus rediit. Tandem mense Octobri „ ophthalmia acris oculum dextrum oc- „ cupavit, et brevi tempore ita exacer- „ bata fuit, ut humores oculi turbaren- „ tur, cornea tunica corrumperetur, et „ visus plane periret. Temerarius qui- „ dam . . . chirurgus cataplasma cali- „ dum, ex variis herbis cum vino co- „ ctis paratum, oculo imposuit, adeo

(*i*) Ibidem Vol. 7, obs, 130.

„ ſiniſtro vero cum effectu, ut ſtatim
„ dolor et inflammatio in morboſo oculo
„ incrementum majus ſumeret, et alter
„ quoque oculus ſiniſter omnibus nume-
„ ris ſanus rubore et dolore pariter affi-
„ ceretur. Nihilo minus et huic oculo
„ admovit chirurgus idem illud cataplaſ-
„ ma, et interne exhibuit TRam quam-
„ dam ſudoriferam, itemque pilulas Fran-
„ cofurtenſes, quibus omnia in pejorem
„ ſtatum mutavit. Ad alia hinc confu-
„ giebat remedia, inungebat oculo un-
„ gventum quoddam, nuchæ multa veſi-
„ catoria applicabat, bis venam pedis
„ ſecabat, fonticulum in brachio dextro
„ excitabat, dentes aliquot evellebat,
„ oculo varia cataplasmata et epithema-
„ ta admovebat; interne vero decocta
„ aliaque ſanguinem exagitantia medica-
„ menta adhibebat; quæ omnia tamen
„ plus damni quam levaminis adferebant.
„ Dexter enim oculus manſit deſtructus,
„ et ſiniſter quotidie ad deſtructionem
„ magis magisque inclinare deprehende-
„ batur. Chirurgus hæc conſiderans ad
„ . . . eſſentiam . . . quamdam emme-
„ nagogam confugiebat, cujus uſu intra
„ 48 horarum ſpatium fluxum menſtru-
„ um . . . in ordinem ſe redacturum
„ pollicitus fuit, . . . quo guttatim aſ-
„ ſumpto ægrota tantis doloribus capitis
„ et in primis oculorum affligebatur,

„ ut iisdem ferendis vix par eſſet. At-
„ tamen chirurgus optima quæque ſpon-
„ dens ægrotæ perſvaſit, ut 2ª 3ª et
„ 4ª vice eſſentiæ iſtius uſum repeteret,
„ ut ut ſemper doloribus acerbiſſimis,
„ ebullitione ſanguinis, aliisque malis
„ toties excruciaretur, quoties illam aſ-
„ ſumpſerit. Emanſit vero ſalutaris ille
„ menſtruus fluxus, et loco ſperatæ hu-
„ jus excretionis in oculo ſiniſtro antea
„ bene conſtituto viſus quotidie immi-
„ nuebatur, et tandem eſſentia ultima
„ vice adhibita, quod 10ª ſeptimana ab
„ incepta chirurgi curatione eveniebat,
„ prorſus ille peribat. In his ergo an-
„ guſtiis conſtituta ægrota meum tandem
„ implorabat auxilium, mihique oſten-
„ debat oculos valde inflammatos, tu-
„ midos, largo ſimul ſtillicidio humoris
„ acris, turbatione humorum, et ruptu-
„ ra corneæ afflictos. In ſiniſtri oculi
„ cornea verſus angulum majorem tumor
„ apparuit inſtar piſi. Ex quibus mani-
„ feſte apparebat, cœcitatem oculi dex-
„ tri ex obſtructione menſium, oculi
„ vero ſiniſtri partim ex illa partim ex
„ chirurgi perverſa curatione inductam
„ fuiſſe. Cum vero ſtructura oculorum
„ nimium quantum jam corrupta mihi vide-
„ retur, . . . de viſus recuperatione plane
„ dubitavi. Interim tamen fluxum cata-

„ meniorum, quam primum illud fieri
„ posset, in ordinem redigendum esse
„ duxi: quem in finem decoctum emme-
„ nagogum, pilulas ad instar BECHERIA-
„ NARUM paratas, et pulverem ex sacch.
„ Canar. cort. Cinnamom. et æthiope mi-
„ nerali, præscripsi, simulque pediluvio-
„ rum usum frequentissimum commen-
„ davi. Quibus remediis adhibitis 12°
„ die catamenia prodibant, et per 3 die-
„ rum spatium continuabant, insimulque
„ (quod notatu omnino dignum est)
„ omnes dolores capitis aurium oculo-
„ rumque sub usu horum remediorum
„ evanescebant. Licet autem virgo hæc
„ postea singulis vicibus sub continuato
„ usu horum remediorum debito tem-
„ pore fluxum menstruum redire obser-
„ varet, toties tamen oculi inflamma-
„ bantur paululum, quoties appropin-
„ quabat ordinarius hujus excretionis
„ terminus, sub cujus dein successu in-
„ flammatio una cum dolore et tumore
„ facile iterum evanescebat. Quoniam
„ vero humores turbidi manebant, et
„ ægrota vix lucem a tenebris distingue-
„ re valebat, tandem ad mercurialem sa-
„ livationem confugiendum esse statui,
„ revocans in memoriam observationes.
„ . . . F. HOFFMANNI in variis ejus-
„ dem scriptis adnotatas. Elegi autem

„ tutiſſimam æque ac jucundiſſimam me-
„ thodum ſalivandi Excell. D. D. TREW (*k*)
„ deſcriptam; qua quidem humores ocu-
„ lorum magis pellucidi reddebantur,
„ viſus vero reſtitui nequaquam potuit:
„ ut hinc virgo iſta cœca miſerrimam
„ vitam adhuc ducat„. Propria autem huicce morbo ſolvendo accidere ſolet hæmorrhagia ex oculorum canthis ſcaturiens, cujusmodi exemplum proſtat in Annalib. Vratislavienſium (*l*) de puero 14 annorum, hæmorrhagiæ narium alias obnoxio, cui ophthalmia inſignis oborta poſt fluxum ſanguinis ſinceri e cantho oculi dextri conſecutum citra alia remedia conquievit. Ejusdemmodi quoque caſum obſervavit BOENNEKEN (*m*) ſenior, videlicet puellus 30 hebdomadum correptus eſt ophthalmia ſeroſa cum inquieto ſomno pavoribusque nocturnis. Dentitionem in cauſa eſſe conſveta ejus indicia liquido docebant, præſertim quod non multo ante duo primores inferioris maxillæ dentes inciſorii emerſerint, in

---

(*k*) Commerc. Nor. T. I. A. 1731 ſpecim. 52. p. 410.

(*l*) Tent. 27. A. 1724 Febr. Cl. 2. art. 3. §. I. p. 152.

(*m*) Fränk. Samml. 3 Band 16 St. 3 Bemerk. p. 319.

præſenti gingivis maxillæ ſuperioris, ubi dentes canini ſiti eſſe ſolent, plus quam alibi elevatis craſſioribusque apparentibus: ut proinde hos ipſos dentes moliendo exitum ſymptomatum dictorum eſſe cauſam pateret. Accidit interea, ut 12ª noctis hora infanti ex utroque cantho majore fluidus coccineusque ſanguis inopinato erumpens in genas deflueret, fluxumque vagitus puelli augeret; qui, ubi ad chochlear j ſanguinis dediſſet, ſua iterum ſponte deſiit. Abhinc vero infans alacrior hilariorque factus, ophthalmia, æſtu, inquiete, ceteriſque ſymptomatibus in dies magis decreſcentibus, habitum ac vires recuperavit. Huc etiam referendus eſt ARNOLDI (*n*) caſus.

b) *Sudor*, ſi ophthalmiam imminuta perſpiratio, ſudorve ſuppreſſus cauſaverat, quod ab humido frigore certis anni temporibus præ primis contingit (*o*): atque tum obortus blandus ſudor morbum ſolvit, ut paulo ante (*p*) ex BÜCHNERO vidimus. Hinc pediluvia (*q*) tantopere hic ſæpe proſunt.

(*n*) Vide §. 41 No 2.
(*o*) Vide §. 22 No 1.
(*p*) Vide præced. a).
(*q*) Vide §. 59 No 2.

c) *Alvi fluxus*; nam HIPPOCRATE (*r*) notante „ lippitudine laboranti „ alvi profluvio detineri bonum „. Perinde Vratislavienses (*s*) „ id creberrima nos (ajunt) docuit experientia, „ alvi profluvium sive sponte natura motum sive pharmacis excitatum ophthalmicis esse admodum utile „.

3. *Metastasis* denique haud secius ac ipsæ crises ophthalmiam solvere quidem assolet, at non pari ubique eventu; nam cum alias materia morbi ad ignobiliora ab oculis loca minori nullove cum discrimine deponatur; aliquando natura velut sui oblita eam in nobiliores impingit partes non sine majore vel periculo vel molestia: ut proinde id genus metastasis bona interdum sit; interdum mala:

a) *Mala* utique fuit in viro v. RIEDLINI (*t*) hypochondriaco, non dum 30 annos nato, temperamenti melancholici, qui cum a nimia lucubratione contractam ophthalmiam fotu ex aqua rosarum cum tutia in pultem redacta parato, sæpiusque ad oculum affectum applicato, brevi discussisset, in gravem

---

(*r*) De judicationib. p. m. 56.
(*s*) Histor. morb. Vratisl. A. 1701. p. m. 237.
(*t*) Lin. med. ann. 5. Febr. 12 p. 147.

incidit cephalalgiam, ophthalmia molestiorem, quam demum febris quoque continua, non ſine periculo decurrens, eſt conſecuta. Neque melius ceſſit res mulieri apud A. E. BÜCHNERUM (*u*), quæ ophthalmiæ ope 🜄 camphorati naribus attracti profligatæ loco vehementem clavum hyſtericum nacta eſt, a quo demum uſus ☉us bezoard. BUSSII cum liqv. anod. miner. et lac ſaccharatum calidum naribus attractum, eam vindicarunt. Perinde Conſulis Freyenwaldenſis uxor, J. D. GOHLIO (*x*) narrante „ex humida totius „corporis, et hoc ſatis profunde ad cu„tim uſque, perfrigeratione contraxerat „febrim rheumatico-catarrhalem, cui „ſupervenit ſiniſtri oculi ophthalmia „(uti credebatur). Pharmacopœus loci „conſultus varia dat, et tentat in caſſum, „donec ſe meæ offert inſpectioni et „curæ. Offendo oculum turgidum et „rubentem, ſed non pro more veræ oph„thalmiæ in adnata ſuffuſum, nec per „noctes agglutinatum, interim ad lucem „admodum ſenſibilem, limpidamque a„quam copioſe plorantem. Per inter-

„venientem

(*u*) Miſcellan. phyſ. med. math. Ann. 1729. April. cl. 2. art. 2. p. 235.

(*x*) l. c. Dec. 2. Vol. 6. Sect. 1. No 5. p. 25.

„ venientem non ſpontaneam ſed caſu
„ concitatam diarrhœam ſolvebatur.
„ Brevi poſt prævio horrore more ery-
„ ſipelatum invadit ipſam dolor in jun-
„ ctura coxæ dextræ ambulans per genu ad
„ tarſum; quo credo per diaphoretica diſſi-
„ pato (pharmacopœum enim iterum
„ conſuluerat) occupat dolor iterum
„ oculum cum omnibus priſtinis ſympto-
„ matibus : inde denuo diſcuſſus redit
„ ad artus, quos ante occupaverat.
„ Urſerat patiens jam tempeſtive, ut
„ balnea concederem; quæ tum non dum
„ quadrabant: urgebat nunc iterum, ubi
„ dolores deferbuiſſe putabat per depo-
„ ſitionem materiæ in tumorem ad tarſum
„ dextri pedis. Permittebam itaque in-
„ ſeſſum, quo unica ſaltem vice admiſſo
„ dolor tranſibat ad latus ſiniſtrum. Ni-
„ hilo minus cum obſervaret dolorum in-
„ vaſionem cum horrore et pulſatione
„ in articulis obſeſſis per dies alternare,
„ continuat proprio motu inſeſſum alter-
„ nis melioribus diebus, ſed cum exacer-
„ batione dolorum in articulis, ut meo
„ denuo conſilio ſuſpenſis balneis deco-
„ ctum BEHRENSII . . . cum aliquo
„ regimine diætæque obſervatione per
„ 15 forte dies potare debuerit. Inter
„ potandum obſervavit adhuc alternis
„ diebus aliquem horridulæ auræ alla-

„ pſum etiam medios inter ſudores, et
„ ubi per admiſſam refrigerationem ſu-
„ dor interpolabatur, reſpiratio erat op-
„ preſſa, totumque ſternum ad clavicu-
„ lam uſque rigidus obſidebat ſpaſmus
„ . . . qui ſe prodebat ſub ſchemate
„ purpuræ albæ miliaris, qua non ſine
„ intervenientibus ataxiis ſuperata red-
„ iit ad balnea reliquias morbidas ple-
„ nius elicientia, et nunc maxime ſalu-
„ taria„. Haud ſecius G. HORSTII (y) Comes 21 annos natus poſt autumnalem dyſenteriam variis remediis profligatam in graviſſimam incidit ophthalmiam admodum dolorificam, quæ licet veſicatoriis ad nucham, et collyriis ex ſuccino ppt. marg. ppt. cum pauxillo croci in aqua euphraſiæ, fœniculi et roſarum diſſolutis tandem corrigeretur; tamen ob neglectam recidivæ dyſentericæ metu catharſin materia non evacuata alio commigravit, ac primum vagus brachii dolor obortus non multo poſt hinc in genu defluxit, tumoremque ibi arthritico ſimilem generavit, qui pure collecto fluctuans cauſticoque apertus dolore mox conquieſcente multum in dies puris præbuit, ſanatusque deinceps duritiem quamdam vicinorum

(y) Obſerv. medic. P. I. L. 4. obſ. 19.

tendinum poſt ſe reliquit; quam tamen fotus decocto pedum vitulinorum cum herbis emollientibus ac roborantibus etiam brevi poſt abolevit. Quod ſi ejusmodi metaſtaſes in pulmones factæ fuerint, haud abs re phthiſin metuere oportet: unde non vane M. B. VALENTINUS (z) „ crebra (inquit) verſatiſſimi medici „ Francofurtenſis D. WESEMII experi- „ entia conſtat, quod ophthalmia in pri- „ mis ſeroſa intempeſtive ſuppreſſa in „ phthiſin pulmonalem ſæpe abeat: Hinc „ affectibus oculorum chronicis obnoxii „ ſi iisdem deſubito liberentur, raro ul- „ tra unius vel alterius anni periodum „ ſolent ſupervivere: quod ex iterata „ obſervatione haud ita pridem ſincere „ mecum dividebat vir celebratiſſimus „. Et vero quam pronus ſit materiæ ab oculis ad pulmones decubitus; tribus id conſtat exemplis. Nempe „ ophthalmi- „ am chronicam, ceteris omnibus fru- „ ſtraneis, abraſione capillorum capitis „ ſanatam vidit D. PREUSSIUS (a), ſuc- „ cedente tamen tuſſi, quæ ab ipſo la- „ xantibus ſublata fuit „. De hac ipſa

(z) Miſc. nat cur. dec. 2. ann. 7. obſ. 65.
(a) Hiſtor. morbor. Vratisl. A. 1699. p. m. 64.

etiam re, at deteriore cum eventu, loquitur J. A. REIMANNUS (*b*) „ quid „ . . . de cura inflammationis oculorum „ chronicæ per abſciſſionem capillorum „ capitis obſervaverim (inquiens), referam: idem nempe, quod D. PREUSSIUM . . . obſervaſſe ſcribitur, quod „ tuſſis ſucceſſerit ophthalmiæ ita curatæ, quam ille laxantibus ſuſtulit. At „ vero in viro noſtro tuſſis tam contumax „ eſt, ut ſæpius ſe phthiſicum factum „ fuiſſe metuerit, et præterea pruritum „ totius corporis moleſtum experiatur. „ . . . Degit tamen adhuc tolerabiliter, „ ex quo Væ Se in pede æquinoctiali „ tempore et infuſo laxante uti ex conſilio noſtro incepit „. Denique „ militis cujusdam filiola, refert V. RIEDLINUS (*c*), annua aliquot hebdomadis major cum aliquot quidem dentes „ alveolos ſuos perrupiſſent, nunquam „ tamen hoc ſic contigit; quin inde non „ ita bene ſe habuiſſet; dum aut achores ſucceſſerunt, aut oculus inflammatus fuit, aut alia eandem proſtravere „ mala. Cum nuper iterum oculo tantum inſidiaretur dentitio, ut hujus uſu

(*b*) Miſc. nat. cur. Cent. 9. obſ. 46. p. 127.
(*c*) Curar. medicar. millenario No 888.

„ puellam orbatum iri non ita injuftus „ fubfuerit metus; propterea chirurgum „ quemdam confuluere, qui nefcio qui- „ bus medicamentis oculum priori fuo „ ftatui fic reftituit, ut tantæ ophthal- „ miæ nec indicium quidem fuperfuerit: „ at fucceffit tanta dyfpnœa quotidie „ fub vefperam præcipue incrementum „ fumens, ut puella inde brevi viribus „ fere penitus exuta fuerit; cum præ- „ fertim fic fat diu nullum conveniens „ eidem oppofuiffent remedium. Hinc „ vero licet tandem me vocaverint, et „ ego medicamenta laudatiffima præ- „ fcripferim, nec hæc tamen vel mini- „ mum profuere; fed puella brevi poft „ in mortis prædam ceffit „. Ex his autem fatis liquet, pravas id genus me- taftafes malæ fere nunquam non medica- tioni ophthalmiæ deberi. Contra ea

b) *Bona* falutarisque metaftafis cenfenda eft, quam BAEUMLEIN refe- rente A. E. BÜCHNERO (*d*) obfervavit in puella quinquenni. Hæc finiftro in bre- gmate prope fontanellam tumorem fecum in lucem attulit, quem litus unguento nervino ac ♂to cum oleo carvi, faccu- lique difcutientes admoti, maximam par-

(*d*) l. c. A. 1730 Aug. cl. 2. art. 4. p. 1254.

tem depulere, excreta per lævam narem puſulenta materia. Cum autem neglecta ulteriori remediorum adhibitione tumoris aliquid remanſerit, ſemeſtri inde poſt puella ſiniſtri oculi inflammatione laborare cœpit, quæ etſi catharticis, uſuque MRæ ex TRa ♁ ii, eſſentia ſuccini et ſcordii, ac pulverum diapnoicorum aliquatenus minuebatur, haud tamen ante prorſus deſiit, quam in ſiniſtræ manus digito annulari ruber tumor fuiſſet enatus, nec reſolventibus nec maturantibus tollendus, ac toto poſt anno circumacto ad ſuppurationem primum perductus. Ortus hinc abſceſſus dum ſub uſu, ut ut non per omnia ordinato, catharticorum ſanguinemque depurantium ſanationi eſſet proximus, novus in brachio tumor emerſit, in abſceſſum perinde abiens; cujusmodi alii ex aliis ſenſim vel in brachio vel cubito enaſcebantur adeo, ut uno ad ſanationem tendente novi continuo ſuccreverint, qui ſi reſolventibus diſcuterentur, ophthalmiam reſuſcitabant. Idcirco ſub idoneo regimine diætetico diapnoico, præmiſſis et intercalatis catharticis ☿ lib. dabatur per 4 hebdomades mane MRa e TRa alcalina et ſcordii, ſub veſperam autem ♁ ex æthiope min. C. C. uſto ac ſuccin. ppt. cum decocto pro potu ex rad. ſcorzon. ononid. bardan. ſcrophul. poly.

pod. helen. & sem. fœnic. Sicque sub hac curatione abscessus omnes persanati, quin vel novi emergerent, vel ophthalmia rediret; præsertim cum anno insequente eadem curatio per 14 dies rursus fuisset instituta, intermedioque tempore verno et autumnali fuissent exhibita cathartica. Abhinc puella sana vixit. Fonticulorum profecto vices tumores memorati sustinuere. Neque minus hic sunt salutares cutanei morbi chronici, ut achores, scabies, in primis ubi eorum præpostera retropulsione ophthalmiæ nascuntur; iis enim reversis illæ conquiescere solent. Apud C. T. BIERLINGIUM (*e*)
„ filiola quædam 6 annorum ex variolis
„ laborans ophthalmia accepit emplastrum
„ vesicatorium ex cantharidibus
(℞. Ferment. acerrimi ℥j
Cantharid. rite ppt. ʒj. cum s. q.
Aceti F. l. a. cataplasma) : quo
„ vesicæ excitatæ; sed a parentibus in
„ iis consolidandis justum non exspecta-
„ tum est tempus: propterea natura sibi
„ ipsi viam aperuit, et caput pustulis
„ multis occupavit, quibus materia pec-
„ cans revulsa est, et oculus aliquomo-

(*e*) Thesaur. theoret. pract. obs. 100. p. 1182.

„ do rubedine liberatus „. Ita in sutoris filia apud PEZOLDUM (*f*) achores reversi ophthalmiam ab eorum retropulsione ortam sustulerunt. Scabies quoque ab usu thermarum Carolinarum in TILLINGII (*g*) studioso efflorescens haud parvi ad ophthalmiæ sanationem erat momenti. Et J. L. ODHELIUS (*) vidit nobilem adolescentem ab ophthalmia contumaci haud prius vindicatum, quam post diuturnum et irritum ☿ lium usum vehementi scabie correptus est; abhinc enim oculi remediis idoneis adhibitis brevi persanati sunt. Eodem quoque modo podagra ingruens ophthalmiam contumacissimam in MORGAGNIO (*h*) exstinxerat.

4. *Febris* quoque teste HIPPOCRATE (*i*) ophthalmiis superveniens interdum eas solvit: „ juvat autem (ait ille) „ succedens febris aut dolor in lumbos „ firmatus „. Interea tamen Vratislavienses (*k*) „ SCHNEIDERUS (*l*) quæ„ stionem illam ventilat (inquiunt), an „ febris ophthalmiam solvere possit? „ Cum HIPPOCRATES ipse doceat,

(*f*) Vide §. 22. No 4.
(*g*) Vide §. 41 No 2.
(*) Act. Svec. Vol. 38 Trimestr. 3 n. 4. p. m. 216.
(*h*) Vide §. 59 No 2.
(*i*) Prædictorum Lib. 2. p. m. 102.
(*k*) Histor. morb. Vratisl. l. c.
(*l*) De catarrhis Lib. ult.

„ quod febris superveniens sit solutio „ lippienti; neganti nos testimonium per„ hibemus: quamvis omnino probabile „ sit, motu febrili posse humorem in „ oculis hærentem per metastasin ad alia „ membra, ad pleuram, jecur, pedes, „ &c. protrudi „. Facit huc observatio, quam U. C. SALÇHOV (*m*) describit, puellæ 9 annorum semestrem jam ophthalmiam superveniens acuta febris depulit quidem; at ob febrem ipsam forte non ex integro solutam aliquanto post utroque in oculo pterygium enatum est, et pone aures tubera aliquot partim majora partim minora emersere; intumuit simul abdomen præsertim in sinistro latere. Porro etiam ulcus in calce pedis dextri, a pernione effectum, aderat. Opem quærente pro illa patre præter interna exhibita remedia pro oculis præscriptum est

℞. TRæ minii gtt. xij.
🜍 rectif. Gallic. gtt. xxjv
▽æ still. rosar. et cyan. aa ℥j.

M. ut agitatum calidumque eluendis sedulo oculis adhibeat. Ulceri pedis tuberibusque pone aures bis quotidie emplastrum Saturninum recens admotum. Ab his intra octiduum tubera emollita,

(*m*) Chirurg. Beobacht. 32. p. 129.

ulcus ſanatum, oculi quoque aliquatenus emendati: pater itaque cum prole remediisque domum profectus. Hocce in caſu febris ophthalmiam metaſtaſi ad colli glandulas facta ſolviſſe videtur (forte puella ſcrophuloſa diathiſi laboravit, quæ ophthalmiam ante febrim, poſt hanc vero ſcrophulas et abdominis inflationem produxit); cur autem criſi quoque alias eandem ſolvere nequiret, haud perſpicio.

5. *Tempus* tandem ipſum non nullis ophthalmiis ad remedia quæque contumacibus mederi aſſolet. Namque C. H. ERNDTELIUS (*n*) „ quam rebelle hoc „ ipſum ſit malum, propter continuum po„ tiſſimum atque incredibilem humorum „ affluxum, aliquando inter alios in „ Celſiſſimo quodam Principe vidit, cui „ licet ad divertendum ſerum etiam de„ coctum lignorum cum purgantibus ex „ rad. aſari, fol. ſennæ, ☿io & ♁io acu„ atum fuerit, quod etſi per 3 vel 4 „ ſeptimanas et ultra non ſaltem copio„ ſas quotidie dejectioues ſeroſas per al„ vum, ſed et finito jam decocti uſu „ ſpeciem coryzæ humidæ diu ſatis du„ rantis produxerit, his omnibus tamen „ non obſtantibus ophthalmiam profliga„ re cum acri lacrymarum effluxu haud „ potuit; ſed diu et per aliquot adhuc

(*n*) l. c.

„ finita cura menses malum hoc molestis-
„ simum tolerandum fuit „. Luculentior etiam hanc in rem casus est C. E. ESCHENBACHII (o): „ matrona quædam 40
„ annos nata, plethorica, temperamen-
„ to sanguineo et statura mediocri præ-
„ dita, vitamque amans negotiosam, e
„ perfrigeratione leviori tempore hye-
„ mali ophthalmia corripitur, oculi dextri
„ palpebras potissimum obsidente. Hanc
„ sub initium non curat nimis, sed do-
„ mesticis remediis propugnare anniti-
„ tur. Cum vero malum ex eorumdem
„ usu haud tolleretur, quin etiam auge-
„ sceret, medicorum complurium con-
„ silia exposcit, et varia successive me-
„ dicamina adhibet, sicque interna reme-
„ dia et externa, vesicatoria, laxantia
„ reiterata, fons quoque Pyrmontanus,
„ aliaque in usum ducuntur. Ophthal-
„ mia tamen hisce omnibus superior re-
„ stat, oculi bulbum brevi in consen-
„ sum rapiens, nec non corneam trans-
„ parentem aliquo modo obfuscans, ac
„ veluti panno leviori obducens, albu-
„ gineam præterea tegens carne noviter
„ accrescente, texturæ cuidam cellulosæ
„ adipe ac quasi glandulis minoribus hinc

(o) Obs. anat. chir. med. rarior. obs. 28. p. 235.

„ inde permixtæ ſimili; quales etiam
„ glandulæ, eæque magis conſpicuæ at-
„ que tumentes in interiori palpebræ
„ inflammatæ ac prætumidæ ſuperficie
„ exſurgunt copioſæ, mucum edentes
„ pure e ſuppuratis palpebris effluente
„ commixtum, palpebrasque inter ſe in-
„ vicem conglutinantem matutino in pri-
„ mis tempore. Ad abſumendas tam car-
„ nem deſcriptam in bulbo protuberan-
„ tem quam corneæ maculam ſvaſu Medi-
„ ci cujusdam liquor oculo inſtillatur
„ cauſticus, cujus tamen ægrota ne gut-
„ tulam quidem propter maximum exin-
„ de advenientem dolorem, eumque pe-
„ nitus intolerabilem, perferre poterat:
„ unde et poſt unum alterumve experi-
„ mentum inſtitutum liquor iſte rejicitur.
„ Deinde circumforaneus quidam oculi-
„ ſta . . . conſulitur; qui vero præter
„ ſuppeditata non nulla conſilia vaga mor-
„ bum non tangit. Tandem et ego ac-
„ cerſor, poſtquam morbus annum cum
„ dimidio duraverat. Oculi conditio
„ tunc erat talis, qualis in præcedenti-
„ bus deſcripta legitur: palpebræ ſcili-
„ cet cum rubore inſigniter tumebant,
„ in primis ſuperior, quæ digitum me-
„ diocrem craſſitie æquans præ pondere
„ nimio dependebat. Glandulæ in illius
„ ſuperficie interna copioſæ aderant, ob-

„ ſtructæ, protuberantes; pinguedo ſive
„ caro prædicta luxurians albugini et la-
„ crymali carunculæ ſuperinducta conſpi-
„ ciebatur; bulbus propter inflammatio-
„ nem non rubens modo ſed pariter at-
„ que palpebræ coccineus apparebat,
„ muco etiam ac pure illitus; cornea
„ alias transparens nunc ſemiopaca erat,
„ et in pannum quaſi mutata; humor de-
„ nique cryſtallinus, quantum per cor-
„ neam obſervare eundem licebat, pel-
„ luciditatem jam jam modo aliquo de-
„ poſuerat; adeo ut hujus oculi viſus
„ propter concurrentia tot ſymptomata
„ prava nullus fere ſupereſſet. Primam
„ in tali ſtatu dubio intentionem eo diri-
„ gebam, ut inflammationem præſentem,
„ ipſam pro parte tumoris palpebrarum
„ cauſam, omni mitigarem ſtudio. In
„ quem finem fomentationibus rem ag-
„ grediebar, ſub initium e ſolo lacte
„ bubulo paratis, moreque decenti ex-
„ trinſecus oculo applicatis. Poſt aliquot
„ dierum decurſum lacti addebam aquæ
„ calcis vivæ partem dimidiam, hujusque
„ doſin ſequenti tempore gradatim au-
„ geri curabam, prouti ſcilicet dolor
„ oculum inflammatum vexans gradatim
„ decreſcebat. Atque ſic porro fomen-
„ tationes ſucceſſive parabantur e ſola
„ calcis vivæ aqua; ex eadem decocto

„ cuidam, leniſſime primo, poſtea for-
„ tius diſcutiente juncta; e decoctione
„ tali cum vino debiliori facta; e vino
„ ſenſim generoſiori ac ultimo ex adſtrin-
„ gente rubro; ex eodem cum aqua vul-
„ neraria ſub initium vinoſo; ceu mi-
„ tiori, poſtea ſpirituoſo ac fortiori
„ combinato. Interea quoque reſolventia
„ præſcribebam, aliaque, quæ et plethoræ
„ et ſanguinis ebullitioni atque ad ocu-
„ los congeſtioni debentur; parciori ta-
„ men ſingula manu propter aliqualem
„ nauſeam, quam diuturna variique ge-
„ neris medela ægrotæ adverſus medi-
„ camenta attulerat. Jungebantur præ-
„ terea diæta conveniens, Væ So, imo
„ et vapores e lacte fervente atque de-
„ coctis leniter reſolventibus calidis a-
„ ſcendentes, et in oculum debita cum
„ cautela admiſſi. Quibus omnibus per
„ tempus ſufficiens in uſum ductis tan-
„ dem quoque dolor aufugiebat; tumor
„ palpebrarum penitus fere remittebat,
„ ophthalmia mirum quantum mitigaba-
„ tur, et viſum recuperandi ſpes eluce-
„ bat. Aſt glandulæ in palpebra in pri-
„ mis ſuperiori tumentes, et caro lacry-
„ mali carunculæ bulboque ſupercreta,
„ reſtabant; eamque ob cauſam error
„ quilibet diæteticus levior palpebræ tu-
„ morem quadantenus revocabat, adhi-

„ bitis denuo fomentationibus et ſaccu-
„ lis ex herbis ſeminibusque reſolventi-
„ bus paratis domandum. Tandem deni-
„ que elapſis aliquot menſibus ſvaſor
„ eram, ut poſt oculum aeri liberiori
„ ferendo pedetentim aſſveſactum ſingula
„ rejicerentur externa, nec niſi linteo
„ mundo ante oculum dependente hic
„ contegeretur, quo nimirum pateſceret,
„ numne ſucceſſu temporis et cum uſu
„ remediorum internorum ſolo tam glan-
„ dulæ gradatim detumeſcerent, quam
„ ſponte abiret caro ſuperflua. Sed am-
„ bo hæcce in ſtatu ſemper eodem per-
„ ſiſtebant: præſens hucuſque inflamma-
„ tionis reſiduum chirurgiam omnem
„ bulbo carne obſeſſo admovendam diſ-
„ ſvadebat, et quoad glandulas infarctu
„ laborantes præter regulas chirurgiæ
„ ſanioris propria me docuerat experi-
„ entia, tutiſſimum eſſe, eas non tan-
„ gere, quoties (uti in hoc caſu) ple-
„ naria ac ſimul facta ablatio perfici ne-
„ quit. Nil itaque ſupererat, niſi adſtrin-
„ gentium eorum, quæ blanda ſimul vir-
„ tute cathæterica pollent, experiri effi-
„ caciam. Cumque hoc nomine præcla-
„ rum inter alia ſit vitriolum album illi-
„ us grana duo in infuſi cujusdam leniſ-
„ ſime reſolventis unciis duabus ſolvi
„ curabam, ejuſque MRæ gtt. j alteram-

„ ve mane et vespera instillari. Verum
„ enim vero ne hoc quidem remedium
„ absque inflammationis augmento ex-
„ templo accedente malum perferebat:
„ ut igitur istud quoque removendum
„ esset . . . HEISTERUS . . . in au-
„ xilium vocatus bulbum sectionibus
„ iteratis a carne superflua liberandum
„ esse non judicabat modo; sed etiam
„ hac methodo se olim ejusmodi morbum
„ sanasse fidem obligabat; ipseque immissa
„ bulbum inter et carnem in loco, quem
„ albugo occupat, acu filum sericeum
„ trahente carnis portiunculam attolle-
„ bat, sublatamque forfice bene scinden-
„ te resecabat; eumdem laborem sæpius
„ repetens: unde revera quædam albugi-
„ nis portio tandem in conspectum ve-
„ niebat repurgata. Post singulas ope-
„ rationes hasce infuso foliorum hyssopi
„ atque euphrasiæ inter se commixtorum
„ leniendi doloris a sectione residui cau-
„ sa et ad abluendum sanguinem e vasis
„ discissis prodeuntem utebatur ægra. Ad
„ hæc . . . venas ad corneam transpa-
„ rentem diffusas majores parili modo
„ præscindebat; lacrymalem carunculam
„ lapide infernali modice tangebat; ac
„ deinde ungventum ex adipe viperino
„ oleo aliisque detergentibus compositum
„ oculo illinendum imperabat: species

„ simul

„ ſimul theæformes e radicibus attenuan-
„ tibus paratas, idemque ♂em, cujus
„ compoſitionem parca ☿ii dulcis portio
„ intrabat, pro uſu interno et quotidia-
„ no præſcribens. Poſt Eruditi hujus
„ abitum eadem methodo ego pergebam
„ . . . Aſt ne ſic quidem morbus vinci
„ ſe patiebatur. Quoties enim propter
„ accedentes tandem in corporis parte
„ iſta præ aliis exquiſitum obtinente
„ ſenſum dolores paulo majores labori
„ aliquamdiu inducias dare cogebamur;
„ toties; idque elapſis diebus paucis;
„ carnis illius luxuriantis portio æqualis
„ cum aliis vaſis majoribus denuo aderat
„ in bulbo; præſertim vero tanta ſem-
„ per brevique propullulabat lacrymalis
„ carunculæ pars, quantam lapis adime-
„ bat infernalis, adeo ut oleum operam-
„ que perdi animadvertens ab omni me-
„ dela manuali; dolores ægrotæ inutiles
„ adducente; ultimato abſtinerem, ſo-
„ lum internorum uſum aliquamdiu ad-
„ huc continuandum ſvadens; licet me
„ haud fugeret, eorumdem virtutem
„ nunc quoque exſtirpando funditus ma-
„ lo minime eſſe parem: id quod even-
„ tus etiam probavit. Poſt aliquem
„ enim temporis decurſum et interna
„ quævis erant ſeponenda, ſolique natu-
„ ræ totum ſic negotium relinquendum;

„ nisi quod oculus linteo a frontis re-
„ gione ante illum dependente et abs-
„ conderetur, et contra liberum clario-
„ ris lucis aliorumque corporum irritan-
„ tium accessum defenderetur. Quo
„ ipso aliquot annorum spatio non modo
„ dolor evanescebat totus, sed et tu-
„ menti palpebræ naturalis pedetentim
„ redibat status; caro luxurians granula-
„ ta augeri desinebat, atque oculus sat
„ prope accedebat ad conditionem soli-
„ tam, cum visus tamen, propter obfu-
„ scatam lentem crystallinam et pupillæ
„ constitutionem aliquo modo præterna-
„ turalem, deperditione irreparabili„.



HISTORIAE OPHTHALMIÆ

PARS II.

DE METHODO MEDENDI OPHTHALMIAE.

PROLEGOMENON.

SUMMA CURATIONIS CAPITA.

§. 38.

Omnis ophthalmiæ curandæ ratio tria illa in vulgus nota capita reſpicit; nimirum indicans, indicationes, et indicata, ita ut, ni pro eo ac par eſt, ſollicita priorum duorum ineatur ratio, tertium in pernicioſam ſæpe exorbitet empyriam, in ophthalmiæ præ primis therapia nunquam ſatis vitandam. Unde ubi morbi magnitudo rite fuerit æſtimata, ejusque cauſa patuerit, neque alia, quæ porro huc faciunt, fuerint prætervifa, non dif-

ficilis erit res operæ summa curandi statuere capita. Cum enim sit

I. INDICANS ipsa ophthalmia; erit

II. INDICATIO eandem tollendi: proinde est ejusdem

1. *Causa* summovenda: hinc stimulus
   a) Obtundendus,
   b) Loco movendus,
   c) Eliminandus.
2. *Vasorum infarctus* p. n. tollendus,
   a) Vi contractili eorum adaucta:
   b) Vi distendente liquidi imminuta; scilicet
      α. Lentore subacto,
      β. Copia imminuta,
      γ. Motu averso aliorsum.
3. *Symptomata* urgentia mitiganda,
4. *Effectus* futuri præcavendi, præsentes tollendi.
5. *Recidiva* præpedienda, caussis nempe
   a) Procatarcticis vitatis,
   b) Proegumena ablata.

III. INDICATA denique erunt præsidia qua diætetica, qua pharmaceutica, qua chirurgica; ope quorum indicationibus est satis faciendum. Atque hæc in præsenti veniunt expendenda;

SECTIO I.

PHARMACEUTICA REMEDIA.

CAPUT I.

EMETICA, CATHARTICA.

§. 39.

I. EMETICA quamquam nemo Veterum, vetuſtatisque ſequacium in ophthalmia danda cenſuerit; ſunt nihilo minus caſus, ubi vitare uſum eorum nequeas: dum nempe prava humorum colluvies primas obſidet vias, nullis inde aliis remediis everrenda. Atque tunc „ lenia purgantia, largus Ωus vitrioli u- „ ſus, vel ſi hæc non ſufficiunt, lene vo- „ mitorium magnum doloris et inflamma- „ tionis lenimen adferre obſervavit „ A. G. RICHTERUS (p). Egregie id confirmat ſingularis plane R. DOBSONI (q) obſervatio: matrona 22 annorum, teneri habitus, vitæque ſedentariæ, exeunte

(p) Obſerv. chirurg. Faſcic, 1. Cap. 11. p. 105.
(q) Medic. Commentar. von Edinburgh 3 Th. 4 Stück 2 Abſchn. 2 Bemerk. p. 444. ſqq.

A. 1773 dextro oculo prorſus cœca evaſit, idque ſubito. Adnata totusque bulbus admodum fuit inflatus, atque adnatam numeroſa tegebant vaſa rubra perquam inflammata. Corneam diſtendebat ſpiſſa lentaque materia, gelatinam referens, et lens cryſtallina ob adauctam ſuam molem eo uſque extra pupillam propulſa erat, ut corneæ fuerit contigua, figuram præ ſe ferens anguloſam et inæqualem. Tumebant palpebræ, ſimulque ex anchyloblepharoſi ſpuria cohærebant, neque diduci poterant, quin multis lacrymis acribus elapſis, admiſſaque luce et aere vehementiſſimus dolor ſequeretur. Oculus lævus iisdem, at mitioribus, malis laboravit. Dolores hocce in morbo tanti erant, ut et ob continuitatem ſomnum arcuerint, et interdum præ vehementia animi defectiones cauſarint. Pulſus parvus et admodum celer fuit; ſed non multo alius per ſanitatem quoque obſervabatur. Alvus erat conſtipata; urina vero ſecundum naturam procedebat, niſi quod ſubinde juberet, ſedimentumque album mucoſum poneret, in primis dum ægra totum diem in lecto tranſegit, ac præ doloribus ubertim ſudavit. Catamenia rite, at paulo uberius, ac aliis feminis plerisque, procedebant. Cetera neque ſitis neque ſudores erant nimii;

isti ex intervallis accidebant, frigidi et glutinosi. Appetentia ex integro aberat, viresque magnopere fuerunt prostratæ. Hocce in statu reperta est 3a Januar. 1774. Ante aliquot abhinc menses idem quoque malum, at leviore in gradu, perpessa est, postquam oculo in januam impegisset, quod tamen intra aliquot hebdomades consvetis remediis cessit. Per sanitatem alias obnoxia erat alternanti hemicraniæ lateris lævi, forte quod totas noctes ad lumen lectione exegisset; narrabat quoque, sinistro thoracis lateri continuum inhæsisse dolorem cum sicca tussi, identidemque omnia alimenta, præsertim si jentasset, vomitu se rejecisse. Impræsentiarum autem nulla ophthalmiæ causa ipsi succurrebat, nisi quod catarrho fuerit affecta. Postremo hoc in morbo pharmacopœi opera per plures dies usa est, qui aliquot cathartica præbuit, vesicasque pone aures excitavit. DOBSON demum accitus, cum ægra Væ Sem nullatenus admitteret, numerosis hirudinibus sæpius ad tempora admotis multum sanguinis elicuit, ac deinceps justis ex intervallis lenia cathartica dedit, simulque vesicantia, enemata et ophthalmica resolventia administrari jussit. Capiti quoque raso ablutiones aqua frigida, temporibusque cataplasmata resolventia sunt adhibi-

ta; porro opium ac pediluvia, ubi res poſcebat, in uſum ducta; potus refrigerans cum nitro præſcriptus, et idonea diæta imperata. At omnia in caſſum, morbo incrementa potius nacto. Catharticis ægra ſemper lædebatur; ſiquidem aucti inde dolores, vigilesque noctes et ſæpe defectiones animi conſecutæ. Per principia Februarii ad hactenus recenſita ſymptomata acceſſere etiam intenſa ſitis, tuſſis, anorexia, pravus in ore ſapor; et febris quotidiana a meridie, cum totius corporis debilitate; ægra nihilo minus ab omnibus abſtinuit remediis, tum quod priora nihil opis tulerint, tum etiam quod 8 dies abſuerit DOBSON, qui demum redux diu quid facto opus eſſet, ambigens, cum jam jam ſuo ægram fato relicturus erat, experiri tamen ante decrevit, quid hic emetica, quorum utilitatem in pertinacibus quibusdam oculorum morbis ab aliis extolli novit, poſſent: idcirco præſcripſit

℞. ♀ri emet. gr. iij, ſolve in
Julepi ſalini ℥iij. S. cochl. j hora 6a veſperi, ac poſtmodo omni hora, donec aut emeſis aut catharſis eveniat. Poſt doſin ſecundam ſi nec ano nec cato ſucceſſerit effectus, capiat cochl. ij, hocque modo pergat, quoad evacuatio oboriatur. Finita vomitione ſumat pilulam ſequentem:

℞. Extr. Thebaic. gr. jß
☿ Ypecacuanh. gr. ij
Syr. simpl. gr. v. F. pilula j.
℞. Cort. Peruv. opt. in alcohol redact. ℥j
Rad. gent. incis. ℥ß
—— glycyrrh. ʒij. coqv. in
▽æ font. ℔iij ad ℔ij. Colat. adde
TRæ Cort. Peruv. HUXH. ℥ij
Vini chalyb. ℥jß
Elix. vitrioli acid. ʒiij. M. S.

cochl. iij ter de die absente febre. Dosis opii pro tenera ægra nimia videri forte posset; sed cum jam opio ob vehementes dolores continuasque vigilias sæpius usa eidem quadantenus assveverit, majore illius præbio, præsertim quod Ypecacuanhæ jungebatur, fuit opus. Postero mane ad stuporem observare erat, symptomata omnia remisisse; emetico multum materiæ lentæ biliosæ evectum est, alvusque promota. Nox inde tranquilla multo cum somno reficiente, quam unquam hactenus, consecuta; dolores potissima sui parte conquievere, tumor oculi imminutus, gelatinosa humorum conditio emendata, visusque recuperatus. Cum vero altera mox emetici dosis vomitum movisset, hodie e residuo emetici singulis horis minor dosis capienda imperabatur, excepta accessione febrili, in

qua illud ut alterans et antifebrile effectum præstare oportebat. At febris prorsus emansit, vel certe vix aliquid illius observatum. Postero die reliquum solutionis absumptum est, ac tum objecta proxime oculum admota jam distingvebat ægra, humoribus oculi pedetentim rursus inclarescentibus. Idcirco nunc ad usum decocti transivit, a quo citra ullam sensibilem evacuationem pristinæ reddebatur sanitati sine ulla mali recidiva, nisi quod errore diætæ semel sibi leviorem causarit hemicraniam. Ob aliquam tamen superstitem corneæ opacitatem sequentes pilulæ porro sunt præscriptæ:

℞. Calomelanos gr. xij
Sulph. ☉ ♁ ii ʒß. Tritis simul perfecte in marmoreo mortario adde
Opii puri gr. iij
Conserv. rosar. q. s. F. pil. xij.

S. m. et v. N° j per biduum; 3° die sumat mane infusum sennæ comm. q. s. ad alvi solutionem cum solito regimine: hacque methodo pergat, donec omnes pilulas absumpserit. Unde visus in dies emendabatur. Ejusdem prope et tenoris et successus observationes complures haud ita dudum abhinc vulgavit M. STOLL, quæ emeticorum in ophthalmia inevitabilem sæpe necessitatem apprime osten-

dunt, nempe (*r*) „ rusticus annorum 22 „ ab aliquot jam annis oculorum rubedine dolorifica per intervalla tentatur, „ dextri præcipue, quem etiam modo „ albugo maculat. Varia adhibuit, quæ „ vel sors obtulit, vel agyrta svasit, vel „ anicula. Ab anno aliqua oculorum „ emendatio. Sinister vix aliquod opacitatis in cornea vestigium, dexter „ vero albuginem exhibet, cui cum ante „ 5 septimanas unguentum illiniret acre, „ dolor, rubor, et continua lacrymatio „ oculorum utrumque, validius vero sinistrum, prehendit. Cetera sanus die „ 4ª Junii nosocomium accessit. Hirudines pone oculum acutius dolentem „ applicatæ, et discutiens cataplasma, ne „ hilum profuere. Per 3 ex ordine dies „ observavimus oculos rubere semper „ quidem, dolere tamen stata quotidie „ hora, 4ª videlicet vespertina, dolore „ longam comitante noctem, et ad auroram profugo. Nullum ceteroquin „ ullius vestigium febris; at linguam „ flavicans materies obsedit, et faciem „ totam multa flavedo suffudit. Cum „ per hosce dies haustus salinos assumpsisset, die 6a Junii epoto emetico

(*r*) Rat. medend. P. 2. C. 10. æger. 5 p. 101. sqq.

„ multam flavam et tenacem bilem vo-
„ mitionibus crebris refudit. Mox ea
„ vespera dolor oculorum nullus, stante
„ rubedine. 8 Junii, cum pridie denuo
„ doloris quid, ut ut perpaucum, vespe-
„ ri rediret, lingua et facie biliosis, ite-
„ ratum emeticum copiosam denuo bilem
„ excussit. Nulla ea vespera exacerba-
„ tio, nec sequentibus diebus. Super-
„ stes indolens rubedo vesicante pone
„ oculum applicato discussa est. Cum
„ denuo dolorifica quædam sensatio et
„ lacrymatio reverteretur, nullis colly-
„ riis aut alvi ductionibus profliganda,
„ 3a demum vice emesis concitata multam
„ bilem eduxit. Inde faciei pallor et
„ oculorum constans sanitas. Ventricu-
„ lo amaricantibus et rheo cautum „.
Hæc ophthalmia soli biliosæ colluviei, quali æstas 1777 abundavit, debebatur; at autumno provecto, mense videlicet Novembri (*s*) „ obvenit . . . ophthal-
„ mia . . . ex ventriculo oriunda aut
„ pituitoso aut bilioso. Hæc multis sæ-
„ pe septimanis et mensibus ægros ve-
„ xat: oculus multum rubet, illacryma-
„ tur, et quasi ab injectis pulvisculis
„ aut arenulis dolet, lucis impatiens per

(*s*) Ibidem Cap. 15. p. 324. sq.

„ diem ; et dolore ad vesperam „ noctuque intensiore continuoque ; „ at interdiu aut nullo aut miti „ et interrupto : rubor assiduus ; „ dolet etiam alterutrum tempus ægro- „ tanti oculo vicinum, et latior subinde „ capitis ex eo latere plaga. Cornea „ transparens opacatur; albidæque subin- „ de vesiculæ in eadem excitantur. Alia „ symptomata ægri plerumque suapte non „ queruntur; at curatiori facta pervesti- „ gatione constabit ventriculum cibique „ desiderium per id tempus languere, „ amarescere os, aut muco redundare „ præter solitum, gravari epigastrium, „ obscurissimos motus febriles per vices „ recurrere; horripilationes nempe su- „ datiunculis et calore levi ac subitaneo „ interstinctas, idque vesperi et noctu „ magis. Inquies per noctem, et fœ- „ tens sudor, insomnia. Diuturna ejus- „ modi ophthalmia mihi semel pro sy- „ philitica imposuit, cum præter noctur- „ nas exacerbationes multa quoque alia „ concurrerent ab hac suspicione non „ aliena: ægram quamdam id genus oph- „ thalmia laborantem meque una multo „ affeci tædio, multa et tædiosa usus cu- „ ratione, donec innotuerat, rem a ven-

„ triculo proficisci „. Videlicet (*t*)
„ puella 23 annorum elapso abhinc anno
„ rubore doloreque oculi dextri, et cor-
„ neæ laborabat per annum integrum du-
„ rante; catameniis irregularibus usa,
„ sana ceterum. Cum appetente vespe-
„ ra dolor intenderetur rubore non ma-
„ gno; et corneam opacitas fere totam
„ teneret, varia diu et ab aliis et a me
„ quoque præscripta fuere. Tandem
„ omnibus in cassum adhibitis ☿lia ob
„ latentis venereæ labis suspicionem in
„ auxilium vocata. Nil profectum est,
„ ægraque singulari potius naturæ beni-
„ gnitate morbum una nostramque erro-
„ neam medicinam vincentis convaluit,
„ quam artis ope. Die 26 Novemb. de-
„ nuo ob similem alterius oculi affectio-
„ nem nosocomium adiit; dura potius
„ necessitate coacta, et ex heræ, cui ser-
„ viverat, mandato, quam ob fiduciam
„ recuperandæ apud nos sanitatis, utpo-
„ te longæ et ipso morbo pejoris cura-
„ tionis, quam nuper subierat, non dum
„ oblita. Ante 4 septimanas vesperi su-
„ bito dolore capitis se correptam fuisse
„ narrabat, primum obtuso supra orbi-
„ tam oculi sinistri, dein acuto totum

(*t*) Ibidem æger 4. p. 333.

„ caput pervadente; mox et rubor atque
„ ardor eundem oculum cepit cum acris
„ fervidique feri profluvio copiofo: pau-
„ cos poft dies obfcurari cornea, in
„ ejusque medio bullula nafci, quæ fpon-
„ te difrupta foveolam reliquit. Ex eo
„ tempore et oculi et temporis vicini
„ fub vefperam quotidie revertebatur,
„ tota nocte increfcens et acutus fupra
„ modum, donec diluculo remitteret
„ paulatim, et in obtufum fatifceret do-
„ loris fenfum ad 9am matutinam. Inde
„ capite gravi quidem fed indolente fuit
„ ad ftatam ufque horam vefpertinam.
„ Etfi interdiu dolore omni vacaret ocu-
„ lus, et capitis vicina regio, tamen
„ nunquam illius rubor; nec unquam
„ acrium lacrymarum vis defuit. Cum
„ 3 ferme feptimanis hæc ægritudo fta-
„ tis horis recurreret quotidie, ægra ob-
„ ambulante; ceterum nil incommodi
„ conquefta et appetente, en cibi fafti-
„ dium accedit, et affumptorum amarus
„ fapor et fitis. Ophthalmiæ exacerba-
„ tionem nocturnam nullus horror præ-
„ ceffit, nullus fequebatur fudor; at
„ comitari folebat calor major naturali.
„ Atque ita 4 feptimanas exegit domi
„ fuæ, variis ufa remediis, collyriorum
„ omni fpecie, et terna phlebotomia, et
„ affiduis purgantibus, ita ut per inte-

„ grum mensem diu noctuque et quoti-
„ die crebro dejecerit. Ea corneæ opa-
„ citas fuit, cum nos adierat, ut res
„ objectas non dignorit, etsi ambitus
„ amplioris et sole multo illustres. Per
„ biduum poscam et mulsam hausit co-
„ piosam, et arcani duplicati eam quan-
„ titatem, ut alvus quidem emolliretur,
„ at citra ejusdem fluxum. Die 3° va-
„ lens pharmacum potavit; duos vide-
„ licet scrupulos radicis Ypecacuanhæ
„ grano j tartari emetici armatos. Pi-
„ tuitosa et biliosa revomuit cum eximio
„ levamine. Rubor vix ullus ab emeto-
„ catharsi, nec posthac ulla doloris re-
„ versio; noctes tranquillæ et cum so-
„ mno. Triduo vix elapso rubere ocu-
„ lus ex toto desiit; incepitque perlu-
„ cere. Vires, quas pervigilium et
„ phlebotomia alvusque assiduo fluens
„ jam extra nosocomium confregit, in-
„ tra non multum tempus sequenti re-
„ medio restituebantur:

℞. Flor. salis ammon. martial.
℥ cort. Peruv.
Elect. diatess. aa ℈j. F. bolus; et
„ fiant tales N° vj. Sumat omni 4ª ho-
„ ra bolum. Major in dies corneæ pel-
„ luciditas rediit, ut die 10ª Decembr.
„ res minutiores dignosceret. Nullum

„ colly-

„ collyrium oculo ægrotanti huc usque
„ admovimus. En alvum assidue copio-
„ seque fluentem uni vomitui adeo non
„ parem; ut purgantibus augeri morbi
„ materies intendique visa fuerit; quam
„ unica emeto-catharsis exterminavit.
„ Cum hæc juvencula post medium De-
„ cembrem uberiorem victum intempe-
„ stivius expeteret; et alvus aliquot die-
„ bus segnis evaderet; redire aliquis
„ pone tempus vicinum dolor; visusque
„ minui cœpit. Mox ægræ ventrem sol-
„ vimus, diæta tenui aliquamdiu injuncta:
„ tandem ad roborantium usum reverte-
„ bamur, ea lege; ut alvus quotidie bis
„ terque responderit. Tum demum ocu-
„ lum sæpius aqua frigida; cui sacchari
„ ♄ ni pauxillum admistum fuerat; irri-
„ gari curavimus eo eventu; ut sub ul-
„ timos Decembris dies nil doloris ex-
„ periretur, atque oculo denuo uteretur
„ non discolori, ut ut paulo minus ex-
„ pedite; et si eundem attentius inspe-
„ xeras, modicissime nubiloso „. Haud
secius (*u*) „ die 12 Novemb. juvenis
„ 24 annos natus, qui suam in confici-
„ endis ex lana pileis operam magistro

(*u*) Ibidem æger 3 p. 331.

„ locabat, nos adiit. Morbi anamnesis
„ hæc erat: ante 3 septimanas alvus ci-
„ tari cœpit inter levia ventris per vi-
„ ces tormina, ceterum non calenti,
„ appetenti; hanc nucis moschatæ pulvis
„ suppressit. Triduo inde vix elapso do-
„ lere caput, gravari multum, et ob-
„ ortis demum achoribus perfundi, ca-
„ lores crescere, et appetitus imminui.
„ Achores insperso ♁e quodam siccavit,
„ ceteris non emendatis. Ante octidu-
„ um cum operi suo pileario pone a-
„ quam ebullientem vacaret, repente
„ dexter oculus insolito dolore valide
„ compungebatur, senium ex illo latere
„ caput acrius infestante, interdiu beni-
„ gniori, noctu exasperato et somnum
„ omnem arcente. Incaluit magis, præ-
„ sertim ad sinciput. Amaror oris; hor-
„ ror nullus; sitis multa. Pars alba oculi
„ quasi sanguine suffuso rubet cum ardo-
„ re. Pulsus naturalis; lingua impura
„ siccescens. Ventriculo aut abdomine
„ non dolebat. Facies ex rubro flava;
„ lucis impatientia; lacrymarum pluviæ;
„ corneæ transparentis incipiens obscu-
„ ritas. Aqua simplici cum melle ace-
„ to et sale polychresto utebatur. Ocu-
„ lo nil remedii unquam admovebatur.
„ Die 14 Nov. cathartico-emeticum. Pi-
„ tuitam multam cum pauca bile vomen-

„ do refudit, dejecitque cum levamine „ evidenti, celeri, magno. Ardor nul- „ lus, rubedo multo minor, lucis tole- „ rantia, nulli calores: tota nocte dor- „ mivit. Die 15 Nov. poscam et mul- „ sam cum sale polychresto sumpsit. Nul- „ lus rubor, nebula tenuissima corneæ „ adhuc obtensa; cetera bona. Ex illo „ tempore invigorare ventriculum cœ- „ pimus. Bene habuit. Oculus paucos „ post dies sanissimus „. Denique (*x*) „ femina 30um ætatis annum attigerat; „ 5 prolium mater; quarum natu mini- „ mam unius anni huc usque suo lacte „ enutriit. Circa medium Octobrem no- „ socomium adiit, aitque se a 4 septima- „ nis cum gravi ophthalmia conflictari: „ Quadam vespera oculum utrumque re- „ pente dolere quasi compunctum atque „ rubere occepisse; ea nocte ob vim do- „ loris non dormivisse: die altero a do- „ lore quidem vacasse, at perstitisse ru- „ borem inter assiduos acrium lacryma- „ rum imbres. Vespera denuo appe- „ tente reversos immites oculorum cru- „ ciatus esse cum pervigilio. Eam mali „ accessionem remissionemve quotidia- „ nam fuisse; non appetiisse, fastidio-

(*x*) Ibidem æger 5 p. 337.

„ ſam, ſitientem, dedolatam, ore muco-
„ ſo inſipido; animo per noctem ſæpius
„ deficiente; hypochondrio ſiniſtro duro
„ tenſo dolente, ventre ſegni, obambu-
„ laſſe febriculoſam. Ultimis 2 ſeptima-
„ nis exacerbatam ophthalmiam horripi-
„ latio præceſſit, quæ antea non obſer-
„ vabatur, noctu incaluit, et ſub auro-
„ ram ſudavit. Bis ſanguinem toto hoc
„ tempore eduxit, e brachio una vice,
„ atque altera ex pede; et purgans aſ-
„ ſumpſit proprio marte; at levamine
„ exiguo minimeque diuturno. Tandem
„ pectus opprimi cœpit; ejusque ſini-
„ ſtrum latus amplo dolore corripi ad
„ ſcapulam vicinam; indeque per omne
„ brachium excurrente, cephalalgia. Sic
„ affecta ad noſocomium venit. Curam
„ exorſi ſumus a potu multo mellito,
„ poſca; et arcano duplicato: dein eme-
„ to-catharſin inſtituimus. Vomitus ſe-
„ ceſſusque pituitoſi biliofi copioſi, mox
„ allevantes et perſeveranter: venter
„ mediocriter atque aliquot diebus fluxit.
„ Tandem nauſeantis ventriculi pigri-
„ tiam ereximus remedio amaricante ſto-
„ machico. Oculis affectis nihil admo-
„ vebamus. Sanguinis miſſionem bis in-
„ ſtitutam facilius tulit, quam multi ſo-
„ leant in morbis ejusmodi ab ea cauſa
„ prognatis; id forte corporis robori de-

„ bebatur in femina rufticana, et anni
„ tempori aliquantulum jam refrigerato:
„ certe autumno, eoque potiffimum jam
„ provecto, adulto, atque in hyemem
„ proxime defituro unam quin et alte-
„ ram phlebotomiam febres biliofæ non
„ raro exigunt, antequam tuto et utili-
„ ter ventriculus fubvertatur; quæve
„ fanguinis miffionem non pofcunt, ean-
„ dem tamen abfque periculo plerumque
„ ferunt. Complures id genus ophthal-
„ mias vidi, temporibus biliofis in pri-
„ mis, atque ex ventriculo oriundas„
(y). Similes quoque ophthalmiæ curandæ fæpius obtigerant J. G. FRITZIO (z), queis emetica utiliffime oppofuit.

§. 40.

II. CATHARTICA vero longe amplioris funt ufus in ophthalmia præ emeticis, quæ cum nullum humorum ad caput pellendorum periculum fecum ad inftar emeticorum ducant, non ftomachum modo verum univerfum etiam tubum inteftinalem a faburra vindicando purum aliis

(y) Ibidem p. 337.
(z) Medicin. Annalen I Band 3 Abfchn. p. 113. 121. 168.

deinceps remediis in ſecundas vias tranſitum efficiunt; ſtimulum inflammatorium ab oculis ad inteſtina detrahere conantur; metaſtaſes ad vaſa oculi factas loco movent; humorumque impetum ab encephalo ad alvinas vias avertunt, &c. Hinc toties ophthalmiis ſola ſæpenumero cathartica ſine ullis aliis adhibitis remediis medentur. „ Ad lippitudinem „ annuam, inquit HIPPOCRATES(*a*), ac „ populariter graſſantem capitis et inferioris alvi purgatio conducit „. Unde etiam „ ex iis, quibus oculi tentari phlegmone cœperunt, non nullos ſola purgatione per alvum uno die ſanatos „ vidit „ GALENUS (*b*). Haud ſecius J. LANZONUS (*c*) „ oculorum inflammationes et pertinaces ophthalmias „ ſola ſtimulatione ventris aſſumpta ſolutiva potione curatas vidit absque Væ „ Se, cucurbitulis, et aliis hujusmodi „ remediis „. Quin imo J. N. PECHLINUS (*d*) „ in oculorum inflammationibus „ cum fruſtra diu laboratum topicis et „ collyriis, uno ſæpe purgante morbum

---

(*a*) Lib. de videndi acie Opp. T. 1. p. m. 689.
(*b*) Meth. med. L. 13. C. 11.
(*c*) Conſult. med. 174. Opp. T. 2. p. 354.
(*d*) Dialog. de potu Theæ p. 27.

„ profligari „ testatur. Congruunt hæc cum aliorum quoque experientia. „ Puella quædam 8 annorum cum una cum „ sorore sæpius ophthalmia laborante in „ uno lecto decumberet, cetera sana, „ nec catarrhis alias obnoxia, subito „ etiam hoc malum et quidem tam vehemens contraxit, ut per integrum „ diem oculos nec aperire quidem potuerit, qui quippe inde non tam rubuere, quam multum intumuerunt: „ consultus ego, inquit V. RIEDLINUS „ (*e*), propterea bis terve eidem pilulas „ Francofurtenses exhiberi jussi, quæ ... „ tantum profuere, ut 3° die vix ophthalmiæ quædam vestigia superfuerint, „ licet nullum omnino remedium externum adhibuerit. Ubi contra cum ... „ alia quædam virgo sacculos ex vino „ coctos oculis eodem modo affectis admovisset, ea malum inde non tam mitigatum quam auctum sensit: unde et „ huic has pilulas commendavi „. Porro „ nos, ait C. VEGA (*f*), ingentes dolores oculorum incipientibus inflammationibus adhibita purgatione 20 horarum spatio sanavimus. Placet tamen

(*e*) Curar. medic. millenario. No 629.
(*f*) De arte medendi L. 3. S. 2. C. 1.

„ unius eorum mentionem facere. Cum „ enim . . . nobilis adolescens 22 annorum Medicum . . . vocasset, retulit „ se vehementem dolorem alterius oculi „ pati cum acrium lacrymarum effluxu; „ Medicus vero collyrium album, quod „ opium recipit, oculo instillare praecepit. Verum eo remedio adhibito dolor fluxione retenta augebatur. Ego „ vero accersitus ac re intellecta praecepi, ut pilularum sine quibus ℨj ea „ nocte assumeret, solum autem ovi album instillaret. Cum autem mane ad „ ipsum visendum accessi, eum profecto „ sine dolore, fluxione, et inflammatione inveni purgatum „. Quin etiam sunt ophthalmiæ, in queis plus catharses quam sanguinis missiones proficiunt. Ita observante J. HUXHAMO (g) mense Julio A. 1746 „ ophthalmiæ perplurimæ „ cum epiphora maxima atque acerrima, „ dolor dentium porro plurimos torquet: „ in utrisque crebra catharsis juvat magis „ quam missio sanguinis „. Et sane in saburralibus ac biliosis maxime febribus, quæ sanguinis missionem haud facile ferunt, rubores oculorum illis adeo familiares sola cathartica penitus sæpe delent,

---

(g) Opp. phys. Tom. I. Vol. 2. p. 341.

quemadmodum in binis puellis ejusmodi febre cum petechiis oculisque perquam rubris passis observavit C. STRACK (*h*).

§. 41.

Cautelæ tamen quæpiam in catharticis adversus ophthalmiam exhibendis tenendæ sunt, videlicet illorum

1. *Selectus*, eccoproticane an drastica præbenda sint? De his ita F. HOFFMANNUS (*i*) „ de purgantium (ait) „ usu tenendum, corporum et naturarum „ diversitati eundem esse accommodan- „ dum. Si res mannatis, tamarindinatis „ et tartareis expediri potest, non con- „ fugiendum ad acriora. Alias in tor- „ pidioribus et phlegmaticis pilulæ effi- „ caciores, uti tartareæ et de succino „ CRATONIS, vel tutius nostræ bal- „ samicæ, aliquoties porrigendæ „. Et sane non pauca sunt, quæ drastica præberi dissvadent, præsertim vero appetitus, digestionisque labefactatio, ac virium vitæ, queis hic opus est, prostratio: unde interdum ophthalmia ex acuta eva-

(*h*) Obs. med. de morbo cum petechiis ægrot. 14. 15.

(*i*) l. c. caut. §. 3.

dit chronica, ſolis deinde roborantibus oppugnanda. Interdum tamen reperire eſt corpora, quæ non niſi depleto repente et inſigniter vaſculoſo ſyſtemate convaleſcunt, cujusmodi fuiſſe videtur vidua prope ſeptuagenaria apud V. RIEDLINUM (*k*), quæ a ſcabie manuum dato ter carthartico ex ☿o dulci et magiſt. jalappæ, tum ſubjuncto uſu eſſentiæ purif. CLAUDER. ac demum adhibito litu ☿li, vindicata poſt menſem incidit in utriusque oculi ophthalmiam humidam acrem dolentemque adeo, ut ſummoverit omnem ſomnum. Præſcriptum ergo epithema e pomo cocto, pane ſimilagineo, croco et lacte parandum, et catharticum idem fere, quod in ſcabie datum quantitate, quæ in triduum ſufficeret; ſed anus omne una doſi abliguriens in hypercatharſim incidit, ex qua viribus collectis ab ophthalmia quoque evaſit libera. Similis quoque referente J. A. REIMANNO (*l*) eſt „ hiſtoria viri prænobilis, qui „ in juventute ſua valde obnoxius fuerat „ ophthalmiis, . . . Dantiſci exiſtens „ fruſtra prius in conſilium vocatis Me- „ dicis ejusdem urbis primariis ab em-

(*k*) Lin. med. ann. 6. Januar. 7. p. 27.
(*l*) l. c. p. 126.

„ pyrico et circumforaneo quodam bre-
„ vi curatus est, assumendo per 7 dies
„ continuos purgans drasticum, quod 30
„ vicibus eum sellulare cogebat; quibus
„ quidem artibus vix non enecatus est,
„ ita ut de vita sollicitus alterius consilio
„ uti debuerit, immunis tamen ab omni
„ ulteriori recidiva in præsens vixit „.
In primis vero valentioribus catharticis locus est, ubi mitiora in cassum fuere exhibita, id quod expertus est H. RIDLEY (m): „ juvenis quidam tempera-
„ menti biliosi, et habitus corporis ma-
„ cilenti, molestissima humorum defluxi-
„ one oculum unum obsidente graviter
„ per septimanas duas laborabat. Pluri-
„ ma collyriorum et cataplasmatum for-
„ ma medicamenta juxta amicorum nunc
„ unius nunc alterius sententiam compo-
„ sitorum frustra expertus, tandem ope
„ mea usus est. Cum igitur ægrum præ
„ dolore ab inflammationis vehementia
„ orto adeo torqueri viderim, statim ...
„ phlebotomiam ad ℥xij, et ejusdem re-
„ petitionem, interposita purgatione le-
„ ni ex ▽æ purg. ℔ßiv cum mannæ ℥jß
„ et ♀ vitriolat. ℈j etiam ad aliam vicem

(m) Observ. med. pract. 14. p 53 sqq.

„ cum alia insuper purgatione, si nihil
„ mitius se haberent symptomata, con-
„ sului; verum in cassum, adhuc urgente
„ membranæ adnatæ etiam et palpebra-
„ rum inflammatione cum ingenti et
„ dolorifica laticis aquosi et acris effu-
„ sione, ita ut penitus fere interrumpe-
„ retur somnus, et omnium ciborum a-
„ versio sequeretur. Ad collyria igitur,
„ extorta prius aliquali ab exhibito hau-
„ stu paregorico symptomatum alleva-
„ tione confugere coactus, sequens (quo
„ melius hisce casibus in praxi haud ex-
„ pertus sum, adjuncto vitriol. alb. gr.
„ ℈ß, quoties inflammationis expers sit
„ defluxio) præscripsi:

℞. Aqv. plantag.
— — spermat. ranar.
— — rosar. rubr. aa ℥j
Tutiæ optimæ ppt.
Ceruss. opt. lotæ
C. C. usti aa ℈j
Sacch. Saturn. ℈ß. M. F. Colly-
„ rium, quod ex spongia admodum mol-
„ li exceptum in oculum ter quater vel
„ ad libitum in die instilletur, et exter-
„ ne etiam leviter aliquoties ei applice-
„ tur. Hoc autem, prout etiam aliquo
„ alio a nobili quadam admodum cele-
„ brato, ne hilum hic proficientibus ad
„ usum cataplasmatis ex medulla panis

„ albi cum vitello ovi, adjecto ol. rosac. „ tantillo compositi, et ultimo ad linimentorum camphoratorum, et indolis „ quantum potuerimus anodynæ usum, „ interea etiam vesicatoriis amplis inter „ scapulas et intercipientibus emplastris „ ad tempora applicatis, successu quidem „ necquicquam adhuc feliciori nos recepimus. Quocirca post aliquot dies „ horum usu necquiquam cedente morbo inutiliter insumptos, inflammatione „ etiam jam oculum alterum vel pari „ atrocia petente, accedente item præter „ dolorem egregia utriusque oculi visus „ diminutione, alia quam primum methodo qua contumacissimum periculosissimumque hoc symptoma dimoveremus, ad humorum videlicet acrimoniam corrigendam præcipuo collimantem modo sequenti aggressus sum:

℞. Extr. Rud. ℈j.
Calomel. gr. xij
Ref. jalapp. gr. iij. M. F. pil. 5

„ deaurandæ, primo mane sumendæ, et „ aliquamdiu superdormiendo, cum regimine. Copiosa et benigna secuta est „ operatio, postea plurimum remittente „ inflammatione, ita ut ex earum ad 3 „ vel 4 vices, interposito unius vel „ duorum dierum intervallo, repetitione „ ad pristinam oculorum sanitatem et vi-

„ ſus aciem reſtitutus ſit „. Verum in ipſis etiam draſticis catharticis aliquo opus eſt delectu, monente id H. BOERHAAVIO: (n) „ alterum (inquit ille)
„ auxilium eſt purgatio alvi fortiſſima,
„ ſed præmiſſa prius ſanguinis miſſione.
„ Subducitur autem alvus per acria ſan-
„ guinem ſolventia, non per ſtimulan-
„ tia calida, ut SYDENHAMIUS mo-
„ net; alias morbus augetur. A pur-
„ gantibus enim ſanguis ſæpe movetur;
„ et febricula excitatur. Purgatio autem
„ debet eſſe ſatis violenta, idque ſi fieri
„ poſſit ad initium levis animi deliquii,
„ quod oritur; quando tantus ſtimulus ad
„ meſenterium adeſt; ut omnia liquida
„ cum impetu eo affluant; et circa in-
„ teſtina moveantur; ſuperiores autem
„ partes ita liquantur, ut ſufficiens ſan-
„ guis in cerebrum non premator (pella-
„ tur), ut ſpiritus inde in ſatis magna
„ copia ſecerni poſſint. Oritur tunc ſi-
„ mul oculorum pallor, quem in hoc
„ morbo tanti facit HIPPOCRATES:
„ Lenia autem debent eſſe hydragoga;
„ quæ nempe ſerum attenuant, et ex va-
„ ſis meſeraicis educunt, non nimis a-
„ cria, ut euphorbium &c. ſed debiliora;

(n) De morbis oculorum §. 57. p. 98. ſq.

„ inter quæ princeps eſt diacrydium et
„ jalappa, admixto ☿io dulci. Adhi-
„ benda autem ſunt purgantia una vel al-
„ tera hora poſt Væ Sem eodem adhuc
„ die. Hinc pro robuſto homine

℞. Diacrydii gr. xvij, cum
▽a cichorei ſ. a. F. emulſio; cu-
jus a fecibus ſeparatæ ℥j adde
Syr. roſ. ſolut. c. ſenna ℥j
☿ii dulc. tenuiſſime triti gr. xvj.

„ M. F. hauſtus. Quando hoc medica-
„ mentum operationem ſuam abſolvit,
„ plerumque remittit morbus, et metus
„ ſuppurationis ceſſat. Idem medica-
„ mentum in forma pulveris dari po-
„ teſt, e. g.

℞. Scammonei puriſſimi gr. xjv
☿ii dulcis gr. jx. M. F. ♁, qui

„ facile hauritur, et ipſis infantibus in
„ minori doſi dari poteſt, v. g.

℞. Diacrydii gr. v.
☿ dulcis gr. ij vel iij.

„ Ex eodem pulvere fieri quoque poſ-
„ ſunt pilulæ, v. g. ſi addatur electua-
„ rium aliquod aut ſyrupus roſarum ſolu-
„ tivus „. SWIETENIUS (o) quoque hinc
Præceptoris ſui methodo plurimum tri-
buit. Imo curata jam ophthalmia ad

(o) Commentar. ad H. BOERH. §. 396 No 4.

opacitatem corneæ ſuperſtitem idem prorſus faciendum vult BOERHAAVIUS (*p*): „ ſi (inquiens) opacitas poſt curationem „ adſit, monendi ſunt (amici), fortiſſima medicamenta eſſe adhibenda, Væ „ Ses nempe ad animi deliquium uſque, „ et copioſæ purgationes ex ☿io, ut „ ſemper fere et continuo alvus fluat. „ Ita ſæpe oculi jam tum turbati pelluciditatem recipiunt. Curavi aliquando hoc modo nobilem virginem; cui „ quotidie dedi reſinæ jalappæ & ☿ii „ dulcis aa gr. x; poſt horam autem vel „ ſemihoram, quando illa medicamenta „ ſanguini miſceri incipiebant, dabamus „ clyſma; ut vis ☿ii ad inferiora derivaretur: veſperi autem ſemper dabamus opium. Sic obſcuratam corneam „ reſtitui in hac virgine „. Quantum vero ab his remediis Cl. Vir exſpectet; colligere eſt ex iis, quæ ſubdit (*q*): „ in „ praxi (ajens) videbitis, quam irrita „ ſint ſæpe reliqua medicamenta; hiſce „ neglectis „.

2. *Iteratio.*

(*p*) l. c. §. 64. p. 58.
(*q*) Ibidem p. 59.

2. *Iteratio.* „ Neque unica purgatio „ sufficit, sed ea per intervalla repetenda, si morbus in longitudinem abeat „ inquit L. RIVERIUS (*r*). Quo in casu autem non jam acria illa e scammoneo, jalappa ac ☿io dulci, ut paulo ante dictum, sed lenissima tantum eccoprotica locum habent, e tamarindis, manna, senna, &c. quæ alvi continuo apertæ tenendæ causa quovis 2° vel 3° die præberi consulit A. STÖRCK (*s*). Quod si vero majoribus ex intervallis porrigenda fuerint, v. g. 4° 5° &c. quovis die, hydragoga quoque, at provida manu, dari possunt, præsertim in malo contumaciori vel vehementiori; cujus rei complura felicia exempla habentur. Apud A. E. BÜCHNERUM (*t*) infans 2½ annorum ophthalmia serosa tam acri laborabat, ut serum partes vicinas pene ad ossa usque excoriarit, et exulcerarit; quam tamen repetita cathartica ☿lia, diaphoretica, ac vesicantia prorsus abegerunt. Hujus quoque loci est observatio G. C. ARNOLDI (*u*): „ mense Junio juvenis

(*r*) Praxeos med. L. 2. C. 8. p. m. 251.
(*s*) Præcept. med. pract. Tom. 1 p. 84.
(*t*) l. c. A. 1729. April. Cl. 2. art. 2. p. 235.
(*u*) Obs. phys. med. A. 1772 Obs. 5. p. 46.

„ 23 annorum, qui ſæpe ophthalmia ſero-
„ ſa laborabat, in eandem incidebat.
„ Conſtitutionem quidem bonam habe-
„ bat, uti in hac ætate ſolet eſſe, absque
„ manifeſta tamen plethora vera, cete-
„ rum ſuccis quidem abundabat. Cum
„ chirurgus caſu fortuito ad eum intra-
„ ret, et videret magnam rubedinem
„ oculorum, eorumque lippitudinem,
„ audax ſecat venam in utroque pede.
„ Satis magna copia ſanguinis detracta,
„ interea quod cruor de vulnere aper-
„ to adhuc flueret, illico palpebræ clau-
„ duntur, ita ut eas a ſe invicem dedu-
„ cere, aut oculos ipſi aperire impoſſi-
„ bile fuerit. Sic cæcus ſedens miſit
„ ad me die cæcitatis 5°. Accedens ad
„ ipſum oculos perfecte clauſos inveni,
„ nullo conatu proprio nec manu aperi-
„ endos. Palpebræ rubebant, nec duræ
„ erant. Pulſus erant æqualis depreſſus
„ et debilis. Cum autumarem hanc oc-
„ cluſionem palpebrarum potiſſimum ori-
„ ginem ducere ex debilitate levatorum
„ palpebrarum, et ex impedito circuitu
„ humorum tenuiorum circa eosdem aut
„ antagoniſtas eorum, ob vim circuli
„ rubri fractam, juſſi lavare oculos omni
„ bihorio cum aqua admodum frigida.
„ Sequente die dedi ſummo mane radi-
„ cis jalappæ pulveriſatæ drachmam ſe-
„ miſſem in aqua, copioſe ſuperbiben-

„ do decoctum tenue ex avena decorticata paratum. Sedes habuit decem. Lotionem cum aqua frigida continuavit; licet post eam palpebræ admodum dolerent. Die suæ cœcitatis 7°, qui hunc sequebatur, sub quolibet oculo sentiebat pruritum; cumque locum prurientem scalperet digito, mox prorumpebat ex eo sanguinis copia ingens quæ ℥vj longe ascendere videbatur. Locus erat sub margine inferiore orbitæ singuli lateris, simili fere distantia ab oculo et naso. Statim palpebræ per 7 dies clausæ aperiuntur, visus restituitur, et vulnus utrumque formato thrombo sponte clauditur vel obturatur. Ast cum oculus ipse admodum ruberet, jussi utrique applicare pomum balneo sicco coctum, cujus pulpæ indere pauxillum camphoræ præcepi. Hujus tepida sæpe reiterata applicatio, et datum purgans ex pulveris radicis jalappæ ʒß quod sequebantur 6 sedes, tantum profuerunt, ut albugineæ sugillatio profligaretur, quin oculi ventum perferrent. Triduo elapso denuo exhibui dosin similem radicis jalappæ in pollinem redactæ cum gr. ij terrei acuatam. Ita convaluit continuata saltim lotione cum aqua frigida die ab inchoatione occlusionis

„ palpebrarum 12° „. Eundem hæc remedia fucceffum habuere in cafu L. RIVERII (x): „ elegans et venufta puel-„ la . . . 18 annos nata a 3 vel 4 annis „ fluxionem patiebatur in oculum fini-„ ftrum procumbentem, qua totus ocu-„ lus, palpebræ, et partes etiam circum-„ jacentes tumore ac rubore afficieban-„ tur: unde pulchra illius facies defœ-„ dabatur. Autumno præcipue ingra-„ vefcebat affectus, et tota hyeme per-„ feverabat, neque V:æ S:e aut purgatio-„ ne ex potionibus et apozematis, aut ve-„ ficatoriis, aliisque remediis quam plu-„ rimis, quæ frequenter et fruftra ufur-„ pata fuerant; fedari potuerat. Tandem „ incunte autumno, quo morbus pari „ tum ferocia rediit, potentioribus re-„ mediis uti vifum eft ad fluxionis con-„ tumacis radicem exftirpandam. Itaque „ loco apozematis, quo antea ufa erat, „ præfcribo pilulas aperientes et diapho-„ reticas ex falibus tamarifci, abfynthii, „ magifterio tartari et ♂:e diaphoretico, „ de quibus capiebat duas mane tribus „ horis ante prandium, et totidem ante „ cœnam per 4 dies: 5° die fumpfit pi-„ lularum catholicarum ʒß, quibus opti-

(x) Obferv. medic. Cent. 1. Obf. 7.

„ me purgata eſt; unde rubor et inflam-
„ matio valde imminui cœperunt. Sum-
„ pſit iterum pilulas aperientes per 4 dies,
„ et 5° pilulis catholicis purgata eſt fe-
„ liciter: ac paucis poſtea diebus oculi
„ rubor omnino evanuit, neque amplius
„ reverſus eſt . . . In hac curatione miſ-
„ ſus non fuit ſanguis, quamvis ægra
„ prædita eſſet ſanguineo temperamento;
„ quia paucis antea diebus detractus fu-
„ erat tum ex brachio tum ex malleolo.
„ Sed peracta curatione decoctum men-
„ ſes promovens præſcriptum fuit, quia
„ illos imminute patiebatur. Illud autem
„ decoctum tale fuit:

℞. Rad. althææ et
— valerianæ aa ℥j
— fœniculi
— aſparagi et
— apii aa ʒvj
Fol. betonicæ
— pimpinellæ
— ceterach
— artemiſiæ
— ſabinæ aa M. j. bulliant omnia
„ in decocto cicerum rubeorum ad 4 in
„ v. In colatura diſſolve ſacchari albi
„ ℥iij. F. apozema clarificatum et aro-
„ matiſatum ʒij cinnamomi et ℈j croci
„ quatuor doſibus matutinis, quas capiat
„ 4 diebus, antequam menſes prodeant„

Quod ſi vero cathartica quotidie ſumenda ſint, ut artificiali diarrhœa ſit opus, nil hic acidulis eſt præſtabilius, quæ ſimul aliis compluribus indicationibus explendis inſerviunt. His aquis vetuſtæ ſæpe ophthalmiæ manus victas dedere. Sedlicenſes 6 vel 8 diebus hauriendas commendat SCHMUCKER (y), et Carolinæ ſæpe ſe ſe jam his in caſibus probaverunt, quales complures memorat J. C. TILLINGIUS (z), nempe „ puella „ annorum 18, corporis habitus maxi„ me laxi, varia ſed fruſta adhibuerat „ medicamenta a Medico docto per ali„ quot annos ſuppeditata ob ophthalmi„ am chronicam ſeroſam. Tandem adibat „ noſtros fontes ſalutares, quorum uſus „ binis annis adhibitus omnem morbum „ ſanabat, eaque conſtantia, ut deinde „ non rediret, licet furore quodam ali„ quoties incenderetur nupta, et ſæpius „ catarrhoſis fluxionibus obnoxia eſſet. „ Monachus jam ſenectute provectus, „ inſigni corporis robore gaudens, oſſen„ debatur hemicrania et gravi ophthal„ mia ſeroſa, qua non ſolum viſus ocu„ lorum obtundebatur, ſed oculi quoque

(y) l. c. p. 499.

(z) Obſ. med. ſingul. circa verum uſum thermar. Carolin. obſ. 34. hiſt. 5. 6. 7. 8. 9.

„ pannum rubrum referebant. Hauriebat A. 1744 ferfervidiffimas thermas cum „ interpofitis laxantibus antiphlogifticis, „ et ophthalmia ceffabat . . . Puella annorum 20 decimo ætatis anno laborabat variolis copiofis, et 12° infeftabatur ophthalmia ferofa graviffima, „ qua oculi undiquaque rubebant. Ex „ hauftu thermarum furiofi fontis, et „ interpofitis laxantibus mannatis, quæ „ ad fananda mala ex variolis reliqua „ in primis prodeffe creduntur, fani „ fiebant oculi, nulloque deinde affligebatur vitio eorum, nifi hoc uno leviore, quod in talibus ægris femper „ obfervavi, quo ex confvetudine defigere folent ad terram oculos, quod „ ignari pudicitiæ indicium interdum „ interpretantur. Puella 18 annos nata „ et fanguinea menfium fluxum experiebatur nimis parcum, ex quo non „ folum oculi rubebant, fed manus quoque tumebant. Utebatur thermis noftris 9 abhinc annis, et licet parum „ levata domum rediret, tamen infequente anno non folum menfes copiofius fluebant, fed oculorum rubor „ quoque evanefcebat. Repetiit quoque „ cum fructu eodem anno thermarum „ ufum externum æque ac internum. „ Adolefcens annorum 18 ftudiis operam

„ navans, paulo tenerioris corporis ha-
„ bitus et mollioris, habuerat ſuperiori
„ anno in tibia ulcus, quo conſolidato
„ ophthalmia ſequebatur ſeroſa ab omni
„ potu exæſtuante exacerbata. Cum in-
„ ſignis apud ipſum eſſet nauſea ad omnia
„ medicamenta, dedi tandem, antequam
„ cubitum iret, ſalis amari ſemiunciam,
„ et primo mane diei inſequentis juſſi
„ haurire, quæ ad molam bulliunt,
„ thermas, quas mox vomitu rejiciebat.
„ Subſtitui ergo, quæ ex furioſo fonte
„ prorumpunt; et res bene ſuccedebat.
„ Sexto die proveniebant ſcabioſa exan-
„ themata, levisque ſuboriebatur in tibia
„ dolor, ubi ulcus olim fuerat. Die
„ 15° oculi paululum rubebant, in pri-
„ mis palpebræ, minus tamen 16°, quo
„ exhibui ℥em rhabarbarinum cum tem-
„ perante, et poſt bibendo thermas,
„ ſed nimis celeriter, ſequebatur pri-
„ mum vomitus pituitoſus, deinde aquo-
„ ſus, cum quadam virium defectione.
„ Æger quidem non dum ſanatus abibat;
„ inſequente tamen anno rediens de ſa-
„ nitate recuperata gaudebat, uſumque
„ magna cum utilitate repetebat„.

3. *Contraindicatur* autem cum eme-
ticorum tum catharticorum, præ primis
fortiorum ac reiterandorum, uſus in cor-
poribus debilibus, laxis, ac pallidis,

nisi manifesta saburræ præsentis adfuerint indicia; eo quod plus alioquin iis lædantur, ut postmodo (*a*) sumus visuri.

CAPUT II.

SOLVENTIA.

§. 42.

Postquam vasa pro eo ac par erat, depleta fuerint, si lentore peccent humores, frangere eundem oportet, ut illi reddantur maxime fluxiles, stasesque eorum in vasis oculorum quantocyus possint auferri: solventia proinde in usum tunc vocare oportet, eaque pro ratione et indole ipsius lentoris varia, et quidem

1. *Nitrum* in lentore phlogistico longe omnium efficacissimum, cujus magnis dosibus post sanguinem detractum exhibitis sub idonea diæta omnem fere curationem tribuendam esse contendit ROWLEY (*b*).

(*a*) Vide §. 43 No 2.
(*b*) l. c.

2. *Aquæ minerales* multo ſale et aere fixo ptæditæ in chronicis præſertim ophthalmiis a pertinaciori humorum lentore oriundis ſæpe omnibus aliis remediis irritis ſolæ curationem abſolvunt: quæ id ſimul utilitatis adferunt, quod morboſam materiam attenuatam ac dilutam per vias lotii blande e corpore citra turbas evehant; cujusmodi ſunt aquæ Freyenwaldenſes, Piperinæ, Pyrmontanæ, &c. Freyenwaldenſis fontis aquis plures ab ophthalmia liberatos narrat J. D. GOHLIUS, quos inter vidua (*c*) erat „ laborans „ . . . ophthalmia ſeroſa cum nocturnis „ conglutinationibus palpebrarum, viſusque hinc debilitatione, quæ diuturnæ et per triennium duranti cephalalgiæ ſupervenit. Ad fontem acceſſit, „ poſtquam varia, ſcarificationes, veſicatoria, ut et ſemel Væ Sem in brachio, purgantia, et diaphoretica in caſſum uſurpaverat; imo ipſam quoque ſalivationem ſuſtinuit, cui adſcribit, quod poſt illam non ſatis ſollicite tractatam fluori albo ſimul obnoxia „ facta. Cum ſucceſſu itaque ad oculorum affectum aquas noſtras potavit,

(*c*) l. c. Dec. I. Vol. 5. Sect. 2. No 57 p. 69.

„ balneaque pro insessibus æque prospere
„ usurpavit: eandemque adeptam medc-
„ lam ita perstitisse . . . iterum ad
„ fontem nostrum accedens verbis con-
„ firmavit; fluoris albi autem fluxum
„ neutiquam percuratum esse retulit „.
Porro (*d*) „ puer 10 forte annorum . . .
„ diu habituali ophthalmia in utroque
„ oculo laborans, ad eandemque multis
„ remediis in cassum usus, per aquarum
„ saltem matutinam moderatam et ordi-
„ natam potationem, interpositasque la-
„ xationes, admodum et constanter resti-
„ tutus fuit. Ita et judæus juvenis . . .
„ habitualibus et periodicis oculorum in-
„ flammationibus diu quoque afflictus,
„ nebulisque hinc in pupilla relictis,
„ per æstivalem hanc curam ad fontem
„ Freyenwaldensem institutam recursum
„ inflammationis admodum discussit „.
Denique (*e*) „ quæ a variolis relicta man-
„ sit ophthalmia in quam plurimis quot-
„ annis exemplis ibi dissipatur. In pro-
„ pria mea filia, cui tale quid per perio-
„ dos contigit, effectus vidi semper ad-
„ modum promptos, ita ut vix per o-

(*d*) Ibidem Vol. 7. Sect. 1. p. 54.
(*e*) Ibidem Dec. 2. Vol. 6. Sectt. 1. No 5. p. 23.

„ ctiduum ibi commorata, ſed aquis ſaltem pro nutrimento uſa, mutationem in melius ſenſerit. Ita ſtudioſus theologiæ . . . gravi ſeroſa oculorum inflammatione . . . infeſtatus, quam a pueritia per periodos, ob habitum jam tum nactum, ſæpiſſime expertus fuit, ut magnam etiam viſus debilitatem, lucubrandique impotentiam inde nactus ſit, nullis aliis remediis cedente, ad fontem noſtrum ſe conferens brevi tempore in plenum ab illa per aquarum potationem, balneorumque alternis diebus inſtitutorum uſum, liberatus fuit „. Generatim vero notat Auctor (*f*) „ ophthalmia (inquiens) quo magis recens eſt, et in fervida conſiſtit congeſtione, eo minus quadrant balnea; ubi autem chronicum induit habitum, et plures alias medicationis methodos per laxationes, veſicatoria, collyria varia, &c. inaniter excuſſit, valentiorem non vidi curam, quam quæ fit ad fontem Freyenwaldenſem „. Pyrmontanæ vero aquæ in ſequenti F. HOFFMANNI (*g*) caſu ſeſe probavere: „ femina 42 annorum,

(*f*) Ibidem.
(*g*) l. c. Obſerv. 2.

„ ſangvinea, obeſa, ſcorbutica, et glan-
„ dulas in collo tumefactas gerens, poſt
„ retentum menſium fluxum corripieba-
„ tur oculi ſiniſtri dolore ac rubore cum
„ ejusdem lateris cephalalgia ad. ? dum
„ vehementi. Liberata primum annuum
„ poſtea ſemper menſe Octobre hujus
„ mali experta eſt recurſum, ſub quo
„ appetentia erat proſtrata, lucem ferre
„ non poterat, et ſeri ex oculis copio-
„ ſum ſtillicidium ſemper experiebatur,
„ quod per aliquot menſes perſiſtebat.
„ Pluribus uſa remediis, ſed in caſſum;
„ et notabile erat, quod quoties ſal vo-
„ latile oleoſum ſumeret, toties ſoporem
„ et torporem ingentem capitis patere-
„ tur. Ut itaque hic affectus, qui per
„ triennium ægram mirum afflixerat, ra-
„ dicitus exſtirparetur, acidulas Pyrmon-
„ tanas æſtate ſub debito regimine pota-
„ bat: quibus etiam alvus et urina opti-
„ me ſeceſſit, et ipſa poſtea a contuma-
„ ci malo eſt liberata „. J. REYDT (*b*)
meminit feminæ conferto exanthemate et
ophthalmia ſeroſa affectæ, quæ uſu aquæ
piperinæ prorſus convaluit, rubore ocu-
lorum intra 3 vel 4 dies abacto.

(*b*) Hydrophylacii 1 Th. 12 Cap. Obſ. 2.
p. 170.

3. *Lumbricorum terrestrium succus.* C. PEZOLDI (*i*) Eques hæmoptoen aliquoties perpessus incidit in dolorem ischiadicum cum ophthalmia; ab utraque autem ægritudine sumpto lumbricorum terrestr. succo convaluit. Analogum huic est, quod A. STÖRCK (*k*) perinde hic utile reperit, nempe „ophthalmiæ venereæ quæ sæpe nec salivatione, nec „usu fortissimi sublimati corrosivi potuerunt emendari, solis pulveribus „(hisce) curatæ sunt:

℞. Scamm. gr. vj.
Milleped. pp. ʒß
Stib. diaph. non abl. gr. xv. M.

„F. pulvis, parentur tales No viij, „et sumat æger mane et vesp. j „.

4. *Cicuta*, si lentor strumosus, scrophulosusve ophthalmiam induxit, ad illum emendandum est efficacissima. LEMOINE (*l*) curandum habuit cerdonis filium diuturna utriusque oculi inflammatione cum palpebrarum infarctu, crassitie labiorum, glandularum colli tumore, pallore faciei, verbo cum habitu scro-

---

(*i*) Observ. med. chir. 41 p. 73.
(*k*) Ann. medic. 2. p. 225.
(*l*) ROUX Journ. de Medecin. &c. T. 37. Fevr. 1772 p. 132. sq.

phulofo, laborantem. Huic, præter decoctum lapathi, bis quotidie præbuit cochl. j. fyrupi de cicuta et rapa; oculis farinæ refolventes cum fecalina ad æquas partes admotæ, dein pulpa pomorum acido-dulcium, et bis terve per diem eluebantur infufo e fem. fœniculi cum facch. candi in vino albo: his interpofita juftis ex intervallis cathartica. Convaluit, fuperftitibus tantum duabus corneæ maculis, quæ fumigationibus etiam ceffuræ fperabantur. Obfervavit Auctor extractum cicutæ lentius agere fuo fyrupo. Hinc et E. G. BALDINGER (*m*) præfert dicto extracto electuarium ex 8 partibus mellis ad unam pulveris cicutæ ficcatæ; quod fe multiplici experientia edoctum fuiffe teftatur.

5. *Arnicæ flores* in ophthalmia fcrophulofa et a faburra lenta primarum viarum recrudefcente utiles fe fe præbuere tefte NOSE (*n*) in puella ruftica 13 annorum, ab anno jam innumeris colli fcrophulis cum ceteris quoque hujus cachexiæ fignis deturpata, ac diuturnam ophthalmiam perpeffa, quæ menfes non dum

(*m*) Neues Magaz. für Aerzte 3 B. 4 St. p. 344.

(*n*) E. G. BALDINGER neues Magazin für Aerzte 3 Band. 1 St. p. 5. fqq.

experta præter ſubdulcem oris quandoque ſaporem cæteroquin de nulla alia re querebatur. Præparato itaque corpore datus ☐us emet. et Ypecacuanha, et poſtmodo florum arnicæ (quod reſolventes ſimulque tonici eſſent) periculum factum, quorum infuſum, præter potum communem e carice aren. LINN. paratum, bis de die hauſtum, et porro gr. x cum ſaccharo primum ter, dein quater per diem data. Leves tantum inde nauſeæ obortæ; et dolor ardens cum oculorum nunc ubertim fluentium tum minorum colli ſcrophularum adauctus: urina vero toto curationis tempore manſit clara, ſtraminea, ſine ſedimento, niſi quod admodum raro levis ei nubecula ineſſet. Die 15a Februarii (cujus 10a curationis initium factum) pulveres granis ij aucti et quinquies per diem dati: unde levis oborta diarrhœa brevi iterum deſiit; at oculus dexter 18a jam multum emendatus 22a prorſus ſanus evaſit: lævus vero multum adhuc plorans lente emendabatur. Cum autem inſequentibus diebus indicia ſaburræ oculis quoque officientis adeſſent, die 28a datum rurſus emetico - catharticum optimo cum effectu. Die 7a Martii ambo oculi prorſus erant ſani, niſi quod ſubinde aliquatenus fierent lacrymoſi: idcirco

circo iterum ℨes granis ij aucti et quinquies de die exhibiti; aſt infuſum ob nauſeas denuo obortas non ultra 10am Martii amplius datum, ejusque dein loco ſex ℨes ſumpti. Ab his ophthalmia omnino deſiit. At contra ſcrophulas nec ſoli arnicæ ℨes a 21a Martii granis iij et ſenſim pluribus aucti, nec cum flor. ⊖✱ martial. juncti, quidquam poterant; quin imo, cum finiente Martio oculi ob ſaburram denuo opacati a tertium dato emetico educta ingenti vi muci bilioſi iterum recuperaſſent claritatem, ſanique deinceps manſiſſent, illæ exhibitis variis ad finem uſque Maji remediis nil cedebant. Eapropter puella, cetera hilaris et alacris, remediorum ac frigidorum præſertim balneorum, quæ crebro in caſſum adhibuit, pertæſa abiit.



CAPUT III.

DIAPHORETICA.

§. 43.

Ubi copia humorum debite imminuta, lentorque illorum, ſiquis adfuit, ſatis emendatus, ophthalmiam reddidere mitiorem, nec niſi reliquiæ illius quædam ſuperſunt, quas minimorum vaſculorum atonia etiamnum fovere pergit, pulchre eas diaphoretica data abolere ſolent. Imo vero recentibus ea quoque ophthalmiis, quas imminuta excretio cutanea proritat, nec ultra taraxin procedere ſolent, non raro medentur, ubi alia quædam pauca præmiſſa fuerint remedia. Etenim F. HOFFMANNO (*o*) teſte „ divertens ſimulque diſcutiens egregia virtus ineſt „ diaphoreticis, quæ liberam perſpira- „ tionem procurando non modo ab ocu- „ lis et capite ad corporis ambitum hu- „ mores agunt, ſed et ſuccos ab acri- „ monia ſalſa repurgant. In ipſa autem „ parte affecta inflammatoria ſtaſis et „ internis et externis diſcutienda eſt.

(*o*) l. c. curat. §. 2.

„ Ex illis omnibus præferendum infusum „ theiforme ex radice valerianæ, liqui„ ritiæ, flor. sambuci, et semine fœni„ culi, quod largius potandum, et ante „ potum vapor ipsius consulto sub tecto „ capite ad oculum admittendus „. Quandoque tanta horum remediorum est necessitas, ut iis neglectis omnia alia frustra sint. „ Insignis . . . ophthalmiæ casus „ memoriæ succurrit, ait G. HORSTIUS (*p*), juvenis cujusdam . . . in „ separatione metallica . . . conducti, „ qui mense Martio 1627 summis oculo„ rum doloribus laborabat, ubi commu„ nibus medicamentis adhibitis nihil „ quidquam levaminis sensit; donec me „ vocato purgans exhiberetur, quod

℞. Extr. pil. Cochiar. ℈jß
☿ii dulc. ℈j
Diagryd. correct. ℈ß cum
Syr. de stæch. F. pil.

„ Hoc modo plurimum evacuato corpore „ sudorem imperavimus aliquoties exhi„ bitis gr. x bezoartici mineralis: ubi „ miraculi instar, remotis omnibus topi„ cis, dolor immensus evanuit „. Sunt autem non nulla e diaphoreticorum clas-

(*p*) Obs. med. P. 2. L. 2. Obs. 25. Cas. 4.

ſe, quæ ceteris hic palmam præripiunt, videlicet :

§. 44.

1. *Lignorum decoctum*, quod impenſe commendat M. ETTMÜLLERUS (*q*) exemplo G. HORSTII (*r*); et vero non abs re, quippe quæ decocta in aliis quibusvis ſeroſis lymphaticisque morbis tantæ ſint efficaciæ : bene tamen Vratislavienſes monent (*s*), non promiſcuum illorum eſſe debere uſum ; ſiquidem plethoricis magis obſint, quam proſint. Utiliter ſane decoctum hoc præbuit M. RULANDUS (*t*) mulieri 40 annorum ophthalmiam ſeroſam dolorificam cum cœcitate diu perpeſſæ, poſtquam plurima alia fruſtra fuiſſet experta. Huic primum catharticum datum

℞. Pilular. ſine quibus ℈ii
——— aurearum ℈j
Trochiſc. alhand. gr. iij.
🜄æ fœnic. q. ſ. F. pilulæ vij hora poſt cœnam ſumendæ ; a queis plurima variaque egeſſit. Poſtea per 10 dies datum decoctum ligni ſancti

(*q*) Opp. T. 2. P. 1. p. 593.
(*r*) l. c. P. 1. L. 2. obſ. 32.
(*s*) Hiſtor. morb. Vratisl. p. m. 63.
(*t*) Curat. empyr. Cent. 8. cur. 61.

℞. Ramentor. ligni ſancti ℔j. Infunde in
▽æ calentis ℔ xij per 24 h. tum coque ad conſumptionem medietatis, colatura D. U. Sumat in aurora ℥viij calide, veſperi autem trihorio ante cœnam ℥vj, ſtragulis probe tecta pro ſudore. Poſt hunc oculis adhibita aqua ophthalmica Auctoris (*u*). Pro potu communi datum decoctum ſecundarium ligni ſancti, affuſis nempe feci prioris denuo ℔ xij ▽æ et ad ¾ incoctis et colatis paratum. Atque ſic ſub diæta bona intra 10 dies ægra prorſus convaluit, viſu quoque priſtino recuperato. Magnæ quoque utilitatis ſunt hæc decocta in ophthalmiis a ſyphilitidis reliquiis enatis profligandis. „ Juvenis Romanus, „ refert G. BAGLIVUS (*x*), per octimeſtre ſpatium gravi et ſummopere doloroſa ophthalmia laborans doctiſſimorum Medicorum remedia ſemper irrita expertus eſt. Cum ad me veniſſet, ſingulasque morbi circumſtantias ſedulo conſideraſſem . . . a me interpellatus, an lue Gallica quandoque labo-

(*u*) Vide §. 72. I. C. No 5.
(*x*) Prax. med. L. 2. C. 9. S. 1. §. 5. p.m. 202. ſq.

„ raſſet ? Reſpondit, elapſo octennio
„ male tractatum fuiſſe a gonorrhœa
„ Gallica, a qua poſt duos menſes adhi-
„ bitis opportunis remediis protinus eva-
„ ſerat. Quoniam vero impuræ hujus
„ luis ſeminia per 30 et plures annos
„ ſanguini inhærere, ægrotosque vana
„ ſanitatis poſſeſſione illudere ſolent,
„ interimque ſub perſona plurium mor-
„ borum reviviſcant, et Medicos turpi-
„ ter decipiant; ſtatim decrevi ophthal-
„ miam hanc Gallicam eſſe, exhibitaque
„ longa potione, ad inſtar aquarum ther-
„ malium, decoctionis ſarſ. parillæ, an-
„ timon. crudi, &c. poſt 10 dies circiter
„ perfecte convaluit „.

§. 45.

2. *Phoſphorus* urinæ, de cujus effi-
cacia in ophthalmia rebelli haud vulga-
rem obſervationem M. A. BARCHEWI-
TZIO (*y*) communicavit P. I. HART-
MANNUS: „ matrona quædam 50 circi-
„ ter et quod excurrit annorum per lon-
„ gius temporis ſpatium ophthalmia
„ complicata ſanguineo-ſeroſa miſere af-
„ flicta nihil proficientibus reliquis re-

(*y*) Diſs. de phoſphori urin. uſu interno §. 15.
(Praeſ. A. E. BÜCHNERO 4 Halæ 1760).

„ mediis per 2 tandem hebdomades quo-
„ tidie cubitum itura duas ſoluti phoſ-
„ phori guttas aqua frigida temperatas
„ hauſit, ſimulque bis aut ter per diem
„ eodem 20 partibus alcoholis vini per-
„ mixto ſuperiorem palpebram modice
„ inunxit, dictoque temporis intervallo
„ ita convaluit, ut nullo deinde oculo-
„ rum vitio unquam laboraret„.

§. 46.

3. *Sulph. auripigmenti* correctum in ophthalmia ſeroſo-catarrhali pertinaciter recidivante poſt alia caſſa unice profuiſſe vidit J. C. HILDEBRAND (z), ſcilicet „ vir . . . 57 annorum, temperamen-
„ ti ſanguineo-melancholici, nullis a
„ juventute præter rebellem ophthal-
„ miam ſeroſam, qua ante 24 annos per
„ ſpatium anni dimidii laboravit, obno-
„ xius fuit morbis. Præterlapſo decen-
„ nio graviſſimam cerebri commotionem,
„ quam e lapſu de ſcala altiori lapidea
„ et vehementi capitis ad axin anterio-
„ rem rhedæ inferius locatæ ferro obdu-
„ ctam alliſu reportavit, expertus eſt,
„ qua per triduum rationis, loquelæ,

(z) Nov. act. nat. cur. Tom. 3. Obſ. 5.

„ omniumque ſenſuum uſu privatus, ad-
„ hibitis congruis remediis feliciter tan-
„ dem reſtitutus eſt. Excepit anno ela-
„ pſo graviſſimum hunc affectum ſcabies
„ humida admodum rebellis, ægri pa-
„ tientiam per ſpatium 2 annorum miſere
„ excrucians, quæ poſtmodum uſu fonti-
„ culi in brachio excitati et remedio-
„ rum antimonialium ſublata 8 annos
„ geſtato in brachio fonticulo, ſed eo
„ etiam iterum conſolidato, cum bra-
„ chium totum eroſione cutis herpetica
„ affectum ulteriorem ejus conſervatio-
„ nem interdixit, et nihil per 6 annos
„ præter naturam ſenſit, quam macilen-
„ tum corporis habitum et pathemata ab-
„ dominis flatulenta, ſine dubio a vitæ
„ genere ſedentario et appetitu ſæpius
„ excedente profecta. Menſe Martio
„ anni præteriti vir hic generoſus a ca-
„ tarrho leviore liberatus, et remedio
„ laxante mannato uſus, nihil tale co-
„ gitans mane tumore palpebrarum oculi
„ dextri, earumque conglutinatione af-
„ fectus eſt, et paucis interjectis die-
„ bus ſiniſtrum oculum idem tumor cum
„ palpebrarum conglutinatione occupa-
„ vit. Adhibita ſtatim et per aliquod
„ tempus continuata fuere remedia anti-
„ catarrhalia, et præcipue TRa ſapona-
„ cea b. SCHULZII, itemque ♁es ſali-

„ no-rhabarbarini, interpositis remediis „ laxantibus; sed ophthalmia in dies „ gravior evadebat: siquidem mane „ palpebræ per 2 horas conglutinatæ „ manserunt, illisque adhibito fotu aper- „ tis serum mucoso-viscidum ex oculis „ rubore et ardore affectis cum excoria- „ tione et pruritu marginis utriusque „ palpebrarum tumentis et insigniter ru- „ bentis toto die largiter effluxit. Ad „ serum tale viscidum per M. S. diffu- „ sum attenuandum, ejusque affluxum a „ capite derivandum, æger præmissa Væ „ Se TRas alcalinas saponaceas, ☿es sa- „ lino-resolventes, sacculos discutientes, „ quolibet octiduo laxantia anticatarrha- „ lia, et alternis diebus pediluvia, per „ 4 hebdomades non interrupto ordine „ usurpavit, motu corporis equitando „ et obambulando quotidie ad plures ho- „ ras instituto, et exacta diæta observa- „ ta. Ab usu horum remediorum æger „ alvo quotidie ter et quater aperta „ optime se habuit; verum ophthalmia „ in dies gravior pejorque evasit, dum „ tumor palpebrarum, earumque ardens „ rubor, et effluvium seri viscidi cum „ sensu titillationis marginum palpebra- „ rum, quam successive major rubedo et „ longior palpebrarum tempore matuti- „ no conglutinatio excepit, continua-

„ runt. Menſe Majo æger aquam Selte-
„ ranam, præmiſſo laxante mannato, bi-
„ bere incepit; ſed ab illius uſu ob tu-
„ morem, gravitatem, et ruborem pal-
„ pebrarum in dies auctum, et ſenſum
„ titillationis in marginibus earumdem
„ intolerabilem, mox deſiſtere coactus
„ fuit. Ad ſerum viſcidum reſolven-
„ dum et per inferiora eliminandum,
„ aqua Sedlicenſis in uſum vocata fuit;
„ ob eadem vero jam recenſita ſympto-
„ mata ab illa quoque deſiſtendum fuit.
„ His remediis nihil proficientibus æger
„ mane infuſum reſolvens theeforme,
„ TRam alcalino-ſuccinatam ter de die
„ ad gtt. 40 et veſperi duas pilulas
„ Edinburgenſes ab Ill. . . . BÜCHNE-
„ RO (*a*) correctas, interpoſito ſingulis
„ 14 diebus laxante anticatarrhali, aſ-
„ ſumpſit; externe mane et veſperi fo-
„ tu et ſacculis diſcutientibus et robo-
„ rantibus oculis proſpexit, et in bra-
„ chio ſiniſtro ad derivandum affluxum
„ veſicatorium applicari permiſit, con-
„ tinuando pediluvia, motum corporis,
„ et diætam admodum reſtrictam. Per 4

(*a*) Diſſ. de medicam. mercurial. cum ſalib. parator. emeac. per adjunctum Sulph. ad certos quosd. morb. magis accommodanda p. 38.

„ hebdomades hæc remedia, educto ſi-
„ mul intra octiduum ope veſicatorii co-
„ pioſo ſero e brachio, in uſum voca-
„ ta ſunt eo cum effectu, ut oculi ſplen-
„ dorem lucis iterum perſerre potue-
„ rint; verum effluvium ſeri mucoſo-
„ viſcidi ex oculis cum tumore et con-
„ glutinatione palpebrarum matutina in-
„ deſinenter perſeveravit. Cum vero
„ ... æger, poſtquam antea intra triduum
„ alvum habebat apertam per 3 menſes
„ continuos quotidie quater et quinquies
„ alvum laxiorem expertus eſſet ſine ullo
„ ſeri mucidi ex oculis profluentis de-
„ cremento, optime ceteroquin ſe ha-
„ bens, judicavi exinde glandularum o-
„ culi et ductuum palpebrarum excre-
„ toriorum relaxationem inſignem rebel-
„ lis hujus mali et continuantis ſeri mu-
„ cidi effluvii rationem continere : id-
„ circo . . . infuſum per epicraſin la-
„ xans e ſale Sedlicenſi, ℥e rhabarb.
„ cort. chinæ rad. gentianæ rubr. liquore
„ terræ fol. ♀ri et infuſo ſummitatum mil-
„ lefolii paratum mane et pomeridie ad
„ 4 circiter uncias, et veſpertino ſem-
„ per tempore pilulas duas Edinburgen-
„ ſes correctas, interponendo quolibet
„ octiduo per 4 dies limaturæ ♂ ℈j cum
„ cort. cinnamomi gr. v conjunctum,
„ bis de die cum vino Rhenano ſumen-

„ dum, et ſubjungendo ptiſanæ reſolven-
„ tis et tonicæ uſum pro potu ordinario,
„ inſimulque externe collyrium WEIS-
„ BACHII ſiccum e butyri Majalis illo-
„ ti ℥ſs (cui ego meliori cum effectu
„ butyrum aliquoties cum aqua roſarum
„ lotum ſubſtitui) Tut. ppt. ʒſs, nihili
„ alb. gr. xv. ſacch. ♄ni et vitriol. alb.
„ aa gr. vj paratum, veſperi cuilibet o-
„ culorum angulo exteriori piſi magni-
„ tudine applicandum, ſedulo ſimul con-
„ tinuato pediluviorum, fotus, et ſaccu-
„ lorum diſcutientium uſu, præſcripſi.
„ Quibus remediis per 3 hebdomades
„ continuatis, ſubſequente largiore alvi
„ excretione et imminuta palpebrarum
„ titillatione, quæ initio a collyrii uſu
„ per pauca temporis momenta auctior
„ evaſerat, . . . æger ſenſim ſenſimque
„ a rebelli hoc affectu in totum libera-
„ tus eſt. Integro dein præterlapſo
„ menſe ad robur oculorum firmandum
„ aquam Schwalbacenſem in uſum duxit,
„ qua per 3 dies adhibita graviſſima ite-
„ rum affectus eſt ophthalmia. Ego . . .
„ remedia laxantia, reſolventia, diſcu-
„ tientia et derivantia in et externa præ-
„ ſcripſi, ſed fruſtraneo cum effectu.
„ Unguentum ophthalmicum Cl. D. D.
„ JACOBI in novis literariis Erfurten-
„ ſibus publici juris factum, quod ægro

„ de meliori erat commendatum, ipſe „ paravi, et illud cum aqua ophthal- „ mica MATTHIOLI applicandum cura- „ vi; ejus vero ingratus et inſperatus „ effectus, dum titillatio marginum pal- „ pebrarum in dies increſcens non ſolum „ tumorem, gravitatem et ruborem pal- „ pebrarum, ſed etiam effluvium ſeri „ viſcidi et conglutinationem palpebra- „ rum adauxit, ulteriorem ejus inter- „ dixit uſum. Reiteravi igitur præce- „ dens infuſum per epicraſin laxans, et „ reliqua ibi recenſita remedia, quibus „ per 3 hebdomades continuatis ophthal- „ mia ſenſim ſenſimque imminuta ceſſa- „ vit. Hæc dum acta eſſent, conſpectui „ meo ſe obtulit . . . commentatio . . . „ BÜCHNERI (*b*), qua perlecta con- „ dolui, quod nullam antea correcti „ hujus ſulphuris auripigmenti notitiam „ habuerim, ratus futurum fuiſſe, ut „ in hoc rebelli affectu efficax præbuiſ- „ ſet remedium. Interea ſulphur hoc „ correctum cum TRa ejusdem illico „ parandum curavi, ejusque, ſi malum „ hoc repullularet, periculum facere „ decrevi. Elapſo 4 hebdomadum ſpatio

(*b*) De medicamentor. ex auripigmento præparator. præſtantiſſ. uſu. Halæ 1758.

„ generoſus æger, cujus oculi hacte-
„ nus ab omni immunes fuerant vitio,
„ mane titillationem leviorem in margi-
„ nibus palpebrarum oculi ſenſit, quam
„ altero die effluvium ſeri viſcidioris et
„ conglutinatio palpebrarum matutina
„ exceperunt. Ego . . . exhibita pilu-
„ lar. ☿lium doſi, . . . mane ad gtt.
„ 40 TRam ſulphuris auripigmenti cor-
„ recti, et veſperi quovis ſulphuris
„ hujus gr. ij cum ſacch. lactis Helve-
„ tici ℈j, conch. citrat. et ♁ii diapho-
„ ret. aa gr. v. præſcripſi, conjuncto
„ ptiſanæ demulcentis et tonicæ pro po-
„ tu ordinario, collyrii WEISBACHII
„ ſicci, fotus et ſacculorum diſcutien-
„ tium uſu, quibus remediis per
„ 14 dies adhibitis vir iſte generoſus
„ ab ophthalmia hac ſeroſa graviſſima
„ ſenſim ſenſimque feliciter liberatus eſt,
„ et adhuc per aliquot menſes . . . im-
„ munis a rebelli et contumaci hoc af-
„ fectu vivit. Effectus, quem æger illi-
„ co de his remediis ſenſit, potiſſimum
„ in auctiore, alias haud conſveta, no-
„ cturna tranſpiratione et crebriore alvi
„ apertione conſiſtebat: unde per ſpa-
„ tium 6 hebdomadum eidem mane do-
„ ſin TRæ auripigmenti, et veſperi ♁em
„ cum ſulphuris hujus gr. jß exhibui;
„ quorum remediorum uſum magna . . .

„ mutatio ſecuta eſt; ſiquidem non ſo-
„ lum quovis mane in lecto facilem et
„ ſpontaneam auctiorem expertus eſt
„ tranſpirationem, quam ſubinde potu
„ thee promovit, unde ab hoc tempore
„ non ſolum affectus rheumatici ipſi
„ alias familiares ceſſarunt, ſed etiam
„ quotidie alvum laxiorem obtinuit,
„ quæ antea ſegnior erat, et vix intra
„ biduum reſpondere ſolebat„.

§. 47.

4. *Vinum* quoque huc referendum venit, de quo HIPPOCRATES (*c*) „ oculorum dolores (ait) meri potio aut „ balneum aut fomentum aut Væ So aut „ medicamentum purgans exhibitum ſol- „ vit „. Carpitur vero, neque id immerito, ab A. C. CELSO (*d*), quod cum quæ utilia hic ſunt, recenſuiſſet, non item edocuerit, quando vel maxime ſingula illorum in uſum ducere oporteat: „ curare . . . oculos (inquit is) ſangui- „ nis detractione, medicamento, balneo, „ fotu, vino vetuſtiſſimus auctor HIP- „ POCRATES memoriæ prodidit; ſed

(*c*) Sect. 6. aphor. 31, et Sect. 7. aphor. 46.
(*d*) l. c. art. 1. p. m. 280.

„ eorum tempora et caufas parum expli-
„ cuit, in quibus medicinæ fumma eft „.
Hinc ipfe fingula ita digerit, ut quo potiffimum tempore unum quodque illorum fit adminiftrandum, intelligatur. Cumque V*æ* S*e*, cathartico, et abftinentia varioque topico pro re nata graviorem ophthalmiam per initia oppugnandam effe oftendiffet, fubdit demum (*e*): „ ubi
„ vero aliquis relevatus eft, jamque
„ curfus pituitæ conftitit, reliquias for-
„ taffe leviores futuras difcutiunt bal-
„ neum et vinum. Igitur lavari debet
„ leviter, ante ex oleo perfricatus, diu-
„ tiusque in cruribus et feminibus, mul-
„ taque calida aqua fovere oculos, dein-
„ de per caput prius calida tum egelida
„ perfundi; a balneo cavere, nequo fri-
„ gore afflatuve lædatur: poft hæc cibo
„ paulo pleniore quam ex operum con-
„ fvetudine uti; vitatis tamen omnibus
„ pituitam extenuantibus. Vinum bibe-
„ re lene, fubaufterum, modice vetus,
„ neque effufe neque timide, ut neque
„ cruditas ex eo et tamen fomnus fiat,
„ lenianturque intus latentia acria. Sed
„ fiquis in balneo fenfit majorem oculo-
„ rum

(*e*) Ibidem art. 8. p. m. 284. fqq.

„ rum perturbationem, quam attulerat
„ (quod incidere his ſolet, qui manen-
„ te adhuc pituitæ curſu feſtinarunt),
„ quam primum diſcedere debet; nihil
„ eo die vini aſſumere, cibi minus etiam
„ quam pridie: deinde cum primum ſa-
„ tis pituita ſubſtitit, iterum ad uſum
„ balnei redire. Solet tamen evenire
„ non nunquam ſive tempeſtatum vitio
„ ſive corporis, ut pluribus diebus ne-
„ que dolor neque inflammatio, et mini-
„ me pituitæ curſus, finiatur. Quod
„ ubi incidit, jamque ipſa vetuſtate res
„ matura eſt, ab his eisdem auxilium
„ petendum eſt, id eſt balneo ac vino;
„ hæc enim ut in recentibus malis aliena
„ ſunt, quia concitare ea poſſunt, et ac-
„ cendere, ſic in veteribus, quæ nullis aliis
„ auxiliis ceſſerunt, admodum efficacia
„ eſſe conſverunt: videlicet hic quo-
„ que, ut alibi, cum ſecunda vana fu-
„ erint, contrariis adjuvantibus. Sed
„ ante tonderi ad cutem convenit; de-
„ inde in balneo aqua calida quam pluri-
„ ma caput atque oculos fovere; tum
„ utrumque penicillo detergere, et un-
„ gere caput irino ungvento; contine-
„ reque in lectulo ſe, donec omnis calor,
„ qui conceptus eſt, finiatur, deſinat-
„ que ſudor, qui neceſſario in capite
„ collectus eſt. Tum ad idem cibi vi-

„ nique genus veniendum eſt ſic, uti
„ potiones meracæ ſint, obtegendumque
„ caput, et quieſcendum. Sæpe enim
„ poſt hæc gravis ſomnus, ſæpe ſudor,
„ ſæpe alvi dejectio pituitæ curſum fi-
„ nit. Si levatum eſt malum (quod ali-
„ quando ſerius fit), per plures dies
„ idem fieri oportet, donec ex toto ſa-
„ nitas reſtituatur. Si diebus eisdem
„ alvus nihil reddit; ducenda eſt, quo
„ magis ſuperiores partes leven-
„ tur „. Hæc CELSUS, cum quo J.
GORTER (*f*) eadem fere protulit:
„ vinum potum (ajens) ſuo ſtimulo ſpi-
„ rituoſo majorem facere circulationem
„ cum corporis incaleſcentia omnibus
„ notum eſt: talis ergo meri potio va-
„ let talem ſubigere et excutere doloris
„ cauſam; quæ ex minori circulatione
„ fuit nata; hæc enim materia a majore
„ circulatione agitata et ſubigitur et ex-
„ pellitur . . . Si ergo aliquis diu labo-
„ ravit oculis dolentibus ſine multa ru-
„ bedine, quorum oculorum palpebræ
„ lemis ſordeſcunt, ſimulque effluunt
„ humores acres frigidi catarrhoſi, his
„ imperanda eſt meri potio, quæ aucta

(*f*) Medicinæ HIPPOCR. L. 6. aphor. 31 No 2. p. 415.

„ circulatione ſolvit viſcoſum, et emen-
„ dat acre ſpontaneum catarrhoſum fri-
„ gidum „ &c. Videamus nunc experi-
entiam. GALENI (g) „ adoleſcens . . .
„ quod vicinus urbi non erat, oculo-
„ rum inflammationem pluribus jam die-
„ bus ruri paſſus fuerat. Hunc, quia in
„ eodem ſtatu perſeverabat, in urbem
„ profectum intuitus habere oculos
„ ſquallidos quidem, ſed valde tumidas
„ ac plenas ſanguine . . . venas, juſſit,
„ ut cum ſe lavaſſet, potu uteretur me-
„ raciori, et ita ſe ſomno traderet: quod
„ et factum eſt; ſomnus enim profundus
„ eum invaſit, et mane ſine dolore ſur-
„ rexit „. Perinde L. RIVERII (h)
„ ruſticus quinquagenarius ophthalmia
„ inveterata laborans ex Medici præſcri-
„ pto victu refrigerante et aquæ potu
„ longo tempore uſus fuerat ſine ullo
„ levamine. Tandem ab alio ruſtico
„ perſvaſus fuit, ut victum illum refri-
„ gerantem deſereret, et meri potui in-
„ dulgeret. Poſt aſſumptum primum
„ meri cyathum ſe oculis melius habere
„ ſenſit, et intra paucos dies eodem po-
„ tu continuato ab ophthalmia prorſus li-

(g) Comment. 31 in HIPPOCR. aphor. cit.
(h) Obſerv. med. Cent. 3. Obſ. 25.

„ beratus eſt. Idem aliis duobus contigiſſe mihi relatum eſt„ inquit Auctor. Ita etiam C. F. PAULLINI apud J. DOLAEUM (*i*) „ mulier 44 annorum a „ quadriennio inveterata et continua „ fere ophthalmia laborans tentarat va„ ria, ſed ſine levamine. Svaſit (Au„ ctor) . . . præmiſſo cathartico ob ca„ cochymiam, et Væ Se ob plethoram, „ meraci vini potum per aliquot heb„ domadas. Fecit, et convaluit „. P. BORELLUS (*k*) etiam „ tres nobiles viros „ novit antiquis oculorum doloribus et „ ruboribus adeo cruciatos, ut nulla re„ media intentata . . . relinquerent; ſed „ omnia ſine ullo fructu ſemper experti „ ſunt. Tandem aquæ potu abſtinentes, „ quo Medicorum quorundam conſilio „ utebantur, vini potu, imo meracioris, „ curati quaſi miraculoſe fuerunt „. Vino quoque poto, non aeri mutato, tribuenda eſt ophthalmiæ curatio in caſu V. RIEDLINI (*l*), quam ipſe cœlo mutato tribuit: nempe mercator quidam tam moleſtæ ophthalmiæ in pueritia obnoxius,

---

(*i*) Append. ad encyclop. med. Epiſt. II. §. 10. p. 71.

(*k*) Hiſt. et obſ. med. phyſ. Cent. 2. Obſ. 77.

(*l*) Curar. med. millenario No 561.

ut fonticulum geſtare debuerit, ubi in Italia aliquamdiu vixit, vino cereviſiæ in locum uſus, ab ægritudine illa ita evaſerat immunis, ut fonticulum quoque ſine noxa coaleſcere ſiverit. Aſt ex Italia in patriam reverſo, ut primum vini loco cereviſiam bibere cœpit, ophthalmia priſtina cum vehementia mox rediit, fonticulo denuo excitato ne hilum quidem jam opitulante. Haud ſecius profuit vini potus cum puero apud FORDYCE (*m*) tum GEACHII (*n*) ſuccenturioni. Contra ea „ PETRUS RAMUS „ Veromanduus, teſte ZUINGERO (*o*), „ Lutetiæ Pariſiorum literis operam dans „ ex immodicis vigiliis in ophthalmiam „ incidit. J. SYLVIUS ſummus alioquin „ Medicus ex HIPPOCRATIS aphoriſmo (*p*) . . . vino generoſiſſimo uti „ hominem juſſit; cujus hauſtu ita crevit malum, ut vix tandem multis remediis exſtingvi potuerit „. Ex hac itaque hiſtoria cum prioribus collata liquet, recte de vini uſu cum CELSUM tum GORTERUM ſenſiſſe, et magno

(*m*) Vide §. 48 No 3.
(*n*) Ibidem No 2.
(*o*) Theatr, vit, hum, Vol, 17. Lib. 3.
(*p*) l. c,

pere cavendum esse, ne importuno tempore hauriatur.

CAPUT IV.

CORTEX PERUVIANUS.

§. 48.

CORTEX *Peruvianus* etiam in ophthalmiæ curatione haud postremum obtinet locum, cujus usum exigunt haud pauca, in primis

1. *Reliquiæ morbi* cum visu debiliore, quas cum atonia vasorum oculi foveat, roborantibus ac præsertim cortice est auferenda. „ Egregie hic, in„ quit A. G. RICHTERUS (*q*), aliquan„ do cortex Peruvianus inflammationis „ reliquias dissipat, et debilem visum „ corroborat „ : quod ejus femina (*r*) inter alios est experta.

2. *Æger pallidus debilis*que, ita ut ophthalmia a laxa vasorum oculi debilitate aut recurset aut foveatur, quæ sublata hac debilitate ex toto decedere solet. Ita meminit F. GEACH (*s*) succen-

---

(*q*) l. c. Cap. 11. p. 115.
(*r*) Ibidem Cap. 12. Obs. 6. p. 139 sqq.
(*s*) Medic. u. chir. Wahrnehm. p. 13.

turionis habitu corporis debili, quem ſanguinis miſſiones atque cathartica plus etiam exhauſere, Auguſto A. 1760 vehementi correpti ophthalmia humida tam acri, ut humor effluens omnia, quæ attigit, eroſerit. Dolor, qui ſubinde repente atrociſſimis puncturis caput pervadebat, ad inſaniam pene hominem ſævitie ſua adegerat. Æger carne laxa ac pallida præditus pulſum habuit debilem celeremque, et palpitationes cum anxietate perpetiebatur; urinas reddebat claras ac limpidas, et mane quovis ſudores experiebatur. Oculos lucis impatientes palpebræ clauſerant, nullo fere conatu attollendæ; quæ ſi vi diductæ lucem admiſere, intolerabilem illa continuo dolorem cauſavit. Cum morbus a fibrarum laxitate cum inſigni humorum acrimonia profectus eſſe videretur, juſſus eſt æger aere inſalubri ſui conclavis, cui ſe æquo magis incluſerat, relicto, in liberum egredi aerem: cibi dabantur facile digerendi, potuique conceſſum vinum lymphatum. Pauca tantum attenuantia remedia dare viſum, prorſus vero nullæ evacuationes validiores inſtitutæ. Utebatur autem 6a vel 8a quaque hora ℥ cort. Peruv. ℈j cum ℥ Valer. gr. v ex TRa roſarum, et ante ſomnum ſyrupo e meconio. Alvi obſtructioni ſale cum

manna obviabatur. Nuchæ veſicans appoſitum, et cum æſtas eſſet, nullus apud eum ignis excitabatur. Atque hacce medendi methodo æger celeriter convaluit.

3. *Scrophuloſa diathiſis.* Complures obſervationes præ manibus habentur ophthalmiarum ſcrophuloſarum (quæ a vaſorum laxa debilitate cum humorum lentore peculiari hacce in diathiſi oriuntur) cortice Peruviano, intercalatis præſertim remediis lentorem corrigentibus, percuratarum. Sic apud J. FORDYCE (*t*) puer 5 annorum ſcrophuloſa ophthalmia plures hebdomadas durante et duo ulcera ſiniſtræ corneæ cauſante laborans, fruſtra facta Væ Se˙, et veſicante admoto, iterataque catharſi, tandem ſetone trans nucham trajecto poſt aliquot hebdomadas convaluit: ut proinde ulcera cum veſicante tum ſetone excitata ſenſim ſiccare licuerit; facto tamen in brachio fonticulo, ne recidiva contingeret. Verum biennio poſt media hyeme morbus lævo in oculo recruduit, multisque eluſis remediis oculum opacavit, cujus in cornea ex adverſo pupillæ ulcus

(*t*) Medic. Bemerk. u. Unterſuch. der Aerzte von London 1 Band No 17. 5 Fall p. 174. ſqq.

mediocris turundæ capax poſt trimeſtre eſt repertum, oculo ne minimæ quidem lucis patiente. Setaceum nuchæ denuo inditum etſi per menſem ubertim flueret, oculum nullatenus emendavit. Idcirco cortex Peruvianus bis quotidie exhibitus, et poſt quamlibet ejus doſin cochl. j vini rubri Calenſis (Portwein) porrectum, cujus alias quoque interdiu unum alterumve cochlear ſumendum datum. Intra 3 hebdomades æger abſumpſit corticis ℥ ij. Externe toto tempore nil niſi aqua ophthalmica Edinburgenſis adhibita. Ab his ulcus cicatricem duxit, ophthalmia intra menſem prorſus deceſſit, puerque inde optime valuit. Eundem quoque a cortice effectum tribus in ægris J. FOTHERGILL (u) obſervavit. Puellus 12 vel 14 menſium labiis admodum tumidis, colloque ſcrophulis obſito, et aliis cachexiæ ſcrophuloſæ indiciis præditus oculorum quoque inflammatione cœcitatem minante laborabat cum tanto palpebrarum tumore ac ſenſilitate, ut multo cum conatu vel uno in oculo diduci ſe ſe paterentur. Huic ter quotidie datum cochl. j decocti corticis Peruviani cum balſami polychreſti gtt. vj vel x

(u) Ibidem No 25. p. 278. ſqq.

vel quot ſatis erant ad alvum ſemel movendam, ſiquidem puero difficilis alvus a natura obtigerit. Pro nutrimento tenue jus carnium teneræque carnes conceſſæ, vetita multa vegetabili diæta. Intra 14 dies oculi lucem tulere, et poſt menſem puer prorſus convaluit. Non multo inde poſt puer alius ad 7 annos habens, tenui macroque corpore, facie pallida ac lurida, et paſſim humido quodam exanthemate totum jam tegente mentum obſeſſa, palpebras perquam tumidas habuit, oculosque nec minimæ lucis patientes. Data illi quoque ter in dies decocti corticis Peruv. cochl. jß, et alternis noctibus pilula e ☿ii dulc. gr. j cum conſerva roſarum. Poſt 10 dies oculis puer jam plus valebat, et facies ab exanthemate aliquatenus purior viſebatur. Cum autem illo jam tempore frigus appeteret, ſpatio menſis nil niſi decocti uſus eſt imperatus; a quo valetudo multo, quam anno priore, melior ei obtigit: nam oculi lucem omnem ferebant, diſparuit exanthema, glandulæque colli minores ac molliores evaſere. At dum vere inſequenti oculi iterum imbecilli facti dolerent, aliaque priſtini mali repullularent ſymptomata, priora denuo remedia cum eodem ſucceſſu ſunt uſurpata. Ad præcavendam vero ulteriorem

recidivam consilium est datum, ut anni totius quolibet trimestri per 10. 14 dies æger quotidie decocto corticis ac pilulis ☿ libus uteretur. Quo facto puer 4 annis a morbo hoc mansit immunis, demumque ex variolis malignis epidemicis obiit. Perinde infans anniculus dolentissima ophthalmia induratisque glandulis laborans eadem hac medendi methodo sanitati est redditus.

4. *Febris intermittens* vel juncta ophthalmiæ vel sub hujus habitu delitescens (dum nempe ophthalmia statis periodis revertitur). Ophthalmiæ cum febre quotidiana intermittente complicatæ exemplum in se ipso præbuit Cl. OEHME (*x*) testimonio medicorum Vratislaviensium, qui „ ophthalmia (ajunt) ipsi habitualis „ est, per intervalla rediens, iterumque „ recedens, nunc in hoc nunc in illo „ oculo, antea quidem dextro frequen- „ tius, nunc sinistro. Hoc anno (1699) „ per integrum Augustum et Septem- „ brem maxime ipsum cum aliis afflixit „ febre stipata inflammatoria quotidie „ sub vesperam recurrente. Præter ru- „ borem, dolorem, et tumorem oculi „ tanta simul lippitudo et copiosior lym-

(*x*) Histor. morbor. Vratisl. p. m. 60. sqq.

„ phæ effluxus e narium ſiniſtra oculo
„ affecto vicina effundebatur, ita ut
„ per metaſtaſin quaſi omne ſerum per
„ vias has effluere videretur, quod
„ alibi nempe in inteſtinis et renibus
„ adeo deficiebat, ut æque ac in hydro-
„ pe, ubi propter eandem ſeri ῥοπὴν et
„ alvus et urinæ excretio parca eſt, utra-
„ que harum excretionum ad ſtuporem
„ uſque retardaretur. Alio tempore
„ oculi ejus inflammati collyria cujus-
„ cunque generis perferre poterant tam
„ calida quam frigida &c. Hoc anno
„ nullum plane perferebant, maxime fri-
„ gida, et quibus miſti ♁es, ſola humi-
„ da ſine ♁e, v. g. ex decocto cort.
„ granator. c. croci orient. pauca quan-
„ titate calide applicata unice tolerare
„ poterat, ex quibus etiam levamen ſen-
„ ſit. Ex internis cum ab aliquot jam
„ annis omnia remedia vinoſa v. g. eſſen-
„ tiæ c. Ωbus ardentibus factæ, item ſa-
„ lia volatilia propter orgaſmum ſangui-
„ nis, quem excitant, ipſi nocuiſſent,
„ eorum nullo uſus eſt, quocunque etiam
„ nomine remedii ſpecifici aut depurato-
„ rii ſuperbiret, nec reliqua etiam ſicca,
„ quæ quodammodo maſſam ſanguineam
„ calefacere, ut diaphoretica, aut fun-
„ dere, ut cinnabarina, poſſunt, adhi-
„ buit, exceptis ſolis lapillis cancrinis,

„ qui interdum ſine damno capiebantur.
„ Cortex Chinæ, quo in aliis febrium
„ generibus cum ſucceſſu multiplici in
„ corpore ſuo uſus fuerat, in febre fu-
„ ganda quidem virtute ſua non deſtitu-
„ ebatur, aſt cum inflammationis au-
„ gmento, quod plus una vice exper-
„ tus, ita ut ſi febrim per aliquot dies
„ mitigare vellet, electuario Chinato
„ uteretur, ſi ruborem et ardorem com-
„ peſcere, ab eodem deſiſteret. Inter
„ univerſalia neque purgantia neque de-
„ cocta lignorum aliquid illi conferebant,
„ imo malum exaſperabant, ita ut per
„ integrum paroxyſmi tempus omni fere
„ remedio tam interno quam externo
„ carere cogeretur, ſola diæta tenuiori,
„ imo ſimpliciſſima contentus. Ex ex-
„ ternis veſicantia tamen experiri pla-
„ cebat, circa quorum applicandi locum
„ curioſum quid ſuo damno obſervavit.
„ Applicabat eadem circa aurem ſini-
„ ſtram in loco, oculo affecto (ſecun-
„ dum Autorum & Collegarum, qui
„ ipſum viſitabant, conſenſum imo præ-
„ ſcriptum) vicino; ex qua re duplex
„ damnum percipiebat: 1) quam primum
„ cantharides (quod intra 5 horas factum
„ fuerat) virtutem ſuam exſeruiſſent,
„ ſaporem in ore ſentire ſibi videba-
„ tur Xibetho analogum, qui quamdiu

„ veſicatoria eodem in loco relinqueban-
„ tur, perdurabat, et cuivis alimento-
„ rum et potulentorum generi ſe ſe mi-
„ ſcebat, ut nauſeam exinde caperet;
„ 2) dolor in dies imo horas ſingulas
„ veſicis humorem plorantibus exacer-
„ babatur; et lippitudo adeo augebatur,
„ ut ſingulis momentis oculus aquam ſtil-
„ laret. Quo duplici incommodo per-
„ motus veſicantia poſt triduum ex eo-
„ dem loco in remotiorem et quidem
„ pedem ſiniſtrum transferebat; ex quo
„ duplex iterum enaſcebatur obſervatio:
„ 1) quod intra nyćthemeri ſpatium
„ veſica emplaſtro etiam fortiſſimo vix
„ excitari potuerit propter ſerum ad
„ ſuperiora verſum; 2) quod quam pri-
„ mum veſicæ in pede ſtillare incipie-
„ bant (quod parcius tamen contingebat
„ propter eundem ſeri defećtum); in
„ momento quaſi dolor oculi remitteret„.
Ex hac ſingulari prorſus et oppido rara obſervatione cum complura ſint, quæ utiliter eruas, tum illud in primis notatu dignum eſt, quod ad febrem quotidianam intermittentem cortice Peruviano tantummodo mitigandam pertinet. Simile quid etiam H. SLOAN (y) ſua in præ-

(y) Aćt. nat. cur. Vol. 10. append. No 7. p. 290.

xi obſervavit: „ dum vero (ait ille) in
„ curandis oculorum morbis occuparer,
„ ſæpe miratus ſum, curationis ſucceſ-
„ ſum non reſpondiſſe votis; progre-
„ diente autem tempore deprehendi cau-
„ ſam ſubeſſe febrem intermittentem:
„ quoties enim paroxyſmus aderat, to-
„ ties pejus evenit oculis, quorum affe-
„ ctus magis reddebatur refractarius.
„ Quam primum vero illa curata eſſet
„ . . . cortice . . . Peruviano, etiam
„ oculorum curatio ex ſententia ſucceſ-
„ ſit „. At multo etiam hic efficacior,
imo unicum pene remedium eſt cortex
Peruvianus, dum febris intermittens lar-
vata ophthalmiam periodice recurrentem
mentitur; cujus rei haud pauca exſtant
exempla. PACCHIONUS apud F. TORTI (z) meminit Cardinalis, in quo periodica ophthalmia perquam dolorifica
et epilepſiam proxime minitans cortice
Peruviano fuit profligata. F. GEACH (a)
caſum refert viri 40 annorum toto corpore conſumpti, qui menſe Martio 1762
utroque in oculo pungentem ſenſit dolorem, cui paulo poſt vehemens ſupervenit inflammatio et æſtus capitis cum pul-

---

(z) Therap. ſpecial. L. 5. C. 6. p. m. 426.
(a) l. c. p. 15. ſq.

ſu celeri tremuloque. Ocyus detractæ ℥ x vel xij ſanguinis cruſtam phlogiſticam formantis, datumque catharticum ex elect. lenitiv. ℥j in infuſi fol. ſennæ ℥ij. Lectum petere juſſo multum ſeri lactis tamarindinati cum crem. ♀ri hauriendum porrectum. Dolore nil remittente poſt biduum Væ So et catharſis iterabantur, veſperique data pro ſedando dolore diacodii ℥j. Raſum caput oculique decocto capitum papav. foti, nec non cataplaſma e mica panis cum lacte adhibitum. Ab his pulſus quidem emendabatur, at dolor vehemens identidem recurrebat. Ob fluxum ſeri ex oculis uberrimum veſicans nuchæ admotum: interne pro ſero lactis data TRæ corticis alexipharmaca ſale acuata, potuique conceſſum vinum Calenſe (Portwein) lymphatum cum ſucco aurantiorum Sevillienſium; atque in uſu cathārticorum et anodynorum pergebatur. Morbus ab his febri intermittenti evaſit ſimilis. Idcirco in acceſſionum intervallis datum decoctum corticis Peruviani, ac poſtea infuſum ſaſſafras: atque ſic æger plane convaluit. J. JANIN (*b*) perquam rarum hypopion periodicum taraxi junctum

(*b*) l. c. p. 360. ſqq.

junctum obſervavit, ſolo cortice Peruviano profligandum. Nempe cerdo quidam temperamenti cachectici jam ab anno fere primis cujusvis menſis 14 diebus viſu privabatur ob materiam flaveſcentem in antica utriusque oculi camera collectam uſque adeo ſpiſſam, ut trans illam nec pupillæ ſtatus nec iridis color viſeretur. Adnata leviſſime ac ſine ullo dolore oculi rubebat. Initio Martii 1757 conſilium petenti 4° quoque die catharticum datum, ſæpiusque per diem oculis ſequens collyrium adhibitum:

℞. Vini albi generoſi ℔j
Croci metallor.
Aloes ſuccotr.
Tutiæ ppt. aa ℥j. Indita lagenæ probe obturatæ, et $\frac{1}{4}$ horæ agitata ſtent 2 menſes in ſole identidem agitanda. Poſtmodo D. U. ita, ut quotidie mane, meridie, ac veſperi gtt. ij. iij. oculi cantho majori immittantur, palpebræque alternis vicibus aperiantur et claudantur (capite occipiti inſiſtente), ut liquor per totam oculi ſuperficiem æquabiliter diffluat. Quod cum adverſus ophthalmias, palpebrarum infarctus, corneæque maculas et ulcera alias admodum ſit efficax remedium; hic tamen fruſtra fuit, oculis non niſi die 15° (ut alias nempe ſponte fiebat) clareſcenti-

bus. Quo facto æger ocyus omnibus valedixit remediis. Die 1a Aprilis rediit denuo malum cum iisdem ac nuper phænomenis. Idcirco, efficaciori collyrio adhibito, 3o quoque die dabatur hydragogum, et pone utramque aurem vesicans admotum est; sicque evenit, ut accessio hæc non nisi octiduum durarit: unde sanatum se ratus æger, omnia denuo seposuit remedia. Die 1a Maji repetiit morbus, et præter morem ultra diem 22am excurrit, quem æger brevis durationis futurum autumans initio neglexit. Opem itaque tertium petenti continuo setaceum in nucha trajectum et 4 menses in fluxu servatum, intereaque et posterius collyrium adhibitum, et mane quovis stomacho jejuno bolus e ℥ cort. Peruv. gr. xxxvj cum syr. de cichor. c. rheo s. q. oblatus. Qua medendi methodo malum sublatum, et usque ad A. 1761, post quem æger ab Auctore non amplius visus est, constanti sanitate homo gavisus est. NIL ROSENSTEIN (c) matronæ meminit, cujus oculos dolor insignis cum rubore alternis diebus stato tempore affligebat,

(c) Anweisung zur Kenntniss u. Cur der Kinderkrankheiten 21 Cap. §. 7. p. m. 415.

nullis remediis præterquam cortice Peruviano abigendus. Perinde N. RIGLER(*d*) „ periodice recurrentem ophthalmiam „ menſe Februario 1779 purgatis primis viis curavit corticis Peruviani ℥j „ in D. SCHROE „. Ejusdemmodine fuit „ ophthalmia febricoſa (ſeu) dolor „ atrox periodicus cum lacrymatione, „ vel potius febris quotidiana, ut vidit „ et curavit feliciter kinkina „ J. B. M. SAGAR (*e*) ?

CAPUT V.

M E R C U R I U S.

§. 49.

MERCURIUS quoque vario fine in curatione ophthalmiæ uſurpatur, indicantque ejus uſum

1. *Cathartica*, queis additus, dum humores potenter fundit, hydragogam illorum vim egregie auget, ut ſuperius (*f*) vidimus.

(*d*) Conſtit. epidem. A. 1775. ſqq. append. caſu 3. p. 136.

(*e*) Syſtem. morbor. ſympt. Cl. 4. O. 2. S. 14. No 22. p. 236.

(*f*) Vide §. 41 No 1.

2. *Lentor humorum* admodum pertinax, et nullis ſæpe aliis frangendus remediis, qualis in primis in ſcrophuloſa cachexia obtinet. Hinc FOTHERGILL (*g*) utiliſſime corticis Peruviani uſui ☿ um dulcem in uno ſuorum ægrorum conjunxerat. F. HOFFMANNI (*h*)
„ juvenis literarum ſtudia intemperantius
„ tractans indulſerat a longo tempore ni-
„ mium lucubrationibus, et inde ſibi in-
„ ſignem contraxerat viſus debilitatem.
„ Poſt annum invaſit oculos dolor gra-
„ vativus preſſorius non ſine ardore adeo,
„ ut nec lumen aſpicere, nec citra mo-
„ leſtiam legere poſſet, ſed ſtatim lar-
„ guin oculorum ſtillicidium experiretur.
„ Medici ſvaſerunt purgantia, tabaci fu-
„ mum, oculi cum balſamo Peruviano
„ inunctionem externam, nec non fon-
„ ticulum in nucha; fruſtra tamen: quin
„ licet purgantia poſtea fortiora, deco-
„ cta ſanguinem purificantia, Væ Sem in
„ pede, pediluvia cum accurato in diæta
„ et victu regimine adhiberent, nihil
„ tamen aliud omnibus effectum, quam
„ ut ventriculus debilitaretur inſigniter.
„ Alii de ſcarificatione adminiſtranda,

(*g*) Vide §. 48. No 3.
(*h*) l. c. obſ. 4.

„ fonticulo brachio inurendo, et pingue-
„ dine viperarum instillanda oculo de-
„ derunt consilium, sed eodem frustra-
„ neo effectu. Adiit etiam æger Pyr-
„ montanas acidulas, quibus labes et
„ infirmitas oculi adaucta, et nube-
„ culæ visui oblatæ, ut cataractæ
„ plane metus esset. Pariter in va-
„ num laboravit Medicus, qui decoctis
„ sanguinem purificantibus, vesicatoriis,
„ sternutatoriis, variisque collyriis per-
„ tinax malum abigere molitus est. Tan-
„ dem vero solo usu pilularum ☿lium
„ cum gummatibus et extractis balsami-
„ cis amaris, item infuso theiformi ex
„ sem. fœniculi cum anatica lactis par-
„ te, nec non externo cataplasmate ex
„ mica panis similaginei cum cremore
„ lactis, croco et floribus sambuci alla-
„ tum misero levamen, dolor pressorius
„ discessit; remansit vero quædam visus
„ imbecillitas „. HEISTERUS quoque
bis ☿io ad ptyalismum usque dato perti-
nacem profligavit ophthalmiam, ac pri-
mum quidem in Comite podagrico (*i*),
alias vero (*k*) in juvene 20 annorum, qui

(*i*) l. c. 1 Band No 643.
(*k*) Ibidem 2 Band No 201.

jam inde a pueritia post variolas usque huc, præter auditum difficilem, ophthalmia cum maculis corneæ perpetuaque palpebrarum conglutinatione ad plurima remedia contumaci laborabat. Opem poscenti data sequentia:

℞. M. P. polychrest. nostr. ʒj
Ess. lignor. q. s. M. F. pil. N° 28.
consp. cinnab. D. pro dosi ad alvum movendam.

℞. Rad. sarsapar. ℥ß
Herb. euphras. M. ij
—— veronicæ M. ß
Flor. rosmar. p. ij.
Ras. lign. sassafr. ℥j. M. c. gr. m.
D. pro infuso bis quotidie bibendo.

℞. Trag. ophthalm. nostr. ℥jv. S. m. et v. hora 5ª cochl. j. caffeaceum cum præcedenti infuso.

℞. ▽æ fœniculi
— valerian. aa ℥ij
🜍 camphor. ʒij
Sacch. ♄ni gr. jv.
☿ii dulc. subtil. ppt. gr. ij. M.
D. pro oculis sæpius eluendis.

℞. Ungv. nigr. nostr. ℥iij. D. pro litu metatarsorum m. et v. instituendo. Porro 3° quoque die pediluvium imperatum tepidum e furfuribus, cinerib. ac rosmar. aa M. j. Ab horum usu æger melius habere cœpit, rubor disparebat,

dexter oculus nullatenus jam, ſiniſter vero non niſi parumper adhuc conglutinabatur, amboque magis jam lucem ferebant, continuatisque remediis ingruit ſalivatio ſine ulla moleſtia, qua conquieſcente diſparuit quoque omnis rubor, pituita palpebrarum, corneæ maculæ minores evaſere, viſusque tam clarus, qualis nunquam ante, obtentus. Sub finem 6æ hebdomadæ pro auditu quoque emendando roganti remedium datum ſequens:

℞. Eſſ. ſuccin. ʒjß

— caſtor. ʒj.

Ol. ſtill. cham. ℈ß

— — lavend. gtt. vj. M. D. ut gtt. ij goſſypio exceptas tepide m. et v. indat in aures. Unde etiam auditu emendato juvenis domum reverſus eſt. Haud ſecius „ ſalivationem inunctione ☿li tentatam in pertinacioribus oculorum inflammationibus efficacem deprehendit „ D. SCHACHT Acad. Leydenſis P. P. „ et noſocomii medicus „ teſte C. F. PAULLINI (*l*), tametſi nulla hic ſalivatione ſit opus. Neque minus ☿libus remediis hic defert J. WARNER (*m*),

(*l*) De nuce moſchata Sect. 2. Part. I. membr. 2. Cap. I. §. 7. p. 260.

(*m*) A Deſcript. of the hum. Eye &c.

qui poſt ſanguinem miſſum præter vulgaria antiphlogiſtica illis quoque uti ſvadet aut ſolis, aut ſi nimisquam alvus inde flueret, cum ſem. papav. miſtis. Remittente demum inflammatione interne corticem Peruv. externe vero adſtringentia remedia tuto utiliterque adminiſtrari ait. Præſertim vero ☿lia in ophthalmia ſcrophuloſa a celebrioribus ophthalmiatris commendantur; quippe quæ ipſam diathiſin ſcrophuloſam abolendo ejus quoque effectus tollant. S. YVES (*n*) iis in primis per multum hic tribuit, qui præter alia præſidia huc facientia vel maxime mineralem æthiopem et decoctum ſanguinem depurans dandum conſulit, videlicet

℞. Rad. lapath. ſilv.
—— chinæ aa ℥j. conciſ. minut. coq. in
▽æ menſur. v ad remanent. menſ. ijß, ſub finem adde
Paſſular. M. j.
Liquirit. q. ſ. Colat. D. U.

Bibat æger quotidie menſuras iij, unam a meridie, duas mane, per integrum menſem. Eodem tempore per triduum ſemper ſumat quotidie æthiopis mineralis gr. 30, die 4° hydragogum tempera-

(*n*) l. c. Cap. 6. art. 2. §. 6. p. m. 193. ſq.

mento, ætati, morbique magnitudini par; dein per 4 dies nihil ex æthiope detur, his vero præterlapſis eodem ordine æthiops et hydragogum ad plenam uſque ſanitatem in uſum vocentur. Poteſt etiam doſis æthiopis pro re nata pedetentim uſque ad ℈j augeri; parva enim doſis parum opis affert. Hoc eodem in malo J. JANIN (*o*) bina ſequentia commendat remedia:

℞. Æthiopis miner. tritur. parati ℈jß
Panaceæ ☿ lis ℈j.
Syr. domeſt. q. ſ. F. pil. gr. ij. S. m. et v. N° jv ſuperbibendo juſculum, idque ad ſanationem uſque, 4° quoque die interpolato hydragogo. Vel

℞. Cort. Peruv. ſelectiſs. ℥j
Æthiop. min. trit. parati ʒij
☿ ii dulc. ℈j. M. F. ♁ ſubtilis, adde
Extr. aloes ℈iij
Syrup. cichor. q. ſ. F. Opiata.

Doſis pro adulto gr. 30 pro infantibus gr. 12 in forma boli vel pilulari; uſus autem diuturnus ſit, oportet, uti et diæta conveniens, multusque motus muſcularis, et 5° quoque die hydragogum interpolandum eſt. C. BISSET (*p*) perinde te-

---

(*o*) l. c. p. 402. 405 No 26. 29.
(*p*) Verſ. u. Bemerk. in der Arzney u. Wundarzn, No 10 p, 105.

ſtatur ſe æthiope minerali in quibusdam contumacibus caſibus evidenti cum fructu fuiſſe uſum, cui interdum aliquid cinnabaris ♁ ii cum granis aliquot nitri adjecerat.

3. *Syphilis* præſens, quæ ſi ophthalmiam cauſat, unicum adverſus eam remedium eſſe ☿ um cum W. ROWLEY (*q*) tum omnes etiam alii fatentur, adeo ut uſu illius plena quoque cœcitas ab opacata cornea oborta haud raro percuretur. Sic „ catarrhali diuturna et contumaci „ ophthalmia cum fluxu oculorum perpe„ tuo . . . laborabat, narrante H. HEIN„ RICI (*r*), puella 4 annorum a binis an„ nis et ultra adeo, ut ab uno anno ape„ rire non potuerit oculos, acre erodens „ ſerum ſemper, ſanguinem vero ſincerum „ tunc plorantes, ſi vi deducerentur pal„ pebræ. Mitigato multis remediis ma„ lo ſuccinata adhibita puſtulas quasdam „ protruſerant, quas ob ſimilitudinem et „ juſtam ſuſpicionem impuro ſanguine „ natam eam eſſe pro venereis habui; „ dedique propterea ☿ um dulcem cum

(*q*) l. c.
(*r*) Tela ex pharetra APOLLINIS a ☿io in ſui ſecuritatem ſubducta §. 12. p. 27.

„ laxantibus cavendo ptyalifmum, quem
„ faliva fæpe fatis copiofe confluens in
„ os minitabatur. Sub et ab illis fana-
„ batur puella intra 3 vel 4 feptimanas
„ tum ab impuritate venerea tum ab oph-
„ thalmia ifta, prioribus remediis qua-
„ dantenus faltem mitigata. Brevi poft
„ alia mihi obveniebat 15 præter pro-
„ pter (annor.) puella, quæ graviffima
„ quoque ophthalmia cum epiphora per
„ 9 annos laboraverat, plurium medico-
„ rum confvetas methodos et medicatio-
„ nes fruftra experta. Placuit tentare
„ ☿lia; dedi dulcem cum M. P. de fuc-
„ cino CRATONIS et ftimulo quodam
„ purgante; quo tamen ptyalifmum
„ prorumpentem ægre, nec nifi inter-
„ polando ufum pilularum, prohibere
„ licebat. Succeffit tamen experimen-
„ tum tam feliciter, ut intra 3 hebdo-
„ madas curata ophthalmia per 10 hos
„ annos (licet quinquennium abhinc de-
„ mum proruperint menfes) nullo ne le-
„ viffimo quidem oculorum, nec etiam
„ ullo alio capitis malo, laboraverit „.
J. F. BREYER (s) ejusdem commatis ca-

(s) Diff. de ophthalm. venerea (4° Tubing. 1734. Præf. A. CAMERARIO) C. 2. §. 15. in HALLERI difp. med. pr. T. I, No 19. p. 299.

ſum obſervavit in juvene ruricola, cui poſt gonorrhœam virulentam adſtringentibus repreſſam lapſo inde biennio variæ puſtulæ venereæ circa frontem emerſere cum inſigni cephalalgia, maxime circa occiput, et ophthalmia. Mala hæc cum nocte exacerbata ſub ortum ſolis ita ſemper denuo miteſcebant, vix ut ullus in oculis tumor ac rubor viſeretur. Tandem uſu ☿ii ſub congruo regimine homo prorſus convaluit. Ut ut autem litus externi neutiquam hujus loci ſint; nihilominus ob affinitatem rei duo huc adjicere viſum eſt exempla ophthalmiæ venereæ ☿ii unctione profligatæ. „ Quidam, inquit ZACUTUS (*t*) im-„ mania oculorum tormenta per annum „ integrum expertus veluti deſperatus a „ remediis abſtinebat. Huic veluti cœ-„ co conjunctiva tunica cum ardore, ru-„ bedine, pruritu, palpebrarum aſperi-„ tate, puriſque copia per canthos aſſi-„ due emiſſa, erat inflammata valde. „ Hic plurima jam tentaverat auxilia, „ purgationes, phlebotomiam, fomenta, „ balnea, collyria tum ſicca tum humi-„ da, cauterium in nucha, hirudinum „ ſuper arterias temporales impoſitio-

(*t*) Prax. med. admir. Lib. I. Obſ. 54.

„ nem. Demum nihil non tentatum.
„ . . . Cœpi cunctantius perscrutari,
„ num esset aliquando passus morbum
„ Gallicum, aut cum fœda obscœnaque
„ femina concubuisset? Omnia negat;
„ unum solum confessus, se per noctem
„ in lecto hujus contagiosi morbi suspi-
„ cione non carente decubuisse. Hoc
„ audito . . . sudores decocto smilacis
„ asperæ moliendos censeo . . . His die-
„ bus 20, attamen citra fructum, usus
„ est. Quamobrem licet in superis par-
„ tibus premeret affectio, et timor es-
„ set, ne vacuato humore per os ☿ii vi
„ fluxio irrueret in oculos, et ingrave-
„ sceret amplius affectus; tamen cum es-
„ set diuturnus, et confluentis humoris
„ impetus sedatus, unguenta ☿lia, cor-
„ pore præsertim exquisitissime expurga-
„ to, applicanda censui. His admotis
„ dierum 7 curriculo post copiosam spu-
„ ti vacuationem dolores mitescunt, e-
„ vanuit inflammatio, mitigatus pruri-
„ tus, qui antea percipiebatur in pal-
„ pebris cum acrimonia multa, et sic
„ relicto solum in brachio lævo fonticu-
„ lo, . . . et servato victu pristinam
„ recuperavit sanitatem „. Litu perin-
de mercuriali, at citra salivationem, oph-
thalmiam veneream M. A. WEIKAR-

DUS (*u*) percuravit, videlicet homo quidam ex impuro coitu osculisque ad oculos, præsertim sinistrum, datis præter gonorrhœam ac bubones etiam ophthalmiam utriusque oculi nactus est, sinistro in primis admodum dolente, ejusdemque inflammatione, quæ in dextro brevi disparuit, diu adhuc superstite cum vehementi dolore et opacatione, et cum tuberculis aliquot in interna superioris palpebræ superficie inflammatis; quæ sub quovis oculi motu dolorem multum augebant. Post consveta primum adhibita remedia (hirudines subtus oculo, cathartica, vesicantia, collyria emollientia et adstringentia), demum unguenti ☿ lis aliquid singulis vicibus illinebatur partibus oculo vicinis, imposito desuper cataplasmate cum aqua GOULARDI. Ophthalmia inde juxta ac tubercula aliud ex alio evanuere, levi tantum e regione pupillæ superstite pterygio, licet inflammatio paucis durarit diebus; verum et hoc brevi dissipatum est. Interne pari cum successu remedia contra gonorrhœam data. Mirum autem! ophthalmia decrescente artuum dolores cum rubore fuisse obortos.

(*u*) Vermischte medic. Schriften 3 Stück p. 47. sq.

§. 50.

Salivatio autem cum hisce in casibus nequaquam sit necessaria, tum præ primis vitanda est etiam, dum inflammatio nimis adhuc viget, aliasque exigit vacuationes revulsorias, vel ubi vires ægri tantopere jam exhaustæ sunt, ut ptyalismus tabem accelerare posset, vel ubi aliud quid magnopere obstat. Atque ita accipiendum est, quod Vratislavienses (*x*) observarunt: „ non nulli (ajunt illi) in „ pertinaciori ophthalmia ad salivatio„ nem confugiunt: quod in nobili femi„ na ante aliquot annos fecit D. TRAL„ LES: verum in tantam ex hac cura „ oculi inflammationem mulier illa inci„ dit, ut cœcitatis periculum ægerrime „ potuerit declinare. Juvenem ex con„ tagio venereo ophthalmia laborantem „ salivatione ☿ libus excitata occœcatum „ meminit D. PAULI „. Meminit quoque F. GEACH (*y*) viri 35 annorum, diu luem veneream perpessi, ac demum rebellem ophthalmiam nacti. In nosocomium receptus dolores faucium insuper patiebatur; licet ulcera nul-

(*x*) Histor. morbor. Vratisl. p. m. 63.
(*y*) l. c. p. 20. sqq.

la viſerentur, tonſillæ tamen inflammatæ fuerunt, et uvula ex toto laxa: circa anum ficus reperti, et puſtulæ ſquammoſæ ſuperius inferiusque in femoribus. Tentatus in ipſo litus ☿lis pro ptyaliſmo; at fruſtra, debili vi vitæ effectum impediente: ut proinde abſiſtendum fuerit, ne atrophia ſequeretur. Cum itaque viribus prius proſpiciendum fuerit, datæ quotidie per 14 dies decocti ſaſſaparillæ et lactis aa ℔ ij hauriendæ oculos multum emendarunt, ægerque habitum aliquatenus recuperavit; ficus quidem manſere, ſed ſine humoris ullius exſudatione. Per 14 dies quolibet veſpere dabatur ☿ii calcinati gr. j. Ficubus nulla cauſtica applicata; quod ſpes eſſet, morbum remediis internis, ad quorum uſum remittebat, debellatum iri. Et vero ficus hactenus rubelli jam palleſcere atque inſtar foliorum roſarum flacceſcere et corrugari citra dolorem vel humoris proventum, contractioresque fieri cœperunt: puſtulæ paſſim per corpus enatæ decedebant, relictis tantum poſt ſe maculis flammeis. Quare doſis ☿ii calcinati pedetentim augebatur ſub continuato lactis et decocti ſaſſaparillæ uſu, quod in ore dolores æger ſentiret. Poſt 2 menſes oculi ſani fuere, homoque mire in melius proficiebat.

CAPUT VI.

OPIUM.

§. 51.

OPIUM in ophthalmiæ curatione etsi sæpenumero perquam sit necessarium, tamen palliativum est tantummodo remedium, videlicet ad vehementiam dolorum compescendam; nisi forte congestio sanguinis a spasmis capiti subjectarum partium, in primis viscerum abdominalium, in oculos foveatur: tunc enim vero hisce sopitis etiam ophthalmia decedit. „ Nota, „ inquit T. SYDENHAM (z), quod sæpe „ accidit, quod Væ Se et catharsi ut„ cunque repetitis ophthalmia non cedit: „ hoc in casu paregoricum ex syr. de „ mecon. ℥j singulis noctibus exhibitum „ curationem sine aliorum suppetiis ab„ solvit „. Verum sollicite cavendum est, ne ante debitas vacuationes factas præbeatur; locus enim ei non alias est, quam ubi post ubertim detractum sanguinem, alvumque motam dolor nullatenus conquiescit, ad quem tum sedandum opium præbere convenit. Hoc enim tempore

(z) Procefs. integr. in morbis tit. *ophthalmia.* Opp. p. m. 508.

„ ſummum arcanum eſt, inquit BOER-
„ HAAVIUS (*a*), ut veſperi detur gr. j
„ opii, ſi homo robuſtus eſt, vel ſy-
„ rupi de meconio ℥j, vel ſi ægrotus
„ debilior fuerit, opii gr. ß aut ejus
„ quarta pars, et ſyrupi de meconio ℥ß.
„ Cavendum autem eſt, ne detur opium
„ cum calidis. Scopus in uſu opiatorum
„ eſt circulationem turbatam reſtituere
„ et blandum ſomnum producere„.

(*a*) l. c. §. 57. p. 49.



SECTIO II.

CHIRURGICA REMEDIA.

CAPUT I.

SANGUINIS MISSIO.

§. 52.

SANGUINIS *missio* cum primum tum efficacissimum omnium est adversus ophthalmiam præsidium: unde etiam curatio ab illa semper est inchoanda. Verum tamen sunt ophthalmiæ, quæ vel non exigunt missionem sanguinis ob levitatem suam, et citra eam sanari se se patiuntur, vel etiam eandem varias ob caussas (ut ut raro tamen) prorsus respuunt. Porro ipsa quoque sanguinis missio, ubi necessaria est, haud pauca observanda habet, quæ citra ægrorum detrimentum vel negligi vel ignorari minime possunt. In tironum itaque gratiam ea, quæ ad hanc doctrinam pertinent, singula seorsim enucleatius dicere visum est, ut sunt 1) indicantia, 2) copia sanguinis de-

menda, 3) selectus vasorum secandorum, 4) modi, 5) contraindicantia.

§. 53.

Indicant sanguinis detractionem

1. *Plethora* e suis causis indiciisque cognoscenda, præsertim si morbus a solenni quadam sanguinis vacuatione seu spontanea (ut sunt hæmorrhagiæ narium, catamenia, lochia, hæmorrhoides) seu artificiali non facta ortum ducit. Hinc monente CELSO (*b*) „ sanguis mittendus est . . . si in fronte venæ tument, si firmo corpore materia superest „.

2. *Phlogistica diathisis* sanguinis præsens, quam prægressæ ejus causæ arguunt, calor item corporis insvetus cum pulsu celeri ac duro, &c. nec non crusta pleuritica in detracto sanguine efformata.

3. *Principium morbi*, præsertim chemoseos. Universi clari Practici sedulo inculcant, mature esse mittendum sanguinem; ne re diutius dilata princeps hoc præsidium administrari amplius non possit. „ Ab initio, inquit BOERHAAVIUS (*c*), sanguis mittendus est,

(*b*) l. c. art. 1. p. m. 281.
(*c*) l. c. §. 56. p. 47.

„ cum id poſtea fieri non poſſit; inflam-
„ matione enim ad ſuppurationem nunc
„ diſpoſita oculus jam perditus eſt . . .
„ In majori autem inflammatione, quan-
„ do rubor et dolor ingens urget, dif-
„ ferendæ non ſunt ſanguinis miſſiones;
„ quando enim primis 3 vel 4 diebus
„ negliguntur, ſuppuratio ſupervenit,
„ et actum eſt de oculo „. Contra ve-
ro mature ſatis inſtituta ſanguinis miſſio
ſæpenumero opinione citius morbum tol-
lit; quandoquidem GALENO (*d*) obſer-
vante „ oculorum perſæpe dolores gra-
„ viſſimos e directo venæ, quam hume-
„ ralem nominant, ſectio intra horæ
„ unius ſpatium compeſcuit „. Confir-
mat id obſervatio AMATI (*e*): „ ju-
„ venis natus annos 27 cum recte ha-
„ beret, repente dextri oculi dolore
„ cruciari cœpit. Dolebat etiam a ca-
„ pite; perſentiebat autem juvenis hic
„ boni habitus, temperatura bilioſus,
„ intra oculum dolorem pauco cum ru-
„ bore, absque tamen febre. Pro quo
„ curando a depoſitis per clyſterem al-
„ vi fecibus ex cephalica externa ſive
„ capitali dicta vena eundem affectum

(*d*) De cur. rat. per ſangv. miſſ. Cap. 16.
(*e*) Curat. medic. Cent. 5. cur. 59.

„ oculum respiciente sanguinis ℥vj detra-
„ ximus; a qua sanguinis missione illico
„ se recte valere nec amplius dolorem
„ persentire dixit: ad oculum tamen stil-
„ latitiam ex rosis uno vel altero croci
„ grano intinctam admovebat frigidam „.

4. *Symptomata gravia*, præsertim dolores vehementes, deliria, &c. quæ ut plurimum chemosi sunt solennia. Unde CELSUS (*f*) „ quod si graves dolores
„ sunt (ait), commodius 2° die, si ta-
„ men res urget, etiam 1°, sanguis mit-
„ tendus est „.

§. 54.

Copia vero demendi sanguinis quanta simul ac semel esse debeat, et quoties iteranda sit hæc vacuatio, morbi vehementia, corpus ægri, aliaque adjuncta docere debent. Generatim vero hic de sanguinis missione idem, quod in gravi pleuritide, esse tenendum plerique omnes inculcant, atque ante alios hanc in rem BOERHAAVIUS (*g*) est audiendus:
„ primum vero auxilium (inquiens) oph-
„ thalmiæ est missio sanguinis largiori

(*f*) l. c.
(*g*) l. c.

„ copia facta et repetita, ut non parca„ tur sanguini, . . . Ergo vena secatur, „ sive infans fuerit æger, sive senex, „ idque fiat largiter, et certo tempore ac „ certa quantitate repetatur, prout ple„ thora major vel minor est, et prout ma„ lum majus vel minus est. Si malum „ minuitur, minor Væ So adhibetur. Eo„ dem modo ut in pleuriticis hic pro„ cedendum, quibus dolores laterum „ 4° vel 5° die abeunt in suppuratio„ nem, sed quæ absolute præcavetur mis„ sione sanguinis ad uncias 60 ad sum„ mum repetitis vicibus emissas. In oph„ thalmia ergo primo statim die mittan„ tur 10 ad usque 12 unciæ sanguinis, „ qui tunc pleuriticorum similis erit: „ quo facto, si levior fiat inflammatio, „ desistendum est. Si ea vero sequente „ die iterum augetur, tunc uti in pleu„ riticis sanguis denuo mittendus est, „ et missio pro necessitate repetenda ad „ 5am usque vel 7am vicem, donec in„ flammatio substiterit. Eam autem sub„ sistere cognoscimus, quando oculus et „ facies post Væ Sem pallent, vel ani„ mi deliquium accedit. Sed aliquando „ prima jam vice post largam sanguinis „ missionem omnis suppurationis metus „ aufertur. Si post Væ Ses repetitas o„ culus nihilo minus rubet, indicium

„ eſt, inflammationem vix poſſe repelli, „ quod omnino malum eſt„. Quam felix autem ab ubertim ſic dempto ſanguine fuerit morbi exitus, non paucis docemur obſervationibus. Sic „ ego, „ ait GALENUS (*b*) olim rogatus ſum „ a divite quopiam . . . ut rerum ſua„ rum œconomum viſerem, cui cœci„ tatis imminebat periculum . . . magno „ dolore vexabatur, idque diebus jam „ 20. Divitis autem illius familiæ præfe„ ctus erat medicus ſectæ ERASISTRA„ TÆÆ, anxie ſemper Væ Sem refugiens. „ Ubi ergo laborante inſpecto juvenem „ eum multi ſanguinis cognoviſſem, ac „ oculos quidem non dum ulceratos ha„ bere, ceterum phlegmonem maximam „ fluxionemque, tum in ambabus palpe„ bris denſitatem, atque in altera quas„ dam etiam aſperitates, a quibus obor„ ta caligine ægrotus magis magisque „ dolebat, ac phlegmone fluxioque acer„ babantur: his inquam conſpectis, co„ gnitaque omni ratione curationis, qua „ medicus ille uſus fuerat, . . . prima „ protinus detractione tres ſanguinis li„ bras exhauſi, ac deinde hora 9a (i.e. „ quadrihorio poſt) aliam. A quibus

(*b*) l. c. Cap. 17.

„ mirifice refectus, inunctus est postero „ die mollium collyriorum quopiam, „ cui admistum erat, quod vinum habet, „ . . . illitu sub palpebris facto specilli „ cuspide in summo medicamen impositum ferente. Id primum quidem ma„ ne faciebam, deinde ad horam tertiam „ postea ad nonam; post quas inunctio„ nes sub occasum solis in balneum du„ ctus est. Postero deinde die palpe„ bris extra versis bis inunctus est ma„ jore copia collyrii illius, quod vinum „ recipit, molli illi collyrio admista; „ dein ad vesperam lotus est. Postridie „ vero mane obvius diviti illi . . . sa„ lutavit illum oculis apertis, phlegmo„ neque ac fluxione plane liberis, qui „ ante biduum illos ne aperire quidem „ præ fluxione atque dolore potuerat. „ Itaque res incantationi similis visa est. „ . . . Porro ex palpebris restabant ex„ tergendæ . . . tum densitates illæ tum „ asperitates: ceterum id fieri non po„ terat cirra medicamentum mordax. „ Atqui ferre illud neutiquam potuisset, „ nisi prius vacuatus foret „ &c. Perinde RHASES (*i*) „ cuidam (inquit) „ accidit ophthalmia: mandavi ipsum

(*i*) Lib. de mirabilib. curis.

„ phlebotomare de cephalica, et noluit
„ obedire; et ſequenti die dolor au-
„ gmentatus eſt ita, quod nunquam vidi
„ tam difficilem ophthalmiam et pericu-
„ loſam, et dubitavi, ne ſcinderentur
„ tunicæ oculorum, et egrederetur ali-
„ quid de ipſorum ſubſtantia, et nihil
„ quaſi manſit de cornea, quod non eſſet
„ coopertum, niſi in quantitate unius
„ lentis propter ſublevationem apoſtema-
„ tis conjunctivæ. Et cum incepit gra-
„ vari a morbo, rediit ad me; et ego
„ feci ipſum phlebotomari bis, et ex-
„ traxi duabus vicibus quantitate trium
„ rotulorum ſanguinis et plus, et abſ-
„ terſi oculos ſuos a lippitudine; et
„ pulveriſavi deſuper ℥em album; et
„ dormivit eo die, et ceſſavit dolor,
„ et inſequenti die liberatus eſt omni-
„ no„ &c. ZACUTUS (*k*) quoque „ mo-
„ nachum vidit gracilem et excarnem
„ ætate 45 annorum, et in victu . . .
„ ſobrium et abſtemium, qui ſingulis
„ menſibus oculorum inflammatione adeo
„ ſæva cruciabatur, ingenti dolore op-
„ preſſus, ut non exſpectato medici aut
„ chirurgi adventu ſibi ipſi venam in
„ eodem die humerariam aut nigram ab-

(*k*) l. c. obſ. 55.

„ scinderet, et imposito vulneri digito „ iterum atque iterum fluere sineret, quo- „ usque dolor tumor rubedoque evane- „ scerent. Et ita immanis dolor hominem „ exercebat aliquando ... ut multoties ... „ 24 horarum spatio decies sanguinem „ exhauriret, ita ut sæpe in animi deli- „ quium incurreret. Is licet plurima „ præservationis causa fuerit expertus „ auxilia, aperuerit fontanellas, balnea „ admiserit, sæpius clementer purgantia „ assumpserit, et hæmorrhoidalibus ve- „ nis hirudines apposuerit; tamen se „ nullo alio præsidio, quam hac copiosa „ iterataque vacuatione, juvari confes- „ sus est „. His vero magis etiam in- signis est casus J. L. SCHMUCKERI (*l*): puella nempe 15 annos nata, tempera- menti concitati, ac plethorica, hyeme A. 1768 correpta est oculi unius oph- thalmia brevi in chemosin adolescente, ita ut choroidea quoque haud parum fuerit inflammata, cum vehementi ce- phalalgia, præsertim e latere oculi affe- cti, lucisque omnimoda impatientia, ut quæ vel minima admissa dolorem causarit intolerabilem: unde ægra diu noctuque quiete caruit. Præter interna antiphlo-

---

(*l*) l. c. 46 Beobacht. p. 519. sqq.

giſtica remedia in uſum vocata jam etiam quater vena tuſa fuit, veſicans nuchæ impoſitum, bisque hirudines applicatæ, ſine ullo tamen levamine. Cum vero ſanguis pleuriticam ſemper cruſtam exhiberet, iterabantur V.æ Ses parvæ, hirudinesque identidem admovebantur; oculo aquæ ophthalmicæ adhibitæ, data cathartica lenia antiphlogiſtica, ſimulque tenuiſſima diæta imperata. Rebellis tamen ophthalmia tres fere hebdomades duravit, uſque dum 6 vel 7 V.æ Sbus adhuc factis ac 36 hirudinibus admotis imminui demum cœpiſſet. Tum vero ubertim lacrymabatur oculus; atque idcirco eluebatur ſæpius aqua roſacea frigida ſine ſale parata, ſimulque in uſu fotuum et aquæ ophthalmicæ Auctoris pergebatur: interne præter cathartica etiam decoctum ſanguinem depurans præſcriptum. Poſt 9 hebdomades fotus noctu tantum impoſiti, interdiu vero aqua ophthalmica Auctoris oculo infundebatur omni bihorio. Quibus tandem rubor depulſus eſt; verum tamen in bimeſtre adhuc velum ſericeum viride oculis prætenſum geſtandum erat ob uveam haud dum ſatis lucis patientem, donec priſtinum recuperaſſet robur. Conſilium porro puellæ datum, ut laborem minutiorem in albis objectis vitaret: quod etſi non ſevere

obſervatum fuerit, ophthalmia tamen nunquam deinceps revertit. Poſt aliquot annos puella nuptui data exactis 9 menſibus peperit. Aliquanto inde poſt variolis graviſſime laboravit, atque annò poſt rurſus e putrida febre maligna decubuit. Oculus tamen nunquam inde in priſtinum relapſus eſt malum.

§. 55.

Delectus vaſorum porro haud minorem meretur attentionem. Quantum enim ad vaſa tundenda attinet,

A. *Arteriæ temporalis* ſectio in látere affecto ex omni retro antiquitate hic ſemper commendata legitur. Ita GALENUS (*m*) „ quæ (inquit) in tem„ poribus ſunt, arterias, et quæ poſt „ aures, incidere medicis mos eſt; in „ temporibus quidem, infeſtantibus ocu„ los fluxionibus tum calidis tum ſpiri„ tuoſis; poſt aures vero in vertiginoſis „ maxime, et iis, qui diuturnis dolori„ bus capitis calidis ac ſpirituoſis affli„ guntur „. Quibus e verbis ſatis apparet, pervulgatum id remedium fuiſſe Veteribus, quorum etiam complures hanc

(*m*) l. c. Cap. 22.

ipſam in rem citat M. A. SEVERINUS (*n*), ac proprias quoque obſervationes adjungit (*o*); enim vero „ in phlegmonis „ quippe multos (ait) varie lippientes, „ ut cœcutientes non dicam, homines „ . . . tam graviter afflictatos; ut ne „ palpebras quidem aperire poſſent; fa- „ cta ſemel arteriotomia in temporibus „ ſic e veſtigio levatos vidimus, ut ma- „ gna quaſi ſarcina liberatos ſe cogno- „ ſcerent; et oculos expeditiſſimos ha- „ berent . . . Eandem arteriotomiæ „ felicitatem cheinoſis magno diſcrimine „ conflictatus ſenſit J. BLANCUS Janu- „ enſis non incelebris proxeneta, ſenſit „ et . . . homo ſubalpinus quam prom- „ ptiſſimam: Idem ad unguem evenit . . . „ opifici funario . . . itemque J. C. „ VALDRISIO Triventano . . . digna- „ que perpetuo monumento viſa res eſt, „ quod ad alterum oculum novo 20 poſt „ diebus facto defluxu (ſiquidem inops „ homo ſub ardente ſole per aprica lo- „ ca æſtate frequens itare cogeretur) „ cum illo temporum latere rurſus admi- „ niſtrata micantis venæ ſectio fuiſſet, „ in promptu gravitas omnis capitis;

(*n*) De efficaci medicina L. I. P. 2. p. m. 38.
(*o*) Ibidem p. m. 43.

„ lacrymarum defluxus; tunicarum in„ flammatio, noxæque aliæ, quæ in„ erant, difcuffæ fuere„, &c. Perinde J. LANZONUS (*p*) „ in muliere (in„ quit) quadragenaria fævo oculorum „ dolore affecta fecta temporali arteria „ . . . melius fe habere incepit . . . In „ pertinaci ophthalmia ter in praxi mea „ feliciter fum ufus tali chirurgico præ„ fidio in utroque fexu, et præfertim „ A. 1711 menfe Majo in puello poft „ variolas ophthalmia pertinaci laboran„ te „. L. HEISTERUS (*q*) hominis plethorici cafum refert, diuturnis capitis doloribus et ophthalmiæ obnoxii, cui AMIAND arteriotomen, in pluribus jam aliis hocce in malo ab fe felici cum eventu factam, commendavit. Affentiente ægro, tria parva fplenia, fafciamque duorum capitum 6 ulnas Gallicas longam et 2 pollices latam promit, ægroque confidente derafis in latere illo, ubi arteriotome futura erat, capillis arteriæ digitis prius exploratæ in locum lanceolam profundius, quam in phlebotomia fieri affolet, immerfit (ob altius latentem arteriam), eamque transverfim incidit.

(*p*) Mifc. nat. cur. Cent. 3. Obf. 60.
(*q*) l. c. 1 Band No 43.

Sanguis arcubus formatis erumpens ad ℥xij ubi effluxisset, vulneri tria illa splenia imposuit, minimum primum, tum reliqua ex ordine majora, fasciaque stellata firmavit. Cessavit sic hæmorrhagia, ægerque usurpatis insuper remediis internis melius valere cœpit. HEISTERUS quoque postmodo hanc operationem sæpius cum fructu instituit. Non minus etiam utilis est hæc arteriotome ad dolores oculorum chronicos ophthalmiæ superstites profligandos, cujusmodi exemplum T. BARTHOLINUS (r) memoriæ prodidit. Notandum autem est haud perfunctorie, arteriotomen haud prius esse instituendam, quam e brachio vel pede semel aut sæpius ubertim fuisset detractus sanguis; imo ubi omnes alii demendi sanguinis modi fuissent pertentati; quo facto bis in ejusmodi casibus proficuam fuisse arteriotomen GUERINUS (s) observavit. Sive jam hæcce cautela neglecta sive aliud quid in causa fuit, bis certe frustra institutam arteriotomen vidit SCHMUCKER (t); imo alteri horum

(r) Act. med. Hafniens. Vol. 1. Obs. 4.
(s) l. c. p. 33 nota (13).
(t) l. c. p. 489. sq.

rum ægrorum vulnus die 15° ab operatione e fortiori ſternutatione, alteri vero die 27° recruduit; licet merito credi potuiſſet, intra hoc tempus vulnus cicatricem duxiſſe, ſiquidem arteria ob ſubjectum os rite ſe comprimi ſinat. Unde et inutilem et periculoſam quandoque hanc arteriotomiam eſſe non abs re notat J. WARE (*u*) „ inter præſidia „ (inquiens) directe in oculum agentia „ eſt et arteriæ temporalis ſectio inter „ efficaciſſima ac celerrime proficua re- „ ferenda. Propter viciniam hujus ar- „ teriæ ad partem affectam ſectio illius „ multo frequentius inſtitueretur, quam „ ſoleat, ni duo obſtarent, nempe quod „ arteria hæc inciſa ſæpe multo minus „ præbeat ſanguinis, quam ad ophthal- „ miæ imminutionem requiritur, tum „ quod ingens non raro, imo periculo- „ ſa etiam multarum horarum hæmorrha- „ gia inde conſequatur. Unde huic ar- „ teriotomiæ plerumque præfero hiru- „ dinum ad tempora applicationem. Ob- „ ſervavi nihilo minus in non nullis ad- „ modum contumacibus ophthalmiis poſt „ fruſtra admotas hirudines, multifaria-

(*u*) Auserl. Samml. zum Gebrauch der pract. Aerzte 6 Band. 2 Stück p. 361 ſq.

„ quæ administrata remedia solam demum
„ temporalis arteriæ ex toto discissionem
„ profuisse; siquidem non modo leva-
„ men e subita tam copiosi sanguinis de-
„ rivatione insigne sequebatur, verum
„ etiam una scaturiginum sanguinem ad
„ inflammatam partem ablegantium pror-
„ sus sic intercipiebatur „. Methodus
hanc operationem recte administrandi
apud L. HEISTERUM (*x*) videri po-
test.

B. *Venæ* autem numerosæ omnino cum
sint, ex quibus utiliter sanguis pro re
nata educi queat; id tamen universim in
hac multiplici phlebotomia est observan-
dum, ut primæ sanguinis missiones e ve-
nis fiant tum majoribus (ut e lato vulne-
re in iis facto sanguis spissus cito uber-
timque vacuari possit), tum ab oculis
affectis remotioribus (ne si e vicinis ad
oculos fieret, eo versus potius impetus
humorum augeretur, quam inde averte-
retur), tum etiam ex eodem latere cum
oculo affecto sitis. Hinc vulgo primum
tundi solet vena

1. *Brachii* vel pedis. „ Si mali
„ origo a sanguinis redundantia, inquit
„ F. HOFFMANNUS (*y*), præstat prius

(*x*) Chirurg. Part. 2. Cap. 39.
(*y*) l. c. Cautel. 9. 2.

„ venam brachii pedis aut jugularem „ aperire, ac postea, si opus est, scari- „ ficare pone aures vel in nucha „. Sed ambigebant non nulli, humerariane an cephalica esset aperiunda?

a) *Humeraria*, eaque e directo oculi inflammati posita, ut secetur, GALENUS (z) auctor erat.

b) *Cephalica* vero aliis præplacuit, quam etiam suo juveni AMATUS (*a*) incidi jussit. At cum sanguinis ex hac vena detractionem adeo oculis infestam esse multi voluerint, ut cœcitatem inde sæpenumero consecutam fuisse (haud dubie propter humorum impetum in oculos adauctum) referant, id quod pluribus in mea Amauroseos historia (*b*) videre est; ZACUTUS (*c*) cum cephalicæ sectione caute admodum in ophthalmia mercandum esse monet.

c) *Salvatella* quoque non nullis Veterum in pretio erat, qui plurimos morbos ab intemperie vel hepatis vel lienis repetebant, et ad quam salvatellarum sectionem arbitrabantur admodum esse uti-

---

(*z*) Vide §. 53 No 3.
(*a*) Ibidem.
(*b*) Part. 2. §. 94 d) p. 523.
(*c*) De medicor. Princip. hist. Lib. I. dub. 29. p. m. 386 sqq.

lem, ut fuse hanc in rem ZACUTUS (d) disserit, ac sequentem observationem producit: „ ophthalmia plurium mensium spatio laboraverat juvenis, qui „ omnium auxiliorum vim fuerat expertus; post quæ ad cauterium in nucha „ accessit, a quo vix levatus arterias in „ temporibus ter secare coactus est: sed „ incassum. Nam ex temporum intervallis calidissima suborta de novo fluxione doloris sævitie opprimebatur immaniter adeo, ut oculus e propria sede exsilire videretur. Dolor universalium et particularium præsidiorum vires contempserat. Secta deinde fuit „ vena frontis, hirudines temporibus bis „ applicitæ, apertæ mariscæ, administratum balneum, et parti dolenti diversimoda lavacra. et anodyna imposita, „ propinata pharmaca. Quibus cum „ quiesceret malum, de novo deinceps „ ferocius exacerbabatur. Quæsita fuit „ scaturigo mali. Eam in hepate squallido sitam esse invenimus. Cumque „ hæc pars nec epithematum infrigidantium ope, nec aliis auxiliis roborari „ posset, quin calidum acrem biliosum-

(d) Ibid. quæst. 27. & Obs. 42. & Prax. med. admir. L. 1. Obs. 53.

„ que humorem gigneret, ad oculosque „ tamquam ad partem debiliorem trans- „ mitteret, dextram ſalvatellam tundere „ præſtantiſſimum conſilium judicavimus, „ qua bis ſecta humore ad longinqua „ avocato, ventilatoque hepate, æger „ ipſe nunquam amplius dolorem præ- „ ſenſit „. Verum non tam, quod hepati ſalvatella ſecta mederetur, quam quod iterata ſit miſſio ſanguinis, proficua eſt cenſenda. Tundi etiam principio morbi ſolet

2. *Pedis* vena, quatenus humorum motum verſus pedes a capite adauget; quod in duobus præſertim caſibus perquam eſt neceſſarium, dum nempe ophthalmiam vel retropulſa podagra vel catamenia ſuppreſſa accenderunt; iſtorum enim revocando fluxui apprime ſervit phlebotomia in pede, illius vero ad pedes revocationi magnopere favere obſervatur.

3. *Ani*, *vulvæ*que venis applicatæ hirudines ſæpe omnem aliam ſanguinis miſſionem efficacia ſua ſuperant, ubi ophthalmia ſuppreſſum aut hæmorrhoidum aut menſium fluxum eſt conſecuta. Quantum enim ad revocanda catamenia hirudines vulvæ labiis admotæ valeant,

documento eſt puella JANINI (*e*); quid vero in malis a ſubſiſtente hæmorrhoidali fluxu oriundis hirudines hæmorrhoidalibus ani vaſis applicatæ utilitatis adferant, in vulgus notum eſt, et C. F. SCHULZIUS (*f*) teſtatur irradicatas ophthalmias hoc præſidio ab ſe fuiſſe profligatas.

4. *Juguli* quoque vena ſecta ingentis eſt energiæ in ophthalmiæ curatione, cujus a „ ſectione rite peracta G. F. HILDANUS (*g*) nullum malum obſerva-
„ vit contigiſſe, quin potius in inflam-
„ mationibus oculorum et membranarum
„ cerebri aliisque affectibus capitis effi-
„ caciſſimum ſubſidium fuiſſe cum in vi-
„ ro quodam ophthalmia laborante . . .
„ tum etiam in multis aliis obſervavit.
„ Sectionem autem harum venarum rite
„ fieri debere non immerito monet AU-
„ GENIUS; niſi enim prius corpus a mul-
„ titudine humorum expurgatum fuerit,
„ infelix erit ſucceſſus ratione . . . li-
„ gaturæ colli et ſectionis venæ . . .
„ Quapropter ſi plethora maxima adfue-
„ rit, pharmaco expurgato corpore ve-

(*e*) Vide §. 37 No 2. *a*)
(*f*) Kurze Nachricht einiger Krankheiten in Pohlen §. 32. p. 64.
(*g*) l. c. Cent. 4. Obſ. 14.

„ nam in cubito primo (inquit), deinde
„ jugularem ſecare ſoleo; ſic enim ſan-
„ guis circa membranas cerebri, oculos,
„ faucesque collectus protinus evacuatur,
„ uti ex ſequenti exemplo videre eſt.
„ A. 1600 quinquagenarius et civis qui-
„ dam . . . inflammatione dextri oculi
„ adeo graviter laborans, ut de viſu
„ periclitaretur, et præ dolore dies no-
„ ctesque dormire non poſſet, me ac-
„ cerſivit. Exquiſita inſtituta victus
„ ratione ſequenti potiuncula corpus ex-
„ purgavi:

℞. Agrimoniæ
Betonicæ
Euphraſiæ
Scabioſæ aa p. j
Fol. ſennæ et
Sem. aniſi aa ʒij. Coq. in
▽a ut colat. redeat ad ℥iij. in
quib. diſſolve
Elect. de ſucco roſar. MES. ℥ij
Syr. roſ. ſolut. ex multis infuſio-
„ nib. ℥j. M. F. potio. Sequenti die
„ venam in cubito dextro incidi, et ad
„ ℥vj ſaguinis extraxi; erat enim ple-
„ thoricus. Ab initio oculis ſequens
„ collyrium inſtillavi:

℞. Mucil. ſem. cyd. ▽a roſ. extr. ℥ij
▽æ plantaginis
— fragariæ

▽æ euphrasiæ aa ℥j
Tutiæ ppt. ʒj
Cerussæ lotæ et
C. C. usti et ppt. aa ℈ij.
Caphuræ gr. vj. M. F. collyrium.

Fronti sequens defensivum applicui:

℞. Farinæ hordei ℥ij
♁ rosar. rub.
— myrtillor. aa ʒij
— cortic. granator.
— balaustior. aa ℥ß
Succ. prunor. silv. immatur. inspiss. ʒij, cum
▽a plantag. beton. parumque
Aceti F. catapl. quod tepide sin-

„ gulis diebus bis applicui. Ne autem
„ cataplasma . . . hoc exsiccando cutem-
„ que contrahendo affluxionem humorum
„ adaugeat, sindone aut carbaso aqua
„ rosacea madefacto cooperio, et tepi-
„ de applico; omnia tamen (ut virtus
„ defensivi eo melius ad cutem perveni-
„ re, operationesque suas exsequi posset)
„ madida ut sint necesse est. Secunda
„ die a Væ Se in cubito facta sequentes
„ pilulas ut devoraret, præscripsi:

℞. M. P. lucis majoris ℈ij
—— aurearum ℈j
Trochisc. alhandal gr. jv.
Ol. fœniculi gtt. vj. Cum
Syr. de stœchade F. pilulæ 5, in-

„ volvantur ℥e cinnamomi. Sequenti „ die post sumptas pilulas paulo ante „ prandium latiori vinculo debito mo- „ do ligato ægri collo, et in oppositam „ sectionis partem inclinato capite, ut „ vena magis tenderetur, scalpello ve- „ nam secundum longitudinem incidi, „ sanguinisque ad ℥ circ. vij extraxi. „ Deinde pulvillum ex stupis fabricatum, „ nec non albumine ovi madefactum, „ ℥eque nostro ad sanguinem sistendum „ aspersum applicui, et fascia ad oscu- „ lum vulneris constrinxi. Ex hac Væ „ Se inflammatio oculi protinus ita remi- „ sit, ut intra paucos dies plenissime con- „ valuerit, neque ab eo tempore in „ hunc usque diem, quo hæc scribo, „ unquam hoc malo laboraverit„. Quantum etiam R. MORTONUS (*b*) huic sanguinis missioni detulerit, e verbis illius colligitur dicentis: „ in ophthalmia a „ superstite morbilloso fermento orta „ sanguis e vena jugulari præsertim de- „ trahatur; quo remedio venis oculorum „ capillaribus subito depletis molestum „ hoc symptoma post Væ Sem prius in „ aliis partibus in cassum celebratam, at- „ que plurima alia remedia frustra adhi- „ bita, spatio 24 horarum tamquam car-

---

(*b*) Pyretolog. Tract. 3. Cap. 4. p. m. 25.

„ mine magico allevatum fuisse sæpe memini „. Neque minus venæ jugularis sectioni detulere A. MAITRE-JEAN (*i*), C. SAINT-YVES (*k*), et alii ophthalmiatri „ viditque M. LANGE, (*l*) sæpissime Viennæ in nosocomio fratrum „ misericordiæ sub ipsa jam Væ Se topica ruborem oculi pallescere, et subito ophthalmiam resolvi „. Hujus quoque operationis methodum apud L. HEISTERUM (*m*) reperire est. Quemadmodum vero venæ jugularis sectioni præmittenda est alia in brachio vel pede, ita idem etiam, ac multo magis quidem, observandum est ante venarum exiliorum, oculoque magis vicinarum, aperturam, ut sunt venæ

5. *Syncipitis, temporum, occipitis, pone aures.* &c. „ Perseverante malo, „ inquit J. HOLLERIUS (*n*), vena frontis, vel quæ in sincipite apparet, quæ „ post aures, quæ in temporibus, in „ quibus ea eligenda est, quæ tumet,

(*i*) Von Krankh. des Auges 2 Th. 13 Cap. p. 325. sq.

(*k*) l. c. Cap. 6. art. 2. §. 2.

(*l*) l c. §. 21. p. 46.

(*m*) l. c. Cap 7.

(*n*) De morbis internis Cap. 19.

„ rubet, pulſat magis ceteris „ tundi poteſt. Et CELSUS (*o*) „ eſt (ait) etiam „ genus inflammationis, in qua ſicui tu„ ment ac diſtenduntur cum dolore oculi, „ ſanguinem ex fronte mitti neceſſarium „ eſt „. Perinde M. ETTMULLERUS (*p*) „ ad derivationem (inquit) nil melius „ eſt, quam venam frontis incidere; ſed „ hocce habet incommodi, ut ſubinde „ pro ſecanda vena frontis laqueus collo „ injiciendus ſit, ut pro meliori illius „ intumeſcentia venæ jugulares conſtrin„ gantur: ubi periculum imminet, ne „ conſtrictis ita venis jugularibus ſimul „ inſigniter augeatur oculorum inflamma„ tio. Unde non aperienda eſt, niſi „ tundi poſſit vena frontis ſine hac ad„ ſtrictione, et per ſe pateat; et po„ tius omnino eadem eſt relinquenda. „ Non tamen, niſi præmiſſis præmitten„ dis hæc vena frontis incidatur; ſiqui„ dem poſt eam intempeſtive ſectam oph„ thalmiam graviſſimam, viſus et loque„ læ perditionem obſervavit HILDA„ NUS (*q*) „ nimirum „ ſartor quidam „ . . . 30 circiter annorum ætatis cum

---

(*o*) l. c. art. 26. p. m. 292.
(*p*) l. c. p. 592.
(*q*) l. c. Cent. 5. obſ. 18.

„ doloribus capitis et epilepticis paro-
„ xyſmis in longum tempus vexaretur,
„ quadam die barbitonſorem accedit;
„ cui cum morbum ſuum expoſuiſſet,
„ ramum illum venæ frontis, qui in ali-
„ quibus non nihil ad ſiniſtram vergit,
„ protinus incidit, nulla præcedente cor-
„ poris præparatione. Quid fit? oculus
„ in ipſo etiam momento motum amiſit,
„ fixus, immobilis, et clauſus perman-
„ ſit; dolor quoque capitis exacerbatus
„ fuit; inflammatio quin etiam oculi ſi-
„ niſtri ſecuta eſt adeo magna, ut ero-
„ ſis membranis humores effluxerint, et
„ viſus omnino deperditus fuerit; ſed et
„ (quod maximum) non diu poſt loque-
„ lam amiſit, adhibitis tamen remediis
„ . . . ipſam aliquomodo et ex parte
„ recuperavit „. Cum autem vena fron-
tis et exilis ſæpe ſit, ut haud multum ſanguinis inde elici queat, et non ſine moleſtia vinciendi colli ſubinde incidi ſe ſe patiatur; ſectioni ejus præferri ſurrogarique poteſt aliarum venarum pone aures vel in occipitio, vel temporibus apertura, idque vel ope hirudinum admotarum vel ope ſcarificationis; ſic enim et ſine ullius vinculi moleſtiis et quantum quis volet ſanguinis elici inde poteſt. Hirudinibus certe ad tempora applicatis

haud parum tribuit W. ROWLEY (r), et ſcarificatione ab auribus ad humerum uſque facta complures ophthalmias ſanatas fuiſſe conſtat. Sic teſte J. RHODIO (s) „ oculis cum inflammatione do-„ lentibus non nulli cucurbitulis cum ſca-„ rificatione pone aures ad venæ cepha-„ licæ in humero initium appoſitis ex „ voto ſubvenere „. Cujusmodi eſt, quod narrat HEURNIUS (t): civis Tigurinus, referente C. GESNERO, cum duos jam menſes laboraſſet lippitudine cum aſperitate magna oculorum, quaſi arenam inſperſam haberet, tandem agglutinavit cucurbitulas poſt utramque aurem cum inciſuris, et mox iisdem detractis inferiore loco impoſuit aliam, et ſic deinceps, ut prioris cucurbitulæ circulum cuti impreſſum ſequens inferius paulo poſita contingeret, &c. donec ad humerum utrumque perventum eſſet; illud demum poſtremo ſcarificavit in balneo vel prope fornacem: atque id cum pergeret facere continuando per dies 12 circiter creſcente luna, ſanatus eſt. Perinde in Medicorum Sileſiacorum ſatyris (u)

(r) An Eſſay on the Ophthalmia &c.
(s) Obſerv. medic. Cent. 1. Obſ. 79.
(t) Libell. de morb. oris et dent. Cap. 11.
(u) Specim. 1. Obſ. 7. p. 40. ſq.

„ puer novennis . . . ſatis quadratus
„ ſurreptum ☿em pyrium admoto carbo-
„ ne accendit; flamma vero faciem nimis
„ propinquam, præſertim latus dextrum
„ ejusdem tentans, haud parum adurit,
„ neque oculo parcit. Supervenien-
„ tem quidem inflammationem et reli-
„ qua ambuſti ſymptomata chirurgus
„ . . . remediis convenientibus fe-
„ liciter ſanat, oculum tamen vehe-
„ menter dolentem rubentemque in me-
„ lius mutare neſcit, et nequit. Nobis
„ in conſilium demum adhibitis, cum
„ accurate in oculi ſtatum inquiramus,
„ obſervavimus ſanguinea vaſcula alias
„ vix viſibilia admodum turgeſcere, mul-
„ tosque ramulos ſuper corneam ipſam
„ ſpargere, quæ hinc et inde pariter
„ ac albugo multis phlyctenibus haud
„ raro cœcitatem cauſantibus obſeſſa erat.
„ Palpebræ non leviter inflammatæ tu-
„ mebant, et lacrymæ ſtillabant copioſe
„ et continuo, ita ut affectum jam in
„ ipſam fere chemoſin degenerare vi-
„ deretur. Cum autem hæc phænomena
„ per aliquot ſeptimanas jam durantia
„ conſvetudinem affluxus, imo habitua-
„ lem jam ophthalmiam minitarentur,
„ malo internis vel externis remediis
„ obviam nobis eſſe eundem judicavi-
„ mus. Dedimus itaque antiorgaſtica,

„ temperantia, resolventia leniora, in-
„ terpositis laxantibus. Hæc licet ali-
„ quod levamen adferrent, in totum ta-
„ men inflammationem tollere, aut hu-
„ morum ad oculum affluxum aliorsum
„ derivare insufficientia deprehendeban-
„ tur. Quare adhuc cucurbitulis dextro
„ brachio et post aurem aliquoties ad-
„ hibitis, locisque profunde scarificatis,
„ multum sanguinis eduximus. Hac me-
„ thodo omnia statim in melius versa
„ sunt. Externe præter ea, quæ in ge-
„ nere ad inflammationes sedandas con-
„ ducunt, leniora constringentia partes-
„ que roborantia in usum vocavimus,
„ et phlyctenibus liquore quodam egre-
„ giarum virium saturninæ prosapiæ no-
„ bis familiari occurrimus, ne latius ser-
„ pere aut profundas foveolas, quas sta-
„ tim cicatrices aut maculæ albæ visum
„ maxime impedientes excipiunt, corneæ
„ imprimere possint. His per aliquot
„ septimanas diligenter continuatis puer
„ . . . pristinæ sanitati restitutus est„.

6. *Palpebrarum* e venis perinde sanguis ope hirudinum iis applicatarum utilissime sæpe, ac vel maxime in chemosi, educitur. De hacce locali sanguinis missione pulcherrimas humano generi obser-

vationes J. L. SCHMUCKERUS (x) communicavit: „ A. 1739 (ait ille), no-
„ vissimo nempe, quo Parisiis commo-
„ rabar, hirudines in ophthalmia adhi-
„ buit S. YVES ad palpebras, at nunquam
„ numerosiores quam 4, nec nisi semel.
„ Quæ methodus cum præcellere cunctis
„ aliis videretur, in ampla mea praxi illam
„ postmodo cum in chemosi tum taraxi quo-
„ que per iterata tentamina multo, quam
„ Præceptor meus, amplioris usus red-
„ dere studui; felixque eventus eam
„ semper consecutus, siquidem nunquam
„ vel ulcera vel cicatrices superfuere,
„ modo mature ad ægrum accerserer,
„ effecit, ut hirudinum in usu eousque
„ fuerim progressus, quousque pauci
„ profecto erant progressuri „. Et cum ophthalmiæ magis infantes atque adolescens ætas obnoxia sit, cui omnes hactenus memorati sanguinis detrahendi modi quam ægerrime administrari possunt, præsentissima tamen adsit necessitas demendi sanguinem „ hirudines hanc in rem sunt
„ vel maxime idoneæ . . . adultis conti-
„ nuo bis imo ter etiam brachii vena
„ tundenda est, intermedio vero tempo-
„ re

(x) l. c. p. 494. sqq.

„ re quotidie 6 ad 8 hirudines ambabus „ palpebris admovendæ; queis delapsis „ grumosus sanguis vulneris osculo ad- „ hærescens ubi spongia aquæ tepidæ „ immersa absterſus fuerit, sanguis ad 5 „ horas et amplius inde porro effluet „ optimis ægri rebus. Idem apud infan- „ tes, neglecta phlebotomia, locum ha- „ bet, iterandaque erit hirudinum appli- „ catio, donec adnata magis alba eva- „ dat „. Quæ omnia complures lucu- lenti Auctoris casus (y) confirmant. „ Sæpe admodum, inquit idem alibi (z), „ ægros nactus sum ab experientissimis „ Viris tractatos, qui ophthalmiam lar- „ gis sæpeque repetitis phlebotomiis dis- „ cutere necquidquam studuerunt, illa „ nil indè emendata, cœcitatemque mi- „ nante. Applicatis vero 6 ad 8 hiru- „ dinibus ad utramque palpebram inflam- „ matio intra aliquot horas longe magis „ resolvebatur, quam a 6 prægressis jam „ phlebotomiis, singulis ℥ viij ad x san- „ guinis dementibus. Enim vero phle- „ botomia cum majores tantum modo ve- „ nas vacuet, in minores ac laterales

(y) Vide §. 54. & histor. 14. 15. 16.
(z) Vermischt. Chir. Schrift. 1 Band 2 Abscha. p. 100. sq.

„ præ primis ramos parum admodum po-
„ test, docente id quotidiano rerum usu.
„ Ubi sanguis in vasa non rubra irruit,
„ phlebotomia plus noxæ quam emolu-
„ menti adferat, oportet; quandoqui-
„ dem iteratis vacuationibus tonus horum
„ vasorum perit: quo facto sanguis in
„ ea tanto magis velut incuneatur.
„ Contra ea hirudines eliciendo ex
„ ipsa parte affecta sanguinem ce-
„ lerius inflammationem dissipent, est
„ necesse. Si prima earum applicatio
„ non continuo prosit, bis terve appli-
„ catis ophthalmia certo certius cedet.
„ Utiliter tamen phlebotomia præmitti-
„ tur, non modo ad copiam sanguinis,
„ verum etiam ad irritabilitatem vasorum
„ minuendam, ulterioremque sanguinis
„ e vasis suis egressum prohibendum.
„ Atque hac ratione permultos ægros
„ vehementi ophthalmia et chemosi af-
„ fectos a cœcitate præservavi, quæ in-
„ dubie quamlibet aliam medendi ratio-
„ nem vel ob suppurationem vel cicatri-
„ cem inde obortam fuisset seu aliquate-
„ nus seu omnimoda consecuta „. In eandem fere sententiam disserit J. PRINGLIUS (*a*): „ vehementiores (ait) oph-

(*a*) Beobacht. über die Krankh. der Armee 3 Th. 2 Cap.

„ thalmiæ ſine magna ſanguinis jactura
„ ſanari ſe ſe non ſinunt; niſi forte deri-
„ vatio a partibus laborantibus citra to-
„ tius corporis vacuationem fieri poſſit:
„ quo ſcopo utiliter ponuntur veſican-
„ tia pone aures, in primis ſi 2. 3 dies
„ ibidem relinquantur, ulceraque poſt-
„ modo in fluxu ſerventur, quod in vul-
„ gus notum eſt. Interea vero efficacio-
„ res ſubinde hic obſervavi hirudines,
„ . . . dum duæ pluresve imæ orbitæ
„ regioni vel prope canthum externum
„ applicatæ fuere, hæmorrhagiaque vul-
„ nerum ſibi relicta eſt, quoad ſua ſpon-
„ te ſubſtitit. Iſthoc igitur in graviore
„ quaque ophthalmia poſt phlebotomiam
„ brachii vel venæ jugularis in uſum
„ vocavi, atque ubi neceſſe erat, repe-
„ tii. Id ipſum in ophthalmia a læſione
„ externa orta perinde locum habet. Id
„ unum tamen tenendum eſt, ut præ-
„ ſente vehementi oculorum fluxu poſt
„ detractum e brachio ſanguinem conti-
„ nuo catharticum efficax prius exhibea-
„ tur „. Hodie methodus hæc jam vul-
gatior evadit in dies, idque ob evi-
dentem utilitatem; et M. LANGE (b)
„ vidit Viennæ in puella aliquoties vena

(b) l. c. §. 20, nota (a) p. 43.

„ frustra secta quinque hirudines subito „ morbum tollere „. Apud Veteres quoque sanguis e palpebris mittebatur, at scarificatione internæ illarum superficiei; quæ operatio ubi lapsis temporibus exolevisset, revocavit eam denuo J. T. WOOLHOUSIUS ejusdemque discipuli, quæ *ophthalmoxysis* ab iis est nuncupata. Verum tam parum se se operatio hæc probaverat, ut eam experientia non dolorificam modo, verum periculosam etiam ac nocivam monstrante cum Veteres ipsi tum nostræ quoque ætatis chirurgi rejecerint (*c*). Siquis eruditionis causa penitius eam pernosse aueat, D. W. TRILLERUM (*d*) adeat, oportet; mihi de inutili re plura afferre non vacat: brevissimo etiam rem omnem sermone complexus est M. LANGE (*e*).

7. *Canthi* majoris. „ Reliquias inflammationis vacuat ea, quæ ad majorem angulum est „ vena aperta teste J. HOLLERIO (*f*). Quin imo vigente

---

(*c*) J. WARE l. c. p. 363. sq.

(*d*) Opusc. medic. Vol. I. P. 2. Exercit. 6 et 7. p. 463. sqq.

(*e*) l. c. §. 22. p. 47. sqq.

(*f*) l. c.

quoque inflammatione permultum commendat hirudinum anguli interni carunculæ applicationem (quod nempe ex angulari ibi vena revulſio propior, quam ex alia uſpiam, ſperari poſſit) JAMES (g). Denique

8. *Adnatæ* ipſius ex inflammatione tumentis vaſa in vehementiſſima chemoſi ſuppurationem proximam minitante forfice aut cultro hodie perſcinduntur pro ſanguine in iisdem exſuperante vacuando tam præſenti ſæpe auxilio, ut omnibus aliis præſidiis in caſſum adhibitis hacce demum ſcarificatione omne ſuppurationis periculum ocyus averſum fuiſſe obſervata doceant. SAINT YVES (h) præter ſimplicem hanc modo dictam ſcarificandæ adnatæ methodum aliam quoque commendat, videlicet ope acus recurvæ, qua in conjunctivam infra turgentia vaſa immiſſa iſthæc exſcinduntur; atque hanc operationem et minus dolorificam eſſe et tutiſſimam ait. Sed prior et ſimplicior eſt, et mitior, et brevioris temporis. „ Hac ego, inquit J. L. SCHMUCKER (i),

---

(g) Dictionaire univerſ.
(h) l. c. Cap. 6 §. 2. p. m. 189.
(i) Chirurg. Wahrnehm. 1. Th. p. 494.

„ præ primis utor, dum poſt validas „ ophthalmias reſolutas variis adhuc in „ locis varicoſæ vaſorum extenſiones „ ſuperſunt, quas vel tenui lanceola „ vel acu S. YVESII pro cataracta „ aperio „. Meminit etiam hic ipſe Auctor (*k*), S. YVESIO (ut ut hic altum hac de re taceat) uſitatam fuiſſe tunicæ adnatæ a bulbo et palpebra, quouſque ſeparari poſſet, abſciſſionem; quam tamen ut inutilem et dolorificam obſervatam rejicit. Felicem tamen illius ſucceſſum expertus eſt C. F. RIBE (*l*) in juvene quodam tanta humorum acrimonia prædito, ut ab ea nobiliſſimæ corporis partes exanthema humidum paterentur ingenti cum afflictione. Neſcio cujus conſilio illud remediis adſtringentibus et exſiccantibus retropulſum atque ad oculum translatum eum rubore tumore et incredibili dolore affecit; effluebat inſuper ex illo materia flava fœtida. Cujusmodi ſtatus cum plerumque oculum intra 6 dies ſuppuratione peſſumdare ſoleat, ne id eveniret, celerrimo opus erat auxilio; nullum autem celerius viſum eſt ipſa ad-

---

(*k*) Ibidem p. 495. ſq.

(*l*) Act. Svec. Vol. 7. Trimeſtr. I. art. 6. Obſ. 2. p. 45.

natæ tumentis ſcarificatione. Idcirco ægro ſedi illocato alius a tergo ſtans dextra ſyncipiti admota caput ejus pectori ſuo appreſſum tenebat, indice digito ſimul palpebram ſuperiorem attollens, læva vero ita mentum prehendit, ut pollice inferiorem palpebram naſum verſu, parumper deduceret. Capite ſic firmato, patenteque oculo RIBE manus lævæ fronti oppoſitæ digito minimo ſuperiorem palpebram juxta canthum externum elevatam tenens pollice et indice acum oblongam recurvam, huncce in uſum paratam, in tumorem adnatæ immiſit, immotum ut bulbum teneret, dextra vero apicibus obtuſis præditi forficis ope cœpit omne tumens circum corneam, bulbum, ac palpebras abſcindere. Quo facto deligabatur oculus linteolo quadruplicato, in decoctum ex herbis reſolventibus in vino coctis intincto, rurſusque expreſſo, quam calide ferri poſſet, applicato, et quoties refrixit, innovato; eluebaturque MRa ex aquis euphraſ. et chelidon. maj. cum ¼ ℥ Gallici mſtis. Deligatus ita oculus continuo levamen ſenſit, ſuccedente placido ſomno, quo æger triduum jam caruit. In uſu itaque hujus fotus et collyrii pergebatur, donec omnis inflammatio abiit. Interne decocta herbarum ſanguinem depurantium data, et quavis heb-

domade catharticum. Atque sic æger citra periculum brevi convaluit, superstite tamen cicatrice, quam purulenta illa materia causavit. Verum et hanc lapis divinus S. YVESII in aqua rosar solutus, et oleum ex hepate lucii, aliaque collyria provide adhibita, aboleverunt. Huc forte etiam commodissime referri potest operatio pro curanda ophthalmia venerea metastatica seu chemosi venerea a J. F. BREYERO (*m*) descripta, tribusque illustrata casibus (*n*); quæ tamen hodie ob mitiores medendi methodos cognitas non amplius adhibetur. Interea priorem illam adnatæ simplicissimam scarificationem in vigente adhuc chemosi olim jam commendavit F. PLATERUS (*o*), quam hodie J. JANIN in compluribus chemosibus mirabili cum successu administrat, tresque in medium adducit ægros, queis celeriter saluti fuit. Primus (*p*) illorum vir erat Tolosanus, cui cataractam extraxit. Cum nec sub operatione nec primo curationis triduo

(*m*) l. c. §. 22.
(*n*) Ibidem §. 24. Cas. 1.2.3.
(*o*) Prax. med. Lib. 1. tit. de visus læsione.
(*p*) l. c. p. 253.

quidquam ſingulare accidiſſet; nocte 4ª æger mitram ſuam loco movit, et cum ea ipſum quoque deligationis apparatum, quo oculus affectus multumque prominens uſque adeo premebatur, ut vehementiſſimus inde dolor oculi capitisque fuerit obortus cum inſigni chemoſi. Quæ cum Væ Sæs, ſevera diæta, idoneaque remedia nullatenus minuerent, forfice adnata ſcarificata tantum profuit, ut et dolores brevi conquieverint, et bulbi tumor ac inflammatio præclare minuerentur, ægerque die ab operatione 42° prorſus convaluerit. Viſus mox principio ſic ſatis erat diſtinctus, et abhinc magis etiam emendabatur. Porro (*q*) inter 12 ægros, qui operationem cataractæ ſuſtinuere, fuit, cui biduo poſt illam adnata uſque adeo intumuit, ut palpebræ coire nequiverint. Vehemens capitis oculique dolor, et levior ſuppuratio conjuncta cum celerrimum poſcerent auxilium, ſine mora inſtituta eſt adnatæ ſcarificatio; qua vix peracta, et ſanguine inde elicito, palpebræ jam rurſus ſe ſe contingebant. Dolores ac ſuppuratio brevi diſparuere, oculusque die 35° conſanatus. Verum

(*q*) Ibidem p. 254.

cum puris pars in anticis oculi cameris adhæsisset, irritata inde iris adeo se se contraxit, ut ne vestigium quidem reliquerit pupillæ. Cum autem oculus nativam suam globositatem conservasset, ægerque illius ope et lucem a tenebris et umbras corporum ante illum motorum distingueret, pupilla artificialis in eodem facta est: sicque æger bimestri post operationem hoc oculo omnia objecta rite distinguebat. Tertius (r) itidem vir erat, qui a drastico cathartico validam anginam inflammatoriam nactus est; hac autem desinente metastasis dextrum in oculum facta vehementem ejus ophthalmiam causavit cum tanta adnatæ intumescentia, ut ultra palpebras protuberans harum contactum mutuum prohiberet. Cornea parte sui opacata visum insigniter minuebat. Dolores capitis oculique, tum febris ac vigiliæ citam poscebant medelam; quæ interea vulgari methodo antiphlogistica instituta nihil attulit levaminis, imo pus in prima oculi camera colligebatur cum tanto simul puriformis materiæ profluvio, ut oculus palpebræ ac buccæ continenter ab illa inundarentur. Morbo ita intra aliquot dies usque

(r) Ibidem p. 301. sq.

huc progresso consultus Auctor præter pediluvia imperata, et paregorica exhibita, pone aures epispasticum ex ungv. basilicon. et alb. RHASIS aa ℥ß, ☿ cantharid. ʒjß paratum applicari jussit, oculoque collyrium anodynum ex M. P. de cynogloss. ʒß in ▽æ rosar. ℥vj soluta, quo sæpius balnearetur, intermedioque tempore spleniolo in illud intincto foveretur, præscripsit. Ab his dolor insequenti nocte quievit, somnusque per vices obrepsit. At postero die pristina cum vehementia revertit dolor. Cum ergo status oculi nullatenus emendaretur, protuberans adnata undique curvo forfice perscissa est. Hæmorrhagia subsistente oculo MRa paulo ante dicta eluto applicatum est emplastrum ex unguento saturnino (s). Dolor brevi post remisit, febris sensibiliter minuebatur, somnusque et vires una cum visu revertebantur. Ad accelerandam igitur curationem quolibet mane jejuno stomacho dabatur seri lactis ℔j haurienda, identidemque hydragogum purgans præbebatur, continuata simul ungventi paulo ante dicti ad oculum applicatione, quo-

---

(s) Constante ex axung. porc. butyro, sebo verves. cera, lytharg. et oleo oliv.

ad inflammatio penitus diſſipata ulcuſque conſanatum fuerat. Die 22° oculus optime erat conſtitutus, ſed cum tanta imbecillitate ſuperſtite, ut eo æger uti nequiret. Poſtquam vero ſæpius per diem vapore balſami ophthalmici albi LEMERYANI admiſſo eundem recreaſſet, oculus priſtinum vigorem viſumque recepit.

§. 56.

Modi demum varii mittendi ſanguinem etſi vulgatiſſimi ſint, ſatisque ex hactenus dictis etiam intelligantur; tamen non nulla adhuc de iisdem ſuperſunt adjicienda. Adhibetur nempe ad vaſa rubra aperienda

1. *Ferrum* ſcindens, idque aut ſimplex pro uno tantum vaſe majuſculo vulnerando, quod *phlebotomos* audit, vel multiplex, quo plura ſimul cutanea vaſa vulnerantur, quæ ſanguinem vacuandi ratio nuncupaútr *ſcarificatio*. Satis autem liquet, ſcarificatione parciorem placidioreque motu elici ſanguinem, utpote ex vaſis cutaneis exilibus convulneratis, dum phlebotomo e majoribus vaſis ſanguis viam exeundi nactus per amplius vulnus cum impetu multus intra breve tempus erumpit. Idcirco phlebotomo in vehe-

mentiore morbi gradu opus eſt; contra vero „ in leviori . . . repetitæ ſæpius „ ſcarificationes et hirudinum applicatio „ ſufficiunt„ inquit BOERHAAVIUS (*t*). Porro cum ſcarificatio plerumque (ut vidimus) in partibus loco læſo vicinioribus, collo nempe et pone aures, imo ipſo in oculo inſtituatur; ne ſanguis abundans eo verſus majore feratur (ut fieri amat) copia, morbumque augeat, phlebotomo prius in morbo graviore vena aliqua major et ab oculis remotior tundenda eſt, quam ad ſcarificationem deveniatur.

2. *Hirudines* vero etſi perinde ac ſcarificatio placide ſanguinem eliciant, amplioris tamen ſunt uſus, quod ad ejusmodi loca, ubi ſcarificatio non facile peragi nec phlebotomus tuto aut expedite adhiberi poteſt, applicari queant, ut ſunt tempora, palpebræ, canthi, anus, vulva, &c. Imo etiam phlebotomi vices apud infantes obire valent, queis ferrum tam difficulter ſæpe admovetur, id quod e ſequenti V. RIEDLINI (*u*) caſu pulchre eluceſcit: „ mercator quidam nobilis Venetiis degens, filiolumque

---

(*t*) l. c. §. 56. p. 47. ſq.
(*u*) Lin. n. ed. ann. 3. Junii 13. p. 381.

„ habens 4 annorum, ſubinde ſat mo-
„ leſta ophthalmia detentum, cum eo
„ aliquando Patavium profectus, cum
„ præſertim tumor quidam moleſtus circa
„ aurium glandulas in itinere acceſſiſſet,
„ medicum quemdam ibidem primarium
„ hac de cauſa conſuluit; qui ſtatim ſan-
„ guinis miſſionem ſvaſit, matremque
„ inde perterritam, et anxie hinc quæ-
„ rentem, an non damni quid inde me-
„ tuendum eſſet, ſolatus eſt: quod com-
„ mode mediantibus hirudinibus inſtitui
„ poſſet. Unde et eo lubentius conſilio
„ paruit, hirudinesque puero in ambo-
„ bus brachiis in eo ipſo loco, ubi
„ alias vena ſecari ſolet, applicatæ fue-
„ runt; quas cum tantum ſanguinis,
„ quantum medicus juſſerat, exſuxiſſent,
„ removerunt, et quidem tam feliciter,
„ ut ab illo tempore puer ab ophthal-
„ mia immunis vixerit „. Ut ut vero in ſuperioribus præclarum hirudinum temporibus palpebris canthiſve admotarum uſum per obſervata viderimus; repudiandum tamen illum ut inutilem ac noxium quoque M. E. BLOCH (*x*) arbitratus eſt: „etenim ad internas (inquit ille)
„ oculi partes ſanguinem ramus caroti-

(*x*) l. c. No 7. Obſ. 2. p. 58. ſq.

„ dis internæ advehit, venæque ſe ſe in
„ ſinus encephali evacuant, ut in HAL-
„ LERO (*y*) ac ZINN (*z*) videre eſt.
„ Cum vero hirudines nullatenus ad hæc
„ vaſa accedere valeant, ad reſolvendam
„ ophthalmiam haud alioquin, niſi quod
„ copiam ſanguinis aliquatenus minuant,
„ proderunt; quod utique phlebotomia
„ celerius tutiusque obtinetur. Incom-
„ moda quoque hirudinibus connexa nos
„ ab earum adminiſtratione abſterrent.
„ Puellæ ophthalmia laboranti hirudines
„ applicitæ fuere. Neminem latet, vul-
„ nera ab iisdem facta difficulter quan-
„ doque coire, ac proinde diu adhuc
„ illis amotis hæmorrhagiam perſtare;
„ quod et hic accidit. Oportuit ergo
„ ad eam cohibendam ſpleniola ♁ Galli-
„ co imbuta apponere: cujus cum ali-
„ quid fortuito in oculum deveniſſet,
„ ſymptomata magnopere increverant.
„ Alias ſimili in caſu acetum vini adhi-
„ bitum vidi, quod teneram cutem ag-
„ greſſum humorum ad partes affectas
„ affluxum doloremque cauſando mor-
„ bum adauxit „. At breviter adhæc
J. L. SCHMUCKERUS (*a*) repoſuit: „ D.

(*y*) Elem. phyſiolog. T. 5. p. 429. 439.
(*z*) Deſcript. ocul. human. p. 214.
(*a*) Vermiſcht. chirurg. Schrift. l. c. p. 101.

„ BLOCH (inquiens) adverſus hirudi-
„ num uſum in interna oculi inflamma-
„ tione varia in medium attulit, quo-
„ rum aliqua jam confutata ſunt (*b*).
„ Addam tantum modo, nullatenus ne-
„ ceſſarium eſſe, ut hæmorrhagia aceto
„ aut ſpirituoſis remediis compeſcatur;
„ ſibi illa eſt relinquenda, quoad ſponte
„ ſubſtiterit, quod perquam eſt ſalutare,
„ eo quod ita vaſa amplius depleantur.
„ Hæmorrhagia plerumque aliquo poſt
„ tempore per ſe ceſſat; quam ſi tamen
„ læſa fortuito arteriola quædam foveret,
„ ejus hæmorrhagiam ſine ullo periculo
„ agaricus cohibebit „.

§. 57.

Contraindicant denique miſſionem ſanguinis

1. *Morbus levis.* „ Modica, ait
„ CELSUS (*c*), inflammatio neutrum
„ ex his auxilium (ſcil. nec V. S. nec
„ purgans) deſiderat, ſatisque eſt uti
„ quiete et abſtinentia „. Quod idem
J. PRIN-

(*b*) Allgemein. deutſche Biblioth. 22 Band 1 Stück p. 216.

(*c*) l. c. art. 1. p. m. 281.

J. PRINGLIUS (*d*) tuetur, præſertim ſi ophthalmiam levior externa cauſa (ut ventus, pulvis, &c.) concitavit; neque ſecus alii etiam hic ſentiunt.

2. *Tenuitas acris humorum,* in primis cum inſigni corporis laxitate conjuncta, ubi nimirum notante F. GEACH (*e*) præſentibus acribus doloribus in augmento morbi ſanguis tenuis coccineus apparet, ac pro lardacea cruſta pelliculam viridescentem exhibet, pulſu poſt primam Væ Sem perquam debili facto; enim vero ſanguinem non ultra demendum eſſe monet. Accidit vero non nunquam, ut vigente epidemia aliqua diverſus ſit diverſis in corporibus ſanguinis ſtatus, tenuis in aliis, in aliis phlogiſticus: quo fit ut V. S. tum vario eventu celebretur. Sic in Vratislavienſi A. 1699 epidemia (*f*) „ quibusdam hac „ oculorum inflammatione laborantibus „ V. S. profuit . . . alii ne minimam qui- „ dem utilitatem ex ea ceperunt. Hoc „ et DOLAEUS perſpectum habuit, imo „ auſus eſt ſcribere: Væ So meo judicio „ hic magis obeſt, quam prodeſt, quia „ ſanguis non eſt in culpa, nec ille eſt „ evaſatus. Quæ quidem ratio ſatis je-

(*d*) l. c.
(*e*) l. c. p. 8.
(*f*) Hiſtor. morbor. Vratisl. p. m. 62.

„ juna eſt, ut enunciatio ipſa minime „ vera; nam quod obſuerit Væ So, ne- „ mo noſtrum unquam vidit„. At vero ut minime verum eſt, quod DOLAEUS (g) contendit, inutilem ſemper, imo nocivam quoque eſſe Væ Sem, ita etiam haud verius eſt, nunquam ab eadem nocumentum conſequi; nam etſi id Vratiſlavienſes nunquam forte viderint, viderunt certe alii, ut ex GEACHII verbis liquet.

CAPUT II.

ENEMATA, BALNEA.

§. 58.

ENEMATA duobus præſertim in caſibus hic adhibere oportet, videlicet ad febris vehementiam, ſi adeſt, moderandam, et ad alvum liberam (qua toto morbi tempore opus eſt) tenendam, in iis vel maxime, qui ad ſegnitiem alvi, ejusve difficultatem ſunt a natura proclives.

(g) Encyclop. chirurg. L. 1. C. 10. §. 19. p. m. 81.

§. 59.

BALNEA vero pluribus titulis in ophthalmiæ curatione ſæpe indicantur, eaque vel univerſi corporis, vel ſemicupia aut pediluvia tantum, vel capitiluvia; nunquam tamen præſente adhuc vaſorum plenitudine, ſed poſt vacuatum debite corpus, ſunt adminiſtranda: quandoquidem, ſi calida fuerint, ad ſudores movendos, materiamque morboſam oculis impactam per eos difflandam vel certe ad cutem, ſi ex hac introrſum compulſa fuerat (v. g. achores, herpes, ſcabies, &c.), revocandam, adhibentur. Unde iisdem hic opus eſt cautelis, quas in uſu diaphoreticorum obſervandas diximus (*h*).

1. *Univerſalia* ſeu totius corporis balnea profuturane ſint, GALENUS (*i*) ingenioſe prius determinare ſolebat, ut ſequens ejus caſus docet: „ adoleſcen„ tem (narrat ille) balneavi, cujus me„ dicus non abſque ratione in die 2° ab „ initio venam ſecuerat, et deinceps cu„ raverat medicinis, quas experientia

(*h*) Vide §. 43.
(*i*) Commentar. in HIPPOCRAT. ſect. 6. aphor. 31.

„ cognoverat, cum inflammatio ſola ob-
„ ſideret oculos. Dolebat autem vehe-
„ mentiſſime per quosdam inſultus, in
„ quibus ajebat ipſe ſentire ſe acres hu-
„ mores, qui univerſim fluebant ad ocu-
„ los, quibus excretis licet vehementia
„ doloris ſedaretur, non tamen dolor
„ omnino ceſſabat; et hoc illi per totam
„ 5am accidit diem, majus ſemper ha-
„ bens incrementum. Cum igitur dolo-
„ rem non poſſet tolerare, . . . atque
„ animadverterem humorem influentem
„ non paucum, valdeque acrem, et ca-
„ lidum, primum fomento utendum
„ cenſui experientiæ gratia, tamquam
„ ex ea certius cogniturus, qualisnam
„ foret diſpoſitio; ſolet enim in his fo-
„ mentum parumper quidem dolorem mol-
„ lire, ſed alteram fluxionem advocare:
„ qua enim ratione poteſt id, quod in
„ oculis continetur, diſcutere, eadem
„ ratione alteram quoque ex vicinis lo-
„ cis attrahere valet. Verum quam pri-
„ mum et aquam calidam et ſpongiam
„ afferri juſſi, æger ipſe dixit, expertum
„ eſſe ſæpius tota die id remedium, ac
„ primum dolorem imminuere, ſed pau-
„ lo poſt majorem adducere. Quæ ego
„ cum audiſſem, . . . ſolo balneo . . .
„ ita dolorem ſedavi, ut tota nocte dor-
„ miret æger, nec ſemel aliquem eo-

„ rum, qui juxta dormiebant, advocaret.
„ Ab hinc in reliquis, in quibus per
„ ſigna cognovi influere quidem humo-
„ res acres ad oculos, non tamen cor-
„ pus eſſe plenum, balnei uſu dolorem
„ ſanavi „. Hac itaque ratione, balneumne an fomentum, quæ ambo ad ophthalmiam commendat HIPPOCRATES (*k*), dato in caſu ſit profuturum, GALENUS dignoſcere ſolebat. Sutoris filia apud PEZOLDUM (*l*) ex ophthalmia ab achoribus repulſis uſu diaphoreticorum et balnei eosdem rurſus nacta convaluit. Hinc balnea fontium ſoteriorum toties ophthalmias chronicas ſuſtulere. C. V. KIRCHMEYER (*m*) meminit hominis ruborem oculorum a pueritia paſſi, aliquot balneis in aqua fontis Kukuſenſis et oculis illa elutis plane ſanati. Perinde infans ob ruberrimos oculos diu parum videns poſt varia fruſtra tentata binis balneis, et ablutionibus hujus aquæ frigidis, convaluit. Haud ſecius mulier aliquot balneis et oculorum lotionibus ab eorum fluxu cœcitatem minante liberata eſt.

(*k*) Vide §. 47.
(*l*) Vide §. 22. No 4.
(*m*) Uralter Kukusbrunn, Anhang p. 86. ſq.

2. *Pediluvia* id ipſum, quod balnea, præſtant; modo regimen accedat debitum. Enim vero „ divertunt efficaciter „ pediluvia, quibus ter intra 24 horas „ uſurpatis, poto ſimul liberaliter infuſo „ theiformi, feliciter diſcuſſam eſſe oph„ thalmiam aliquoties vidit „ F. HOFFMANNUS (*n*). Semel prævertendo iis frigus febrile acceſſionis ophthalmicæ morbum hunc periodice recurrentem profligavit, nempe (*o*) „ juvenis genero„ ſus viginti aliquot annorum, conſtitu„ tionis teneræ, et a ſcorbuticis parenti„ bus genitus, capitis dolores et narium „ hæmorrhagias crebrius expertus, de„ fluxionibus etiam catarrhalibus et co„ ryzæ ſæpius obnoxius, vitæque ſeden„ tariæ, literarum amore ductus, ni„ mium indulgens incidit in cephalalgiam „ gravem cum atroci oculorum dolore, „ alvo ſimul adſtricta. Dolor hic erat „ periodicus, ita ut matutino quotidie „ tempore cum rubore et ſeri ſalſi efflu„ xu, præcedente refrigeratione et ſub„ ſequente pulſu celeri, accederet, per „ 6 circiter horas inſiſteret, ac poſtea „ ſenſim diſcederet, die poſt rediturus,

(*n*) l. c. curat. §. 1.
(*o*) Ibidem obſerv. 6.

„ ægro interim nec in ſomno nec appe-
„ titu vitium obſervante, niſi quod ſub-
„ inde poſt cibos ructus experiretur.
„ Detinebat ſingularis hic affectus per
„ menſem ægrum, et fruſtra adhibita
„ fuerunt præſidia varia, collyria, er-
„ rhina, evacuantia, cephalica, nec
„ non cucurbitulæ; tandem vero a me
„ abactus eſt hiſce: ter ſcilicet alternis
„ diebus dedi pilularum harum 20:

℞. Extr. panchym. CROLL.
Gumm. ammon.
☿ii dulcis
Cinnab. nat. ppt. aa ʒj
Extr. croci
Caſtorei aa gr. vj. M. F. cum
Balſ. Peruv. pilulæ ex ſcrupulo

„ No 20. Una ante acceſſionem hora
„ pedes immittere juſſi ad genua uſque
„ pediluvio ex aqua fluviali cineribus
„ clavellatis imbuta, ac dum ſic in bal-
„ neo pedes ſervabantur, ad menſuram j
„ bibere infuſum theiforme ex herba
„ meliſſæ, floribus tiliæ, radice vale-
„ rianæ, et ſemine fœniculi; quo ſudor
„ prolectus copioſus. Veſperi exhibui
„ per aliquot dies ♂em ex pulv. Mar-
„ chionis ʒß, ſuccini, nitri puri, cin-
„ nab. ♁ii rectificati aa gr. viij. Oculo
„ exterius applicare præcepi aquam Re-
„ ginæ Hungariæ cum dupla parte aquæ

„ roſarum et camphoræ momento. Cri-
„ nibus quoque quotidie inſperſus ♂ ex
„ ſuccino ppt. radice ireos Florent. ca-
„ riophyllis aromat. et cardamomo. Qui-
„ bus per octiduum uſurpatis diſceſſit
„ malum; ſed reſtitit nubecula quædam
„ viſum quodammodo intercipiens: quæ
„ tamen crebriori inſtillatione pinguedi-
„ nis viperinæ recentis etiam ſublata „.
Alias (*p*) ophthalmiam a cohibita pe-
dum perſpiratione recurſantem iſthac pe-
diluviis reſtituta profligavit, videlicet
„ Princeps annorum 60 robuſti et bene
„ valentis corporis per 20 et ultra annos
„ menſe Junii ſingulis fere annis gravi
„ et acri oculorum fluxione cum rubore,
„ dolore, et viſus obnubilatione ad 6
„ interdum ſeptimanas moleſte perſeve-
„ rante torquebatur. Poſtea ſponte ceſ-
„ ſavit malum. Ad avertendam hanc
„ moleſtiſſimam paſſionem claros et peri-
„ tos conſuluit medicos, qui multiplici
„ medicatione uſi ſunt, quæ in ſangui-
„ nis detractione per Vᵃᵉ Sᵉᵐ in bra-
„ chio, in fronte, per hirudinum appli-
„ cationem circa aures, et ſcarificatione
„ in nucha et dorſo conſiſtebat. Appo-
„ ſita quoque ſunt veſicatoria et ſetacea

(*p*) Ibidem T. 4. P. 4. C. 5. Obſ. 2.

„ nuchæ; ſed omnia irrito plane effe-
„ ctu: nam appropinquante ſolſtitio æſti-
„ vo protinus malum celerrime oculos
„ occupabat. Narravit mihi Sereniſſimus
„ hunc caſum, eodemque malo denuo
„ affectus conſilium a me petiit. Quæ-
„ ſivi ex eo, an nunquam uſus fuerit
„ pediluviis. Id quod vero factum eſſe
„ negabat, præſertim cum non perſpi-
„ cere poſſit, quomodo læſis oculis ſuc-
„ currere valeant. Ego vero in multis
„ et permagnis oculorum vitiis mirabi-
„ lem me adnotaſſe eorum effectum affir-
„ mavi, et ut eorum uſum admitteret,
„ maximopere ſvaſi. Annuebat conſilio,
„ et poſtquam modum præparandi et ap-
„ plicandi illum, qui ab ejus ſervitio
„ erat, edocui, bis de die mane et an-
„ te cubitum illis uſus intra 3 dierum
„ intervallum tam præſens et efficax le-
„ vamen expertus eſt, ut oculis claritas
„ mox evaneſcentibus dictis incommodis
„ reſtituta fuerit . . . Ad illuſtrationem
„ hujus caſus adhuc pertinet, perſonam
„ hancce Sereniſſimam mane a multis re-
„ tro annis nudis pedibus, nec tecto
„ ſatis abdomine, per aliquot horas ſub
„ dio ambulaſſe, idque maxime æſtivo
„ tempore: ex quo jam facile rationem
„ apparere exiſtimo, quare hic affectus
„ quam maxime circa tempus ſolſtitiale

„ afflixerit . . . Cordatum itaque meum „ fuit confilium, ut in pofterum . . . a „ prava illa confvetudine fe retraheret, „ et matutinum frigus æftivo tempore „ quam follicite caveret. Quo effectum „ eft , ut fequenti anno ab hoc malo „ plane liber evaderet „. Denique (*q*) reliquias etiam ophthalmiæ admodum pertinaces longiore pediluviorum ufurpatione delevit. Etenim „ vir generofus 50 „ et aliquot annorum, temperamenti „ fanguineo-phlegmatici , vitæ aulicæ „ jam per plures annos innutritus, in- „ ordinatum habebat vitæ genus; fiquidem crebro excessum committebat in „ potu vini dulcis , fructibusque ho- „ ræis nimium delectabatur. In vena- „ tione quondam autumnali caput ven- „ tis fortiter fpirantibus inopportune „ expofuit. Poftero die de capitis „ dolore prefforio conquerebatur, quem „ fluxio in oculis acris, afpectu lucis „ femper increfcens, cum rubore et do- „ lore fequebatur. Quod malum negle- „ cta victus ratione, idoneisque mediis „ contemptis , in dies majora cepit in- „ crementa; et quia fimul rei venereæ „ deditus erat , nec a vini potu libera-

---

(*q*) Ibidem Obferv. 5.

„ liori abſtinebat, tam grave factum eſt, „ ut in utroque oculo pene viſum amiſerit. Multos ideo conſuluit medicos, „ et variis quæ hinc inde commendabantur, collyriis ſed inani plane effectu „ utebatur. Ranam per medium diſciſſam „ interiori oculi parti ſuperimponebat, „ quod crebro uſu ab aliis comprobatum „ ipſique commendatum nihil proficiebat. „ Per annum et dimidium hoc moleſto „ affectus malo petiit a me quoque opem. „ Ego proſpexi primo loco diæteticis „ remediis, et ne potui aſſumeret cereviſiam vel vinum ſed aquam frigidam „ ſvaſi. Deinde pediluviis valde temperatis frequentius ex meo conſilio „ uſus eſt paulo longiori in iis mora. „ Tum interdictis omnibus externis ſimplex tantum et vulgare ut in uſum vocet remedium commendavi, ut videlicet ſaliva ſua jejunus antequam ſurgat et poſtea quoque oculos illinat „ frequentius. Quibus ſimplicibus cum „ diu uſus fuerit, accidit, ut diſcuſſa „ prorſus vitiata materia viſus clarus cum „ naturali oculorum conſtitutione reſtitueretur „. Aſt nihil pene his ipſis pediluviis eſt præſtantius ad ophthalmiam e retropulſa vel quacunque alia ratione anomala podagra ortam diſcutiendam, podagricamque materiam ad pedes dedu-

cendam, id quod ſuo proprio facto edoctus eſt J. B. MORGAGNIUS (r): „ contumaciſſima . . . me adoleſcentulum „ (ait ille) ſub hujus initium ſeculi Bononiæ prehenderat ophthalmia cum „ acri ſubinde dolore conjuncta, ut ſæpius capere ſomnum non poſſem, niſi „ palpebris impoſita pulpa tepida pomorum dulcium. Multa commendata ſunt, „ multa adhibui, fruſtra omnia . . . „ Cum igitur omnia naturæ et tempori „ commiſiſſem, et non nihil jam levatus eſſem, non ſic tamen, ut legere „ et ſcribere tunc ſine moleſtia adhuc „ poſſem . . . in patriam pauliſper ſeceſſi, ibique . . . cum . . . utriuſque „ oculi inflammatione et jam propemodum chemoſi conflictarer, ceteriſque „ in caſſum remediis uſus et ſentirem „ ipſe, et amici confirmarent, non eſſe „ amplius differendam ſanguinis miſſionem, animum ſubiit experiri antea, „ quam mihi vena ſecaretur (neque „ enim unquam ſecta fuerat, ut neque „ ad hoc tempus, quo undeoctogeſimum „ annum ago, ſecta eſt), experiri in„ quam, an pediluvium cum lenibus pe-

(r) De ſedib. et cauſ. morbor. Epiſt. 13 No. 24. Epiſt. 57 No 9.

„ dum frictionibus junctum ſatis levami-
„ nis adferret. Quæ cum ſecunda fie-
„ rent veſpera, ecce dolor ad ipſam pol-
„ licis dextri cum metatarſo juncturam
„ adventare podagram ſignificat. Quæ
„ noctu leviter increſcens oculorum in-
„ flammationem ſtatim minuit, et diebus
„ inſequentibus ſuſtulit. Mitiſſima fuit
„ illa arthritis, ut in homine, qui nun-
„ quam antea, ut neque parentes, ma-
„ joresque ceteri, morbo hujusmodi ob-
„ noxius fuerat, nec poſtea niſi 5° poſt
„ anno, ſed vel multo levius, in ſini-
„ ſtro genu ſe prodidit „.

3. *Capitiluvia* autem vel calida, ut Veteribus erat ſolenne, eſſe ſolent, vel frigida. Hæc præcipue tunc ſunt uſui, dum laxitas vaſorum capitis oculorumque reverſiones ophthalmiæ fovent, eique continuo locum dant, ut primum vel levis quædam cauſa procatarctica acceſſerit, quæ ſanguinem aut rarefaciat aut uberius verſus caput determinet. Ejuſmodi laxitati vaſorum capitis nil felicius medetur, quam aquæ frigidæ crebra capiti applicatio. Egregium hanc in rem exemplum M. E. BLOCH (*s*) ſuppeditat de

---

(*s*) l. c. p. 56. ſq.

literato 40 annorum, qui capite oculisque multa lectione debilitatis in itinere perfrigeratus incidit in ophthalmiam. Missus aliquoties sanguis, data refrigerantia et cathartica, tepida pediluvia imperata, admotaque vesicantia illam sustulerant quidem; at si vel per horam legit, aliudve egit, quod motum humorum augeret, cephalalgiam cum levi inflammatione patiebatur. Ne quid intentatum maneret, hirudines quoque applicatæ fuere; at in cassum. Plurimis ergo ad restaurandum vasorum capitis tonum, impetumque humorum versus caput minuendum tentatis, caput demum prorsus derasum principio aqua frigida lavabatur; deinceps vero assvefiebat sensim æger capiti linteis aqua frigida imbutis fovendo: intereaque pediluvium tepidum aquæ fluviatilis, cui surfures cum sapone incocti erant, usurpabat. Porro oculis admovebatur aqua ophthalmica leniter adstringens. Interne vero data infusio frigida corticis Peruv. cum cremore tartari, ea simul præscripta diæta, quæ nec plethoram causaret, nec humorum augeret motum. Ab his cum rubor oculorum tum cephalalgia desiit, pristinaque visus acies revertit. Æger aliquot inde menses balneis frigidis vacans, ac deinceps mane quovis caput frigida abluens ab ulteriori recidiva prorsus immunis evaserat.

CAPUT III.

CUCURBITULAE, RUBEFACIENTIA.

§. 60.

CUCURBITULAE quoque revulsionis scopo remotioribus ab oculis affectis partibus (v. g. nuchæ) applicatæ, citra scarificationem etiam, sæpenumero egregie prosunt, utpote „ per quas in illo „ loco, cui applicantur, tollitur at- „ mosphæræ pressio, vel saltem insigni- „ ter minuitur, inquit SWIETENIUS „ (t), educto aere per antliam aut su- „ ctionem, aut admodum rarefacto per „ linum accensum cucurbitulæ cavo con- „ tentum. Simul ac jam in hoc loco „ minuitur æquabilis pressio aeris in cor- „ poris superficiem, vasa omnia plus „ distenduntur, tumet et rubescit pars, „ et si diu maneant applicatæ cucurbitu- „ læ, vera inflammatio imo et gangræna „ nasci poterunt . . . Difficillimas oph- „ thalmias vix ullis remediis cedentes „ solis cucurbitulis nuchæ appositis sana- „ tas fuisse vidi sæpius „. Quemadmodum vero cucurbitulæ sublata sola at-

---

(t) l. c.

moſphæræ in vaſa ſubtus locata preſſione illa relaxant, ut plus ſanguinis recipere, qui alioquin ad vicinas partes, ac præſertim oculos, influxurus erat, queant, ſicque humores ab oculis avertant: ita etiam

§. 61.

RUBEFACIENTIA ejusmodi locis applicata ſtimulo ſuo humores ab oculis illuc divertendo ophthalmiam imminuunt et diſſipant. „ Debent ergo, inquit
„ BOERHAAVIUS (*u*), applicari omni
„ loco, ubi vaſa nuda ſunt, ad axillas,
„ inguina, poplites, plantas pedum, &c.
„ emplaſtra tenacia, ut ex galbano in
„ aceto ſoluto et emplaſtro de meliloto
„ ana miſtis. Sic excitatur continuo ſu-
„ dor ſub hoc emplaſtro. Si hæc non
„ ſatis trahant, attamen violentius agen-
„ dum eſt, nec cutis laceranda, tunc
„ ſequens conducit:

℞. Alliorum contuſor. ℥j
Fermenti piſtorii q. ſ. Redige in
„ cataplaſma, et calide applica locis
„ vaſculoſis. Hoc eouſque trahit, ut cu-

„ tim

(*u*) l. c. §. 58. p. m. 50.

„ tim leviter inflammet„. Sic v. RIEDLINI (x) matrona „ ſerum acre et in „ corpore mire vagans nacta . . . olim „ jam ulcuſcula in naribus jam in ore „ ſat pertinacia aluerat, jam hæmorrhoi- „ dum dolori ſubjecta fuerat, jam et „ ſcabie laboraverat, et quæ ſunt plura „ mala, quæ commode modo dictæ cau- „ ſæ adſcribi poterunt; quibus præſenti- „ bus cetera ſat bene valet, abſentibus „ vero et difficulter reſpirare incipit, et „ intumeſcere pedes notat. Hoc anno „ ophthalmia correpta fuit, et quidem „ tam moleſta, ut . . . vix hominem „ dimiſerit, quem non, ut remedium „ ſuggereret, rogaſſet; nec quemquam „ ferme fruſtra rogavit, omnibus ſat „ prompte remedium ſuggerentibus, et „ ad cœlum uſque laudibus extollentibus: „ tentavit etiam plurima; at quia nulli „ ſat diu inſtitit, omnia fruſtra, malo „ ſemper ſi non aucto eodem tamen per- „ manente: donec tandem ipſamet, quia „ emplaſtra temporibus applicata in do- „ lore dentium profuiſſe noverat, haud „ male eandem cauſam et hoc malum fo- „ vere credens jam quoque eadem appli-

(x) Lin. med. ann. 3. Septembr. 9. p. 601. ſqq.

„ cavit, . . . ſat etiam feliciter; ex il-
„ lo enim tempore ophthalmia in dies
„ magis remiſit, tandemque plane . . .
„ ceſſavit „. Cujusmodi autem emplaſtrum illud fuerit, etſi Auctor notare neglexerit, e vulgari tamen empyricorum praxi colligitur, ea ut plurimum rubefacientia eſſe. De ſinapismis ad plantas pedum admovendis, ut in malis capitis febrilibus fieri vulgo aſſolet, non eſt, cur multis agam, utpote de re nemini ignota; at referendane aliquatenus ad eosdem ſit herba chelidonii, non inutile eſt, ſcrutari: quandoquidem referente eodem V. RIEDLINO (y) puero non dum ſeptenni e dentitione ophthalmia leviore correpto alligata per noctem plantis pedum chelidonii herba; tanquam euporiſto nunquam fallente, illius vix veſtigium poſtridie ſuperfuerit, et quoties revertebatur malum, eodem rurſus remedio ſemper profligatum fuerit. Meretur ſane remedium hoc in teneræ ætatis commodum ab aliis quoque tentari. Idem remedium jam P. FORESTO (z) notum fuit: „ Hollandiæ Præſes (ait ille)
„ narravit mihi, cum aliquando juvenis

(y) Ibidem Octobr. 5. p. 669. ſqq.
(z) l. c. Obſ. 5.

„ Coloniæ agens inflammationem ingen-
„ tem et oculi inflationem pateretur, ei
„ a medico consultum fuisse, ut albumen
„ ovi ad ½ horam concuteret, mox ad-
„ jecta aqua rosacea panno lineo in eo
„ humore intincto ac continuo oculo im-
„ posito ', deinde et radice chelidoniæ
„ contusa, addito panis fermento et nu-
„ chæ apposito, et foliis ejusdem una
„ cum racidibus simul contusis pedibus
„ admotis: quo facto egregie conva-
„ luit „. Ceterum in chronicis ophthal-
miis acriora rubefacientia sunt in usum
vocanda, cujusmodi sunt

1. *Urtica urens*, de qua J. D. GOHLIUS (*a*) „hoc saltem (ait) . . . memo-
„ rare placet, quod ex (cujusdam) fe-
„ minæ observatione annotaverim, quod
„ urtica minor urens in gravi proprii in-
„ fantis ophthalmia plus urendo vel ru-
„ befaciendo præstiterit, quam vesicato-
„ riorum usus „.

2. *Thymelææ cortex*. Apud LE ROY (*b*) infans pravo lacte enutritus incidit in atrophiam quotidie invalescentem non sine interitus metu. Circa 4um

(*a*) l. c. Dec. 1. Vol. 7. Sect 1. p. 52.
(*b*) Versuch über den Gebrauch u. die Wirkungen der Seidelbastrinde § 17. p. 93. sqq.

ætatis annum artuum paralysi laborare est visus, adeo ut dextri brachii, quod brevi post oedematosum evasit, usu prorsus caruerit. Quo facto infans melius valere cœpit, dolorum, quos ante sæpe vehementerque sensit, jam immunis. Cum vero frustra tentata fuisset oedematis hujus critici discussio, malo demum consilio apertum nil nisi sanguinem præbuit; vulnus erat insigne, et humor inde prodiens manum infantis ita pessumdedit, ut arrosis mollibus partibus illam ex toto perforarit. Non nullas ejus partes caries vitiavit, fragmentis ossium inde, dum ulcus jam sanatum crederetur, prodeuntibus. Cumque tendines extremarum duarum in digitis phalangum, nec non primæ in medio et indice, humoris acrimonia depopulata fuerit, phalanges hæ sponte secesserunt. Ulcera biennio manserunt ex cruento purulenta, licet nil internorum externorumque remediorum ad cohibendum hoc malum fuerit neglectum. Anno ætatis 6° puer malignis admodum variolis laboravit, nigræ papulæ exaruere mox, ubi emerserant, &c. Inde convalescenti pessima supervenit ophthalmia, quæ post diuturnam curationem institutam eradicari non potuit, ægro nec diurnam nec vespertinam candelæ lucem ferente. Idcirco fonticulus quolibet in

brachio excitatus; et cum parum inde proficeretur, nucha quoque setone trajecta, ac demum etiam vesicans ibidem superadditum. Jura medicata, serum lactis, et identidem cathartica, toto hoc tempore in usum ducta, idque per aliquot annos. At usque adeo frustra omnia, ut ne glandularum quidem colli prævertere quiverint tumores, brevi in ulcera abeuntes. Suppuratio tot locorum aliquatenus tantum oculis levamen attulit, malis ceteris ad 11 usque ætatis annum durantibus. Tum vero e muliercula cujusdam consilio thymelææ cortex adhiberi cœptus, sepositis omnibus aliis remediis, hac unica cum cautela, ut crudis salsisque cibis puero interdiceretur. Intra trimestre oculi sani effecti, ulcera manus parcius fluxere, tumores glandularum colli subsidebant, et post annum puer sanitatem consecutus videbatur: unde etiam deligationis pertæsus corticem porro gestare abnuit; at non multo inde post visus imbecillitas revertebatur, quam resumpta corticis gestatio brevi iterum sustulit. Verum cum immoriger puer denuo corticem gestare fastidivisset, diutiusque impune id laturum se se existimaret, aliquanto inde post nova imminebant reversuri mali indicia, queis conterritus æger, jamque obsequentior,

corticem rurſus geſtandum admiſit, quem ubi poſt confirmatam ſanitatem in ſemeſtre adhuc portaſſet, ſanus in poſterum vixit, quod 3½ annis geſtato cortici thymelææ in acceptis debuit. Quod cum circa 15 ætatis annum accidiſſet, 25° anno ex Anglia ad ſuos redux ſanum ſe adhuc ſenſit, niſi quod pallidula eſſet facie, halituque pravo. Cum vero thymelæa haud ubique locorum proveniat, ejus in locum ſuffectus eſt

3. *Mezerei cortex* a L. F. E. RUMPEL (*c*), utpote earumdem cum thymelæa cortice virium, imo majorum etiam; nam „ poſtquam Gnidii mihi „ (inquit ille) copia facta eſt, et alteri „ brachio ejusdem perſonæ cortex Gni- „ dii, alteri cortex Mezerei a me im- „ poſitus eſt, hunc præ illo multo ci- „ tius et multo copioſius humores at- „ trahere cognovi; mezereum enim in- „ tra 24 horas, Gnidium vero intra 48 „ horas demum hunc effectum produxit „ . . . Femina 40 pluriumve annorum, „ infirmi et tenelli corporis habitus,

---

(*c*) Act. acad. Electoral. Mogunt. A. 1778-9. Comment. 19. p. 200.

„ vehemente febri catarrhali invade-
„ batur, qua per aliquot ſeptimanas
„ graviter decumbebat. Febri aptis re-
„ mediis expulſæ ſtatim ſuccedebat oph-
„ thalmia ſeroſa continuo adeo ingra-
„ veſcens, ut lucis aſpectus ſine acerbo
„ dolore perferri non poſſet, ipſeque
„ viſus ſenſim obnubilaretur. Cortex
„ igitur noſter impoſitus id effecit, ut
„ malum quotidie decreſceret, et poſt
„ 14 dies plene ſanaretur „ (*d*).

CAPUT IV.

ERRHINA, APOPHLEGMATISMI.

§. 62.

Inter ea remedia, quæ poſt humorum copiam ſanguine miſſo, alvo ducta, &c. debite, ſi neceſſum fuerat, imminutam affluxum eorumdem ab oculis avertunt, et ad vicina loca et colatoria derivant, merito illa quoque ſunt referenda, quæ humorum in ore naribusque ſecretionem augendo copiam eorumdem ab oculis illuc avocant, videlicet

---

(*d*) Ibidem p. 201. obſ. 1.

I. ERRHINA, quæ naribus immiſſa majorem inde muci proventum cauſant, et dum ſternutationes quoque movent, concutiendo ſtagnantia in oculorum vaſis ea loco movent atque in circulum humorum reducunt. „ Ego, inquit GUERIN (*e*), ptarmica ſæpe magna cum „ utilitate in uſum duxi; omnium vero „ princeps erat ☿ dulcis ſaccharo re- „ mixtus, quo remedio humores ex „ omni pituitaria membrana narium pro- „ liciuntur . . . Vidi ſolius hujus pulve- „ ris uſu magnas contumacesque oph- „ thalmias fuiſſe profligatas . . . Obſer- „ vandum tamen eſt, ſenſilitatem pitui- „ tariæ membranæ narium, dum a ptar- „ micis irritatur, non eandem eſſe omni- „ bus, ac proinde a minore illorum do- „ ſi initium eſſe capiundum; nam in „ non nullis, queis conſilium hoc ſum „ impertitus, ſolus ☿ ſacchari ſufficien- „ tes movit ſternutationes: idcirco ☿um „ dulcem non niſi aliquo poſt tempore „ ei adjicio, refracta primum doſi, ean- „ dem deinde ſenſim augendo, quoad na- „ rium fluxus tantus fuerit, quantum „ ophthalmia curanda exigit „. Plura etiam de hocce remedio in mea Amau-

(*e*) l. c. p. 29. ſqq.

roſeos hiſtoria (*f*) videre eſt. „ Incidit „ hic, refert etiam J. V. WILLIUS (*g*), „ memoria reſtitutæ . . . 1672 Ratisbonæ „ puellæ triennis, cui quidquid feroſo- „ rum erat excrementorum, ad oculi „ dextri regionem confluxerat, intume- „ ſcentibus ita circa oculum partibus, „ ut necquidquam videri poſſet . . . au- „ cto præſertim circa noctem dolore . . . „ Conclamata videbatur ſalus oculi; cum „ tentata per plures dies omnia nucis ne „ caſſæ pretium effeciſſent. Tandem „ obſtructio alvi ſyrupi roſar. ſ. ſ. exhi- „ bitione debellata, . . . tum illitum „ chryſma (*h*), et majorana recens na- „ ribus eo ſucceſſu admota fuit, ut alte- „ ra ſtatim die detumeſcere oculus et „ conſpectui ſe dare occeperit, brevi in- „ tegra ſanitate ſubſequente, materia „ vero per nares evacuata tam acri, ut „ etiam labia eroderet „. Diffidit qui- dem errhinis præſertim ptarmicis M. ETTMÜLLERUS (*i*), quod oculis etiam ſanis male ceſſiſſe ſint obſervata; ſed id nunquam, niſi corpore humoribus pleno

---

(*f*) Part. 2. §. 101. p. 546. ſq.
(*g*) Act. med. Hafnienſ. Vol. 2. Obſ. 120. p. 303.
(*h*) Vide §. 72. II. No 2. g).
(*i*) l. c. p. 596.

et imprudenti illorum usu, accidit: cautelæ tamen, quas præscribit, non sunt prætervidendæ, nempe „ si tamen interdum (ait) eadem usurpanda, 1) applicanda sunt eadem non in principio, „ sed in declinatione, 2) sedata jam maxima ex parte inflammatione, quæ ut „ plurimum accedere solet, 3) moderata applicanda sunt sternutatoria, nullo vero modo acriora aut fortiora „.

2. APOPHLEGMATISMI, qui mucum oris uberius proliciunt, forma collutorii, masticatorii, fumi e fistula sucti, &c. usurpandi. Sic narrante J. A. GENSELIO (*k*) „ septuagenarius quidam „ ... perspicillis olim utens ophthalmia „ sæpius laboravit: hinc fumigationi tabaci indulgens claram oculorum aciem „ recuperavit, et etiamnum nonagesimum sextum jam agens annum intemeratam usu nicotianæ huc usque retinuit „.

(*k*) Annal. Vratisl. Tentam. 8. A. 1719 Jun. Cl. 2. art. 3. §. 3. p. 675.

CAPUT V.

RASURA CAPITIS.

§. 63.

RASURA *capitis* cum in ophthalmiæ curatione ſæpe ex accidente ſit neceſſaria, ut nimirum topica ei remedia aptius applicari queant, velut dum caput aqua vel balnei, jubente CELSO (*l*), vel frigida, ut in BLOCHII (*m*) literato, abluendum eſt, aut imponenda veſicantia (*n*); tum per ſe etiam quandoque inflammationes oculorum diſcutere eſt obſervata: quatenus videlicet ablata denſa prolixaque cæſarie, quæ calorem capitis fovendo laxitatem quoque vaſorum in illo oculiſque tuebatur, aer frigidulus caput libere allambens et humiditatem exuberantem difflat, et amiſſum vaſorum tonum reſtaurat. Viſi ſane fuerunt et pueri moleſtos diuturnoſque achores paſſi, quos ubi nulla medendi methodus profligare potuiſſet, ſola capillorum detonſio brevi abegit. Verum cum ipſa hæc raſura capitis PREUSSII (*o*) ac

(*l*) Vide §. 47.
(*m*) Vide §. 59. No 3.
(*n*) Vide §. 64.
(*o*) Vide §. 37 No 3. a)

REIMANNI (p) in casibus metastasin tantum ophthalmiæ, et ad vitalia quidem, non sine metu gravioris ægritudinis effecerit, merito ambigere licet, num tuto unquam caput radatur? præsertim cum in achoribus quoque non raro pravæ inde metastases fuerint consecutæ. Si quid video, detondere caput in dictis malis non utile modo est, verum morbis his in diuturnitatem abeuntibus etiam perquam necessarium; at eodem utique tempore et cathartica per vices exhibere oportet, queis materia in majora vasa frigore retrocedens e corpore subducatur, et vesicantia aliave id genus cuti sunt apponenda, ut huc quoque illa pro parte, ubi nil periculi metuere est, deducatur. Quod quia in memoratis ante ægris præstitum non fuit, materia morbi sibi naturæque relicta ad pulmones consedit. Numquid PREUSSII ægro ortam inde tussiculam exhibitum purgans continuo sustulit? Interea tamen ubi diuturnæ ac variæ præmissæ sunt vacuationes cum aliis præsertim idoneis etiam remediis, facta deinceps capitis detonsio lætum habere successum poterit. Sic

(p) Ibidem.

v. RIEDLINO (q) alius medicus „recensuit,
„ se habere filium, qui 4° fere ætatis anno
„ tam graviter hoc malo (ophthalmia) la-
„ borarit, ut aliquoties de visu ejusdem
„ actum esse metuerit; cumque præser-
„ tim malum semper exasperatum fuerit,
„ quando dens novus eruperit, inde qui-
„ dem originem suam præcipue malum
„ traxisse nullum unquam superfuisse du-
„ bium; at quoniam vel dentibus jam
„ luci expositis nihilo minus nunquam
„ plane cessaverit malum, ne graviora
„ subsequerentur, se quam plurima ad-
„ hibuisse remedia, quin tandem ad ge-
„ nerosa quoque se devenisse, et vix
„ quadriennis brachiolo fonticulum inus-
„ sisse. Ut ut vero hic non parum pu-
„ ris fuderit, levamentum tamen, quod
„ ejusdem inustionem subsecutum fuerit,
„ tam exiguum exstitisse, ut non solum
„ qua oculos melius se non habuerit,
„ verum et difficilis respiratio, quæ si-
„ mul puerulum subinde noctu præser-
„ tim tantum torserit, ut fere eum suf-
„ focarit, eodem ut olim modo institे-
„ rit. Unde cum per integros 7 annos
„ sic frustra aluisset hoc ulcusculum arti-
„ ficiale, tandem se cicatricem induce-

(q) Curar. medic. millenar. No 214.

„ re, locoque hujus capillos aliquoties „ rescindere jussisse: quod mala memorata sic DEI gratia imminuerit, ut jam „ eorum vix quædam memoria supersit, „ nisi quod pueri incrementum fonticulum impedivisse totus fere credat „.

CAPUT VI.

ULCERA ARTE FACTA.

§. 64.

VESICANTIA, quod ulcerando cutem humorum ab oculis fluxum ad locum, cui applicantur, derivent, maximi semper a medicis habita fuere. Nescio tamen, cur iis diffisus sit BOERHAAVIUS (r) „ derivantia quoque (dicens) „ ex omnibus maxime hic requiruntur; „ omnis enim cura hujus morbi . . . „ consistit in eo, ut suppuratio impediatur: ea autem impeditur, quando motus imminuitur, et impetus sanguinis „ infringitur, eum aliorsum derivando „ . . . Omnes fere medici hic applicant

(r) l. c. §. 58. p. m. 50.

„ veſicatoria ex cantharidibus confecta;
„ verum dubii eventus ſunt: quatenus
„ locum exulcerant, juvant egregie, et
„ ſi ſtatim hoc fit, tunc ægrum ſanare
„ poſſunt: ſed quatenus partes ſanguini
„ intermiſcendo agunt, inflammationem
„ et ideo malum oculorum augent „.
Id ipſum etiam eadem pene ſententia obmovit J. L. ODHELIUS (*s*). At nudam hæc theoriam ſapere merito regerit A. G. RICHTERUS (*t*); quandoquidem eadem etiam ratione veſicantia in pleuritide futura eſſent noxia, quod experientia abunde refellit. At inquiunt, ipſa quoque experientia edocuit, veſicantia in ophthalmia fuiſſe nociva; etenim
„ ante ſexennium circiter, inquit C.
„ SCHWENKFELT apud W. GABEL-
„ CHOVERUM (*u*), vir nobiliſſimus ve-
„ hementi ophthalmia ex acri defluxio-
„ ne correptus chirurgum imperitum
„ ejus loci conſuluit; qui cum fluxum
„ ab oculis ad cervicem retrahere moli-
„ retur, emplaſtrum ex cantharidibus

(*s*) Apud RICHTER chirurg. Biblioth. 2 Band 2 St. p. 177. ſq.
(*t*) Ibidem.
(*u*) l. c. Cent. 4. ſchol. ad curat. 38. in fine p. 76.

„ nuchæ impoſuit: ex cujus uſu ulcus
„ ſummæ malitiæ, gangrænoſum, late
„ ſerpens enatum fuit cum epatis et re-
„ num inflammatione, comitante gonor-
„ rhœa; ut ob id in ſummum vitæ
„ periculum inciderit; et niſi chirurgo-
„ rum peritorum diligenti opera fuiſſet
„ malum repreſſum, tabe conſumptus
„ fuiſſet„. Porro „ juvenis quidam Pa-
„ tricius, refert V. RIEDLINUS (*x*),
„ ophthalmia gravi jam per aliquot men-
„ ſes detentus, quoniam præſertim me-
„ tus ſubfuit, ne viſui malum tam diu
„ inſtans damnum inferret; varia a va-
„ riis commendata remedia in uſum du-
„ cta fuere, et inter hæc veſicatoria
„ quoque, quæ tum poſt aures tum bra-
„ chiis applicata non parum quidem ſeri
„ e glandulis cutaneis elicuerunt; at uti
„ nec minimum quidem profuerunt, cum
„ præſertim . . . apertæ ſervari veſicæ
„ nullo modo potuiſſent, ſed quævis ap-
„ licata, quin vel veſicatoria iterata non
„ tam ſerum novum elicuerint, quam
„ partem affectam exſiccaverint, et do-
„ lores concitaverint: ut adeo brevi ci-
„ catricem inducere opus habuerimus„.
Verum enim vero quod primo in caſu
obfue-

(*x*) Curar. medic. millenar. No 295.

obfuerint loco, cui appofita funt, uti fatis liquet, oculis nocuiffe etiam, neutiquam liquet, uti id ipfum in altero quoque cafu videre eft, ubi tantum modo memorantur nil profuiffe. Et fi in utroque etiam cafu ophthalmiam auxiffent, quid mirum fuiffet, cum tam amethodice fuerint in ufum ducta? Ceteroquin vero teftante M. ETTMÜLLERO (y) „ vefi„ catoria nuchæ aut etiam pone aures „ applicata . . . pro averfione ufitatiffi„ ma ac fane proficua funt. Ut ut enim „ hæc faltem fint remedium palliativum, „ et medeantur ophthalmiæ a pofteriori; „ tamen veriffimum eft, quod multum „ illa valeant. Neque ipfe crediđiffem „ (ait) horum fructum adeo infignem „ effe, nifi ipfe eundem vidiffem. Et „ quidem nuchæ applicata juvant fenfibi„ liter, fi recte fluant; quia ibidem ar„ teria cervicalis fe dividit in duas par„ tes, interiorem etiam ad oculum pro„ gredientem, et in exteriorem circa „ nucham hinc inde diffeminatam: unde „ veficatoria, dum in nucha faciunt do„ lorem, auctiorem eo fanguinis promo„ vent fluxum, dum ex ramo hoc inte„ riori fit derivatio quafi ad ramum ex-

(y) l. c. p. 592.

„ teriorem, ut minori impetu ac copia „ ſanguis ad oculum affluat „. Et A. G. RICHTERUS (z) „ ortam (inquit) inflammationem egregie diſſipat uſus emplaſtrorum veſicatoriorum. In primis „ illa proſunt, ſi magna ſunt, et loco, „ qui ab oculo affecto non nimis diſtat, „ applicantur, ſique exulceratio, quam „ pariunt, diu protrahitur. Inde nuchæ . . . pone aures . . . „ imo ipſis temporibus impono hæc „ emplaſtra manum majorem aliquando „ æquantia . . . Vidi vero aliquoties ſub uſu veſicatoriorum rediiſſe „ corneæ claritatem ſpe et exſpectatione majorem „ (*). Et ophthalmiam in primo ſuorum ægro (a) ſolis iteratis catharticis ac veſicantibus percuravit. Perinde F. HOME (b) veſicantia temporibus applicata, præſertim ſi ulcera eorum ope unguenti in fonticulis uſitati dies aliquot in fluxu ſerventur, in pertinacibus ophthalmiis optimum eſſe teſtatur auxilium. Et R. RESTAURANT (c)

(z) Obſ. chir. faſc. 1. Cap. II. p. 113.
(*) Ibidem p. 115.
(a) Ibidem Cap. 13. obſ. 1. p. 122. ſqq.
(b) Cliniſche Verſuche 2 Abſchn. p. 35. ſq.
(c) HIPPOCR. de inuſtionib. ſive fonticulis L. 2. Sect. 8. p. 162.

„ nihil (ait) utilius inuſtionibus ad ca- „ put, cervicem, ſed præcipue ad tem- „ pora e directo oculi laborantis, parvo „ veſicatorio factis, quibus inflammatio- „ nes graviſſimas unius diei ſpatio ad ſa- „ nitatem perductas fuiſſe expertus ſum „ in quavis tempeſtate anni tum frigida „ tum calida „. Porro C. BISSET (*d*) non nullis in caſibus obſervavit veſicantia a capitis vertice ad ſyncipur uſque applicata et dies aliquot in fluxu ſervata celerius revellere, quam ſi occipiti, nuchæ, maxillæ, vel pone aures applicentur, adeo ut ſæpe intra breve tempus vehementiſſimam ophthalmiam humidam vel ſuſtulerint, vel minuerint admodum. „ Ad illas autem partes, in- „ quit A. STÖRCK (*e*), a quibus acris „ materies oculos verſus derivata fuit; „ cataplaſmata irritantia, et ſi poſſibile „ ſit, emplaſtrum veſicans apponendum „ eſt, ut ſic demum omnis acrimonia „ ad eas revocetur „. Videamus vero jam exempla veſicantium artubus, nuchæ, pone aures, ad tempora, imo ad ipſum caput cum fructu hic applicatorum. „ „ Vetula quædam in Italia uxor cujus-

(*d*) l. c. p. 105.
(*e*) Præcept. med. pract. T. I. p. 83.

„ dam ſerpentarii cum oculos haberet „ lippientes, lacrymantes, et ſanioſos „ cum intenſo dolore et prurigine, cum „ nullis remediis poſſet curari, tandem „ raſo capiti emplaſtrum impoſitum eſt, „ quod conſtabat ex ʒ^e cantharidum, et „ fermento ac melle, excitatisque veſi- „ cis ac ruptis butyro impoſito ac de- „ mum caulis folio; quo præſidio perfe- „ ćte curata fuit, ut ex arcanis GISB. „ HORSTII . . . Romæ exaravit „ P. FORESTUS (*f*). Perinde refert L. HEISTERUS (*g*) puerum quadrimulum tanta utriusque oculi laboraſſe ophthalmia, ut eos nec aperire fere, nec luci objicere poſſet, quam vitaturus omnimode pronus in faciem ſemper jacebat. Veteranus medicus oćtiduum efficaciſſimis remediis internis externisque in caſſum datis, tandem raſo capitis vertici ante ſomnum impoſuit veſicans nummum imperialem magnum. Et ecce mane poſtero inflammatio tantopere jam imminuta viſebatur, ut puer oculos et aperire et circumſpicere libere quiverit. Plaga inde veſicantis rite tractata oculi intra triduum ita emendati ſunt, ut inflammatio-

(*f*) l. c. ſchol. ad obſ. 12.
(*g*) Medic. chir. u. anat. Wahrnehm. I Band n. I.

ne prorſus ablata puer priſtino gauderet viſu. Hoc ipſum remedium Auctor poſtmodo ſimilibus in caſibus ſæpenumero egregio cum ſucceſſu adhibuit. Apud J. A. REIMANNUM (*b*) „ femina nobi„ lis ſanguineo - melancholica, aliquot „ liberorum mater, chronica inflamma„ tione oculi ſiniſtri, ſæpiusque quam „ primum ſe aeri liberiori exponeret, „ recidivante correpta, neſcitur qua ex „ cauſa, fuerat. Hæc præter alia me„ dicamenta, quæ averſabatur. conſilio „ cujusdam medicaſtri utrisque tempori„ bus applicavit veſicatorium, et ex hoc „ tempore ad præſens uſque abſque o„ mni ulteriori recidiva ſaniſſima degit. „ Doloroſa equidem eſt veſicatorii effi„ cacia hac in parte corporis; experiri „ tamen voluimus in aliis ſimili morbo „ affectis ægris, ſed ſemper ſpe fruſtra„ ti ſumus; licet enim præſentem in„ flammationem alleviarent, recidivam „ tamen tollere non poterant „. Id utique raro admodum efficiunt; cum ulcera illorum in menſes annosque aperta teneri ſine immenſo ægrorum incommodo nequeant, quem in finem fonticuli iis ac ſetacea ſubſtituuntur: ſed præſentem

(*b*) l. c. p. 119.

humorum in oculos fluxionem ab iis minui, aliorſumque averti, ſatis utique eſt; quod quanti ſæpe ſit, dum poſt alia in caſſum tentata ſolis id veſicantibus obtineri poteſt, docet V. RIEDLINI (i) caſus: „ femina quædam 20 annorum, „ cetera quidem ſana, at gibboſa, cum „ inde menſium fluxum nunquam ordinarium experta fuiſſet, via ſanguini ad „ inferiores partes quodammodo interclusa ex eodem ad ſuperiora regurgitante varia mala faciei in primis inſidiantia patitur, inter quæ bis terve „ jam ophthalmia præſertim moleſta ex„ ſtitit, quæ nempe oculo dextro tantas „ inſidias ſtruxit, ut bis terve jam illius „ uſu per aliquot dies caruerit. Ut ut „ vero cauſæ præſertim, et quidem variis modis obviam iverim, et menſes „ movere tentaverim, unde martis in „ primis uſum aliquoties ſic ſat diu continuavit, aliquoties etiam purgantia „ convenientia ſumpſit, et quædam alia „ quoque diligenter in uſum duxit. Sicuti tamen ſcopum hunc aſſequi nunquam potui (nam licet bis terve venæ „ uterinæ aliquantum fuerint, ſtatim „ tamen ſanguinem profundere ulterius

(i) l. c. No 584.

„ iterum desierunt), ita ophthalmia cum „ fœnore rediit. Unde aliquando post „ aures vesicas excitari jussi: et ecce! „ emplastro hunc in finem imposito vix „ operationem suam exserente statim o- „ culi dolor remisit, inflammatioque o- „ mnis sic sublata fuit, ut vix indici- „ um tanti mali superfuerit. Cumque „ post aliquot hebdomadas malum redi- „ isset, sponte ad prius remedium redi- „ it; licetque nunc in brachio dextro „ serum peccans sic elicuerit, quam pri- „ mum tamen percepit emplastrum vesi- „ catorium cuticulam aggressum fuisse, „ summum statim iterum in oculo leva- „ men notavit, qui paulo post integre „ restitutus fuit „. Sæpenumero etiam vesicantia mox post vacuationes alvi ac sanguinis applicata ita ophthalmiam minuunt, ut reliquiæ topicis ad oculos deinde adhibitis celerrime dissipentur. Sic cum G. HORSTII (*k*) puella octennis e copiosissimis faciei præsertim variolis amblyopiam oculi dextri cum macula ante iridem et vicinarum partium inflammatione pateretur, post datum hygragogum e morsulorum mechoacannæ ℨiij applicatum pone aurem sinistram vesicans, et

(*k*) Obss. medic. Lib. 2. Obs. 19.

plaga ejus per aliquot dies appositis bis quotidie brassicæ foliis in fluxu detenta, ita minuit inflammationem, ut reliquum illius facile abegerit sequens oculis admotum F. PLATERI (*l*) cataplasma:

℞. Pulpæ pomor. dulc. ℔ß. coq. in
∇æ fœnic. et ros. s. q. ad pult.
consist. adde
Mucilag. sem. fœnugr. ℥ij
Lap. hæmat. ppt. ʒj. M. applicetur

per dies aliquot, in primis somni tempore. Ad maculam porro abigendam roborandumque oculum post cataplasmatis usum crebro eluebatur oculus MRa sequenti (cujus solius crebro usu maculas et suffusiones plane sublatas vidit Auctor):

℞. ∇æ Rosarum
— Fœnicul. aa ℥iij
Margarit. pp. ʒj. M.

Interdum pertinacior morbus iteratam vesicantium applicationem exposcit, cujusmodi exemplum apud BAYRUM (*m*) reperire est de viro diuturnam ophthalmiam serosam et ad remedia quæque contumacem passo, cui demum vesicans e fermento et cantharidibus ad collum se-

(*l*) Observ. med. Lib. I. p. m. 107.
(*m*) L. 3. C. 16. (v. FOREST. l. c.)

mel atque iterum applicatum, diuque in fluxu servatum sanitatem reddidit (inuncto tamen quotidie palpebris, quæ ruborem asperitatemque simul contraxerant, unguento rosaceo), nunquam abhinc amplius reverso morbo. Magis insignem ejusdem commatis casum G. SCHUSTER (*n*) suppeditat de viro 50 annis majori, qui semper ante sanus nuper media æstate conflictari cœpit hemicrania dextri lateris cum oculi dextri taraxi. Cum medicum nactus fuisset æger remediorum magis quam indicationum gnarum, præpostera eorumdem sine discrimine per 4 menses administratione morbus uterque usque adeo in horas crevit, ut taraxis in gravissimam adoleverit chemosin cum aquei humoris conturbatione. Accersitus tum circumforaneus ophthalmiater adhibitis rursus aluminosis, spirituosis, aliisque calidis malum ita reddidit deterius porro, ut dextri oculi ex atro rubentis pupilla evaserit ovalis, et in lævum quoque oculum inflammatio serpserit. Inde ab Augusto in Martium usque afflictus æger Auctoris demum opem poposcit. Dempto itaque sanguine, subductaque alvo, vesicans palmam

(*n*) Obs. med. chir. de chemosi 4. Lipsiæ 1754.

latum ad processum mastoideum in occipite poni ac 10 dies in fluxu teneri ille jussit; cujus plaga non dum consanata alia duo vesicantia internæ brachiorum superficiei admota rursus 8 aut 10 dies in fluxu servabantur; hisque ad consanationem tendentibus rursus alia suris pedum sunt admota. Diæta interea blanda, aquosa ac tenuis imperata. Oculis loco obscuro non fumoso commorantibus collyrium ex aqua sclopetaria et sambuci, croco, camphora, ac demum saccharo Saturni ope linteoli tepide applicatum, eique sacculus vino calido imbutus et aqua Reg. Hungàriæ camphorata conspersus, cumque inaruit, rursum madefactus, superimpositus. Interne infusa idonea purificantia cum regulo ♁ii medicinali parata pro sorbillando data. Queis effectum est, ut vehementes capitis dolores intra septimanam levarentur, et rivi inflammatorii bulbum palpebrasque occupantes discussi plane exsiccarentur. Primis diebus æger meliuscule habens insequentibus ex toto recte valere visus est. Oculus lævus intra mensem prorsus sanatus fuit, dexter autem nativa figura et colore recuperatis cicatricem corneæ non exiguam, a qua pupilla aliquatenus tegebatur, retinuit visui magnopere officientem, ut oculi hujus visu æger ca-

ruerit. Cum autem plerique omnes veſicantia locis oculo affecto vicinis (capiti, temporibus, pone aures, nuchæ) imponi jubeant, ſciendum eſt, interdum contra eſſe faciendum; namque F. HOFFMANNUS (o) „ obſervavit, quod in „ nucha non adeo conducant (puta ſem„ per), ſed potius dolor inde augeatur; „ cum contra pedibus admota ſæpe ſimul „ ac humor ſtillare incipit, dolorem le„ vent,„ id quod pulchre confirmat caſus OEHMBII, quem in ſuperioribus (p) dedimus. Quod tamen cum a priori (ut ajunt) prænoſci vix poſſit, ab effectu æſtimandum erit. Denique ubi veſicantia inflammationem imminuunt quidem, at non ex toto abigunt, vel abactam prævertere nequeunt, eorum in locum diuturniora ulcera ſunt excitanda, qualia præ primis in nucha vel artubus excitantur, nempe

(o) Diſs. de veſicant. et fonticulor. circumſpecto in medicina uſu §. 12. Opp. T. 6. p. m. 69.
(p) Vide §. 48 No 4.

§. 65.

FONTICULI, *ſetacea*, quorum efficiendi modum in L. HEISTERO (*q*) videre eſt. Quantæ autem hæc ulcera ad ophthalmias peſſimas conſanandas ſint efficaciæ, numeroſi caſus commonſtrant. Sic „ coquus monachorum . . . pituita ad „ oculos deſcendente graviter vexabatur: „ factis tandem evacuationibus univer- „ ſalibus ac particularibus laqueum ad „ nucham indidimus, inquit AMATUS (*r*), „ et bene habuit „. Perinde G. F. HILDANUS (*s*) in continenti ad oculos defluxione „ continua (ait) ut invenia- „ tur diverſio aliqua, neceſſe eſt; alio- „ quin reliqua omnia fruſtra adhiberen- „ tur. Nulla autem diverſio præſtantior, „ nulla utilior, imo et ſecurior inveni- „ ri poteſt ſetaceo et fontanellis, ut ego „ ſæpiſſime et in multis expertus ſum, et „ in dies experior „. Inter quos (*t*) „ A. 1603 curandam habui puellam . . . „ 12 annos natam, quæ præ defluxione

---

(*q*) Chirurgiæ P. 2. C. 19. & 101.

(*r*) l. c. Cent. 1. curat. 43

(*s*) Epiſt. med. 56. (Opp. p. 1001.)

(*t*) Obſ. et cur. medic. chir. Cent. 1. Obſ. 41. exempl. 4.

„ et inflammatione ad oculos visum plane amiserat. Purgato corpore, institutaque victus ratione, et setaceo adhibito visum unius oculi recuperavit; alterius enim oculi tunicæ ante annos 4 ex simili defluxione et inflammatione exesæ et plane corruptæ fuerant „. Ita etiam „ dum ante 19 annos cel. chirurgum J. CASSERUM Placentinum . . . ad praxin comitarer, inſit W. GABELCHOVERUS (*u*), factum est, ut vocatus fuerit ad puellam quamdam ante semestre modo natam, quæ insigni utriusque oculi inflammatione laborabat, ita ut oculi vix videri possent. Is, ne excœcaretur, ut humores calidi ad oculum decumbentes revellerentur, statim setaceum cum ferro candente occipiti inussit, et post triduum puella ab omni inflammatione . . . liberata fuit . . . H. FABRICIUS AB AQVAPENDENTE huius D. JULII antecessor, Præceptor meus, setaceum in occipite pro ophthalmicis summopere commendabat, quod in vita sua bis se gestasse affirmabat, cum esset adolescens et in consistenti ætate, addebatque se fuisse semper curatum ab

(*u*) l. c. p. 75. sq.

„ hac inflammatione, ut in extremam
„ usque ætatem specillis ocularibus non
„ indiguerit „. Perinde J. D. METZGERI (x) „ annosa mulier sclerophthal-
„ mia laborans atroces potius dolores
„ per 15 dies perpessa est, antequam
„ auxilium . . . efflagitaret. Bis venam
„ secari curaverat, purgans assumpserat
„ sine successu. Setaceum nuchæ injici
„ jussit. Suppuratione excitata dolores
„ quidem, rubor, durities, tumorque
„ palpebrarum cessavere; sed visus ob-
„ scuritas remansit, cui ulteriora auxi-
„ lia adhibere recusavit „. Plures id genus casus continuo in sequentibus visuri sumus. Cum vero tanta sit fonticulorum ac setaceorum hic energia, operæ pretium est omnia uberius in medium adferre, quæ legitimam eorum administrationem concernunt, nempe loca, ubi efficiuntur, indicantia, cautelas, et contraindicantia, ne uspiam in iis tiro cespitet.

1. *Loca* pro his ulceribus solennia sunt

a) *Brachia*, in queis fonticuli vulgo excitantur; qui etsi in femoribus quoque, nucha item, et sagittalis suturæ

(x) l. c. p. 166. sq.

cum coronali concurſu effici ſoleant (*y*), in ophthalmia tamen rarius in nucha, ut PLATERUS (*z*) fecit, plerumque vero in brachiis locum ſibi vindicant, ubi excitatis a morbo convaluere duo Vratislavienſium (*a*) ægri, BIERLINGII (*b*) femina, HANNEMANNI (*c*) chiliarcha, mulier LENTILII (*d*), MUYSII (*e*) ac RUCKERI (*f*) puellæ, SCHULZII (*g*) juvenis, THONERIque (*h*) puer, et plurimi alii.

b) *Mentum*, vel *angulus maxillæ* alteruter. Teſtatur enim C. BISSET (*i*) in ſcrophuloſa præſertim ophthalmia nihil juvantibus aliis ab ſetaceis menti, ſi uterque oculus affectus fuerat, vel alterutrius anguli mandibulæ in alterutrius oculi malo, ſanitatem fuiſſe obtentam; quandoquidem iſthoc ſetaceorum genus

(*y*) GEACH l. c. p. 9.
(*z*) Vide infra No 2. a).
(*a*) Vide infra No 2. b).
(*b*) Vide infra No 3. f).
(*c*) Vide infra No 2. b).
(*d*) Ibidem No 3. b).
(*e*) Ibidem No 2. b).
(*f*) Ibidem No 3. e).
(*g*) Ibidem f).
(*h*) Ibidem No 2. b).
(*i*) l. c. p. 102. ſqq.

ſetaceis nuchæ celerius, præſertim in ophthalmite VOGELII, opitulari obſervavit: viro 56 annorum ex iſchiadis metaſtaſi ophthalmitem unius oculi in 6 hebdomades ad conſveta remedia prorſus contumacem paſſo, jamque viribus proſtratis, cum 7 hebdomade materiæ iſchiadicæ per phlebotomiam pedis, cucurbitas et veſicantia ad externum lumbaris regionis latus, pediluviumque calidum ſemine ſinapi acuatum, priſtinum ad locum revocatio perinde in caſſum tentata fuiſſet; demum applicatum ſub mandibula ſetaceum intra 14 dies morbum ſuſtulit, at ſuperſtite amauroſi, quam forte maturior ſetacei uſus avertere potuiſſet. Operationis hujus theoriæ non parum lucis affundere videtur ſequens ejusdem Auctoris (*k*) obſervatio: homo 22 annorum incidit (e ſcrophuloſa, ut videtur, diathiſi) in vehementem oculi dextri ophthalmiam, corneam ex albido opacam reddentem, cum palpebris tumentibus et clauſis, humorisque inde ſeroſi ac puriformis effluxu: unde lævus etiam oculus affici, at levius, cœpit. Facta Væ Sᵒ, data cathartica, cortex, et alia alterantia,

(*k*) Ibidem p. 100.

terantia, admotum veſicans, et demum idonea quoque ophthalmica; verum omnia in caſſum. Nec plus profuit maris balneum. Auctor demum 4to morbi menſe accitus ſetaceum ſub maxilla applicaturus, parvam ibi mobilemque glandulam repertam auferre prius decrevit. Hujus ſub ablatione a læſa arteria maxillari externa vehemens oborta eſt hæmorrhagia; ſed ocyus expleto ſpongia vulnere linteum carptum, ſplenium, ac plumbea lamella impoſita, omniaque idonea faſcia firmata ſunt. Die inde 5° aut 6° ſub alvi durioris exoneratione hæmorrhagia levis recruduit. Viſum itaque eſt arteriam ligatura conſtringere, cum ad novam impediendam hæmorrhagiam, tum præſertim ad ophthalmiam celerius abigendam. Et vero intra 4 aut 5 ab ligato vaſe dies ophthalmia cum tumore palpebræ dextræ evanuit. Oculi inde ut ut aperiri potuerint, debiles tamen adhuc et ſenſibiles manſere; non multo tamen inde poſt per corticem et quotidianam aquæ frigidæ capiti affuſionem tonum recuperarunt. Celeris hæc ſanatio non tam duplici illi hæmorrhagiæ (cum per primam non niſi ℔j ſanguinis per alteram vero exiguum quid elapſum ſit, et mox initio morbi Væ So facta morbum nihil mutarit), quam maxillaris

arteriæ, a qua notabilis ramus, arteria angularis nempe, ortus pro parte in musculo orbiculari palpebræ distribuitur, deligationi maximam partem debebatur. Quod autem eodem tempore sinister quoque oculus fuerit sanatus, in causa est et exilitas in eo inflammationis et forte consensus cum dextro. Abhinc oculi vigorem nacti sunt, neque multum dextra pupilla ex morbo passa est.

c) *Nucha* plerumque setaceis (quamvis, ut dictum, fonticulis quoque gerendis apta sit) trajiciendis inservit, queis ab ophthalmia vindicati fuere complures cum HILDANI (*l*) tum REIMANNI (*m*), et quos paulo post visuri sumus, ægri, uti et quorum jam ante (*n*) meminimus.

d) *Oculorum venæ* etiam ustione ulcerari olim solebant, at citra setonem vel globulum in ulcus inditum; narratque P. BORELLUS (*o*) „ quemdam medicum ophthalmicum magnas sibi divitias Lutetiæ comparasse, cauteria actualia venis oculorum debilium et

---

(*l*) Vide supra p. 299. sq, et infra No 2. b.) d).
(*m*) Vide infra No 2. b), No 3. c) f).
(*n*) Vide supra pag. 299. sq.
(*o*) l. c. obs. 97.

„ rubrorum admovendo, quod ſæpe ei „ feliciter ſucceſſit, proque novo habe- „ tur remedio; ſed . . . in libro HIP- „ POCRATIS de viſu deſcribitur „. Pertinet res nempe ad Veterum ophthalmoxyſin, de qua ſuperius mentio facta (*p*).

e) *Maſtoideæ apophyſes.* J. B. MORGAGNIUS (*q*) „ pluribus . . . vidit „ plurimum profuiſſe, viroque præſertim Bononienſi, qui ſic abacta dextri „ oculi inflammatione, cum mox ſiniſter „ eodem morbo caperetur, in caſſum ad- „ hibitis ceteris, nullo potuit, niſi eo- „ dem auxilio, reſtitui, cute videlicet, „ quæ pone auriculam eſt, impoſitis iis, „ quæ erodendi vim habent, exulcerata „. R. A. VOGEL (*r*) utiliſſima hic eſſe ulcera, Londinenſi cauſtico mitiori pone aures forma ſynapismi admota excitata, teſtatur. Primus, quantum e monumentis Medicis mihi conſtat, ulcera hiſce locis ope lapidis cauſtici excitari cum fructu docuit A. BELLOSTE (*s*), rem olim a magiſtro ſuo PARIS edoctus. Narrat is caſum hac occaſione A. 1691--2 ab ſe viſum, ultra fidem humanam po-

(*p*) Vide §. 55. B. No 6.
(*q*) l. c. Epiſt. 13 No 24.
(*r*) Neue medic. Biblioth. 6 Band p. 401.
(*s*) Chirurg. d'Hopital T. 2. p. 282. ſqq.

nendum, nempe miles juvenis in nosocomium venit cum bulbo unius oculi usque adeo consumpto, ut orbita inde cava majorem avellanam nucem facile recepisset, cujus in fundo particula tantum rubellæ carnis visebatur. Infortunium hoc citra ullam externam vim accidit. Ad alterum igitur oculum conservandum jussit Auctor modo ante dicto pone utramque aurem ulcera excitari. Post 3 hebdomades conspicatus ægrum binis oculis sanis præditum, noluit credere ipsum illum esse, donec ulcera pone aures non dum sanata fidem fecerunt. Nisi vero casus hic ad analogos superius (*t*) dictos referendus sit, tam parum nobis credibilis utique videri debet, quam parum illum Auctor ipse, si ab aliis eum sibi narratum accepisset, se crediturum fuisse affirmat. Interea quantum ad ulcera dicta attinet, DE LA METRIE (*u*) quoque testatur ophthalmias contumacissimas ab se visas fuisse, eorum ope consanatas.

f) *Auricula.* „ Singulare, inquit „ T. BARTHOLINUS (*v*), ophthalmiæ

(*t*) Vide §. 34 No I. b).
(*u*) Observ. de Medecine pratique Obs. 62. p. 111.
(*v*) Histor. anat. rar. Cent. 4. hist. 80. p. 395.

„ remedium ab amico mihi communica-
„ tum lectoribus non invidebo. Auris
„ lobulus lateris affecti perforetur, per-
„ que foramen factum trajiciatur turunda
„ longiuſcula ex inverſo et convoluto
„ cortice radicis laureolæ. Sinenda eo
„ loco turunda, donec auris et vicinæ
„ partes intumeſcant; tum leviter turun-
„ da commoveatur, ut aquæ copia col-
„ lecta effluat, qua exhauſta detumeſcet
„ auris, et ophthalmia ſedabitur „. Pe-
culiari id obſervatione confirmat L. RI-
VERIUS (*x*), nempe „ puella 20 anno-
„ rum dolore intenſo et rubore inſigni
„ oculorum cum lacrymis fere continuis
„ laborans per multos menſes tandem eo
„ redacta, ut per annum integrum vix
„ oculos attollere, et ſine alterius ope
„ progredi poſſet. Huic varia remedia
„ omnis generis adminiſtrata ſunt, ſed
„ fruſtra, ſoloque ſetaceo auriculari....
„ curata eſt. Scilicet in extrema parte
„ utriusque auriculæ facto cum ſtilo tri-
„ angulari ferro candenti foramine, im-
„ miſſisque radicis thymelææ fruſtulis,
„ poſtea emplaſtro diachylone gummato
„ obvolutis, et ad inſtar ſetacei vulgaris
„ bis aut ter quotidie, ſi opus ſit, re-

(*x*) Obſerv. medic. Cent. 4. Obſ. 100.

„ novatis, per longum tempus „. Subdit Auctor, ſæpe ſe vidiſſe, plus per hæc ulcuſcula intra nycthemeron effluxiſſe, quam per 10 dies e ſetaceo vulgari. Hinc etiam „ SANCTORIUS Venetum „ quemdam inſertis radicibus thymelææ „ auriculis perforatis a ſuffuſione diu præ-„ ſervavit „ teſte G. H. VELSCHIO (*y*). Loco thymelææ etiam mezerei radicis vel eſulæ cortex vel hellebori nigri ſumi poteſt, cujus poſtremi radicem huncce in uſum ægrorum cuidam ſvaſit B. TIMAEUS (*z*). Prolixiorem autem ſetacei hujus auricularis deſcriptionem præbet M. ETTMÜLLERUS (*a*).

2. *Indicant* porro ſetaceorum, fonticulorum, hisque ſimilium ulcerum excitationem præ primis

a) *Recidivæ* crebræ facilesque. „ Proſunt ait SWIETENIUS (*b*), in „ primis fonticuli talibus ægris, qui „ adeo flexiles habent ſolidas partes, ut „ minimo exceſſu impetus faciliime dila-„ tentur vaſa, et errore loci craſſiores

---

(*y*) Miſcom. Cent. 2 No 63 in Miſc. nat. cur. dec. I. ann. 4. append. p. 39.
(*z*) Epiſt. med. Lib. I. Epiſt. 22. No 5.
(*a*) l. c. p. 592.
(*b*) l. c.

„ fluidorum partes admittant. Sic v. g. „ illis, qui leviſſima de cauſa ophthalmia laborant, toties profuit fonticulus „: id quod BIERLINGII (*c*) femina eſt experta, et „ vir 28 annorum, „ refert J. A. REIMANNUS (*d*), ſanguineus, obeſulus, ſedentariæ et otioſæ vitæ deditus, oculorum inflammationem incurrere ſolebat, quoties frigidior aura eum afflaret. Hic ex quo in brachio oppoſito fonticulum ſibi inuri paſſus eſſet noſtro conſilio, nunquam amplius eam ſub maximis etiam aeris tempeſtatibus expertus eſt; quam prius fruſtra præſervatorio fine adhibita Væ Se in pede ſupprimere tentaveramus „. Idem etiam ſetacea præſtant. AMATI (*e*) „ puella nata annos „ 17, ſanguinea, obeſa, obeſitate quidem carnoſa, in ophthalmiam incidit „ (abſque procatarctica cauſa) . . . „ Cum morbus hic a variis humoribus „ fieri ſoleat; in hac tamen puella a „ plenitudine univerſum corpus gravante ortum traxit: quod dignoſcebatur, „ quia . . . membrana conjunctiva dicta,

(*c*) Vide §. 65. No 3. f).
(*d*) l. c. p. 120.
(*e*) l. c. Cent. 4. curat. 68.

„ quæ natura alba eſt, ob ſanguinis
„ confluxum rubra apparebat, ſimulque
„ ob habitum totius corporis, et ipſius
„ calorem, ac ante habitum victum,
„ non minus ex dolore oculi et partium
„ illi circum vicinarum, et maxima ten-
„ ſione, ſimulque lacrymarum fervida-
„ rum copia, hoc percipiebatur . . .
„ Subtili admodum conſtituto victus or-
„ dine, prout expedit, e ſanguinis miſ-
„ ſione (curam) auſpicati ſumus, illius
„ præcipue venæ oculum affectum re-
„ ſpicientis, quam cephalicam . . . ap-
„ pellamus, ex qua ſanguinis integram
„ libram minui fecimus, et ſyrupum
„ hunc ebibere:

℞. Syr. roſac. ſimpl.
— acetoſi ſimpl.
— de endivia aa ℥ß
▽æ endiviæ.
— bugloſſi
— acetoſæ aa ℥j. M. et quin-
„ quies iteretur. Porro cum ſyrupos
„ bibebat, fomento quodam leviori ocu-
„ lum lavabat, quod ita habet:

℞. Roſarum
Malvarum
Fœnugræci optime lavati aa p. j.
„ in libris ij aquæ fiat decoctio ſuffi-
„ ciens, et excolato decocto ſpongia im-
„ buta fiat fomentum; et poſtea linteo

„ absterſo oculo album ovi aqua roſacea
„ exceptum et bene concuſſum, exce-
„ ptum linteis illi admove. Ebibitis
„ vero ſyrupis catapotia hæc deglutivit:

℞. Pil. Cochiarum
— de luce maj.
— aurearum
— aggregativar. aa. ℈j
Diagrydii gr. v. cum
Syr. roſac. F. pil. quinque, inau-
„ rentur. Capiat hora 2ª poſt mediam
„ noctem. Tunc vero ejus caput attre-
„ ctans in eo ulcuſcula emanantia compe-
„ rio, quæ an a morbo Gallico origi-
„ nem traherent, in dubium vertebatur.
„ Tunc vero apozemate hoc uſa eſt:

℞. Borraginis
Lupulorum
Fumiterræ aa M. j
Polypod. querc. recent.
Fol. Sennæ aa ℥j
Hordei integri pug. ß
Cort. myrobal. citr.
—— ——— indor. aa. ℥j
Paſſ. de Corintho ℥iij. In ℔ v
„ aquæ F. decoctio, quouſque maneant
„ ℔ iij. Facta colatura ac expreſſione
„ adde ſyr. de fumoterræ ℥jv. M. F.
„ apozema, de quo in aurora ſingulis
„ diebus ſingulas octo uncias bibat. Quo
„ ex integro epoto iterum catapotia de-

„ deglutivit, et optime purgata fuit. „ Tunc collyrio albo et viridi usi sumus, „ ac altero ex aloe lota et tutia præpa- „ rata. Ceterum cum bene per 3 vel „ 4 dies valeret, denuo fluxio reverte- „ batur, et inflammatio pullulabat: tan- „ dem ad laqueum supra nucham deve- „ nimus; et optime valuit „. Perinde „ dixit mihi nuper chirurgus, inquit „ C. F. PAULLINI (*f*), . . . se in in- „ veterata sæpiusque redeunte ophthal- „ mia . . . usum setacei . . . fauste ex- „ pertum fuisse „. Et J. A. REIMANNI (*g*) puero solum setaceum ophthalmiam plenilunio quoque reverti solitam cohibuit. Ejusdem quoque utilitatis sæpe sunt ulcera causticis excitata sine indito vel setone vel globulo. F. PLATERI (*h*) aurifaber oculum lævum rubrum tumidumque cum fluxu inde seroso ac pupillæ obscuritate a longissimo tempore per intervalla nactus, cum varia usurpando morbum sæpius iis depulsum denuo experiretur; tandem cauterio potentiali ulcus in nucha factum eum a recidivis præstitit immunem. Eadem ratione „ quidam annos natus 30, inquit

(*f*) l. c. p. 259.
(*g*) Vide infra in No 3. f).
(*h*) Obs. medic. Lib. 2. p. m. 359. sq.

„ J. MARFINUS apud L. RIVERIUM „ (*i*), temperamento ſanguineo, ſed ce- „ rebro admodum catarrhoſo donatus, „ laborabat a longo tempore inflamma- „ tione, quæ tum adnatam tum utram- „ que palpebram occupabat. Affectus „ non erat continuus, ſed recurrens. „ Varia uſurpata fuerant antea remedia; „ ſed fruſtra: tandem præſcripſi duo cau- „ teria inter duas ſcapulas geſtanda, nec „ non cucurbitulam, utramque ample- „ ctentem, applicandam, urgente nimi- „ rum fluxione. Quod cum præſtitiſſet, „ ſani omnino illius oculi evaſere. Non „ parum ad illius curationem contulit „ unguentum ſequens, quo in ipſo cura- „ tionis initio uſus fuit, purgato prius „ corpore ſectaque vena:

℞. Viridis æris gr. xij
Camphoræ et
Lap. calamin. aa ʒß
Tutiæ ppt. ℥ß
Butyr. rec. ▽a roſ. loti ℥ij. M. F.

„ Ungventum „.

b) *Contumacia* morbi præſentis ad alia remedia. Sic in Annalibus Vratislavienſium (*k*) deſcribitur ophthalmia

---

(*i*) Obſerv. communic. 7. (Opp. p. m. 666.)
(*k*) Tent. 29 A. 1724 Aug. Cl. 2. art. 3. §. 1. p. 149.

popularis Eperjesiensis perquam contumax, ardente æstate A. 1724 observata in adultis, quæ sanguinis missionibus, catharticis, vesicantibus, diaphoreticis, topicisque oppugnata nihilo minus ægros, solem noctuarum instar fugientes, detinebat; cathartica minuebant quidem malum, tollere vero nequibant. Duobus ejusmodi ægrorum ob inflammationis vehementiam excitati fonticuli præsentissimum attulerunt levamen. Apud A. THONERUM (*l*) „ puer lue Gallica infectus, „ in simul oculi sinistri rubedine defœ„ datus, cum alia remedia nihil confer„ rent, tandem fontanella in sinistro bra„ chio impressa, et vesicatorio in nucha „ admoto, immunis evasit „. Pariter J. MUYS (*m*) „ puella (ait) 13 annorum „ jam per multos annos laboraverat do„ lore et rubore oculorum ac palpebra„ rum tumore, earumque post somnum „ absolutum coalitu ab humore viscido „ in materiam resinæ non absimilem con„ creto; hæcque ophthalmia jam per „ longum temporis intervallum a duo„ bus chirurgis impugnata fuerat, ex-

---

(*l*) Obs. med. Lib. 2. Cap. de affect. ocul. Obs. 5. p. 117.

(*m*) Prax. chirurg. rat. Dec. 1. Obs. 2.

„ pugnata minime . . . Quapropter usus
„ sum collyrio, quod constabat ex medica-
„ mentis multum salis continentibus,
„ ac præterea emplastrum ex similibus
„ paratum super oculos applicabam. His
„ autem parum profeci . . . Qua de
„ causa ægrotulam singulis septimanis bis
„ purgavi per alvum; sed frustra . . .
„ Tandem in ægrotulæ brachio secui vul-
„ nusculum, quod vulgo fonticulum di-
„ cunt . . . Interea temporis . . . ca-
„ taplasmate parato ex sola argentina in
„ aqua cocta ad mollitiem . . . poros
„ oculorum et palpebrarum blande ad-
„ stringebam . . . Atque ita hæc ægro-
„ tula vix uno mense a vulnere infli-
„ cto elapso incolumis evasit et per-
„ mansit. Ac eadem ratione plures post
„ hanc puellam pro voto sanavi „. Haud
secius narrante J. L. HANNEMANNO (n)
„ Chiliarcha . . . visus imbecillitate acri-
„ que defluxu cum rubedine oculorum
„ laborans, cum adversus hoc malum
„ omnia præsidia frustra experiretur, fon-
„ tanellam ipsi svasit medicus: cui consilio
„ obediens tam singularem successum jam
„ experitur, ut et ea, quæ antehac vix ocu-
„ lo perspicillis armato conspiceret, nunc

(n) Act. med Hafniens. Vol. 3. obs. 12.

„ acute ſine conſpicillis cernat, et qui-
„ dem ſenex melius, quam ante decen-
„ nium „. Eadem ſæpe eſt ſetaceorum neceſſitas. A. HAEN (*o*) ubi multa experientia probata ad ophthalmias remedia memoraſſet; „ quasdam tamen (ſub-
„ dit) inflammationes ita ad omnia perti-
„ naces offendimus, ut viſus minentur
„ jacturam: quibus una cum remedio-
„ rum dictorum plerisque ſetaceum nu-
„ chæ reperimus utiliſſimum „. Ita apud C. F. PAULLINI (*p*) „ puellæ...
„ ophthalmia multis jam annis laboran-
„ ti, et omnia in caſſum tentanti . . .
„ efficaciſſimum remedium fuit evacua-
„ to prius corpore ſetaceum „. Perinde J. A. REIMANNI (*q*) „ 8 annorum
„ puer . . . diuturna ſcabie affectus, et
„ neſcio quali medicatione uſus, tantam
„ tandem incurrit ophthalmiam, ut nec
„ minimam perferre poſſet lucem, ſed
„ veſpertilionis inſtar obſcura incoleret
„ continuo loca adeo, ut jam jam cœcitas
„ ex ſuffuſione incipiente deturpato læ-
„ vore corneæ et humorum pelluciditate
„ immineret. Fruſtra per notabile tem-

(*o*) Rat med. P. 9. C. 6. §. 3.
(*p*) De theriac. cœl. S. 2. P. 1. M. 2. §. 4. p. 126.
(*q*) l. c. p 121.

„ poris ſpatium a ſuo medico tractatus „ . . . noſtro conſilio uti vult . . . Ad „ laqueum in nucha . . . confugio. „ Quo facto quamvis copioſum viſcidum- „ que ſerum ploraret ulcus, . tranſacto „ integri menſis ſpatio paucula ſpes af- „ fulgebat tandem; nil enim levaminis „ conſpeximus, niſi quod veſpertinis „ horis candelæ debile e longinquo lu- „ men inſpicere poſſet. Magnam nihilo „ minus parentibus anxiis de filii unici „ ſtatu fecimus ſpem, nec fruſtra; ſuc- „ ceſſu enim temporis oculi ſerenari, „ et omni inflammatione vacui et libe- „ ri eſſe inceperunt, ita ut poſt 9 men- „ ſium ſpatium in integrum quoad utros- „ que oculos convaluerit, relicta ſaltem „ nubecula in uno horum, quam pingue- „ dinis viperinæ uſu feliciter ſine omni „ viſus noxa . . . ſuſtulimus „. Denique et „ nobilis quidam . . . cum propter „ diuturnum catarrhum ad oculos deflu- „ entem viſum fere amiſiſſet . . . pur- „ gato corpore, adhibitis quin etiam „ cucurbitulis, ſetaceum nuchæ appli- „ cuit G. F. HILDANUS (*r*), quo etiam „ nunc abſque magna moleſtia utitur; „ viſus quoque ita reſtitutus fuit, ut

(*r*) Epiſt. med. 59. (Opp. p. 1004).

„ nunc 60 annum ætatis prætergreſſus „ abſque perſpicillis et legere et ſcribe- „ re poſſit „. Non nunquam vero nuchæ ulcus cauſtico effectum ſine ſetone etiam profuit. Apud F. PLATERUM (s) centurio a largo vini potu hemicraniam dextri lateris vehementem pati cœpit, doloque circa meridiem exacerbatus veſperi miteſcebat, aliquando etiam plane remittebat. Acceſſit intenſus oculi dextri dolor, ruborque totam adnatam occupans venis adeo turgentibus, ac ſi rubra carnoſa pellicula ei eſſet inſtrata; ſicut et ambæ palpebræ intus foriſque, pupillaque obfuſcata adeo, ut licet ſplendorem videret, res tamen diſcernere nequiret. Malum jam 6 hebdomades duraverat. Poſt plurima in caſſum tentata demum cauſtici ope ulcus in nucha eroſum, diuque in fluxu ſervatum ophthalmiam ſuſtulit, ſuperſtite nihilo minus corneæ macula alba pupillæ oppoſita, viſum adeo impediente, ut cum lucem oculo æger perciperet, res diſtinguere nullatenus quiret. Verum indita oculo aqua ophthalmica ex fellibus, terebinthina, melle, ſulphure, vinoque deſtillata omnia in melius ceſſerunt.

c) *Epi-*

(s) l. c. p. m. 356. ſq.

c) *Epiphora acerrima*, erodens. „ Si „ effluens materia, inquit F. GEACH (*t*), „ nimis quam acris eſt, ut cilia erodat, „ carnoſasque partes crudas reddat ac in- „ flammet, revellere eam oportet per „ continenter applicata veſicantia aut ſe- „ tacea „: illa in recenti malo, hæc vero in vetuſto jam, aut ſi veſicantia minus fuerint efficacia, locum habent.

d) *Acrimonia humorum* tenuiorum ſanguine, lymphæ præ primis, ut morbilloſa, varioloſa, ſcrophuloſa, arthritica, ſcabioſa, &c. „ Cum . . . graſſanti- „ bus epidemice inter pueros et infantes „ variolis . . . plurimi horum, inquit „ REIMANNUS (*u*), ophthalmiis va- „ riisque viſus per nebulas, ungues, „ pterygia, ſuffuſiones &c. deturpatio- „ nibus et corruptionibus affligerentur, „ inſidam veſicatoriorum . . . pone au- „ res aut in nucha vel brachiis aut pe- „ dibus . . . locatorum deprehendi effi- „ caciam; morbum enim non tollebant, „ ſed ad pauculos dies, durante nempe „ effluxu materiæ ſeroſæ, mitigabant: „ taceo dolorum impatientiam in ſimili- „ bus ægris et inquietudinem inde pro-

(*t*) l. c. p. 9. ſq.
(*u*) l. c. p. 120.

„ gnatam, qua impediebamur uti recen-
„ tiorum artificio, admixtione ſcilicet
„ emplaſtri veſicatorii portiunculæ ordi-
„ nario veſicatis locis apponi ſolito em-
„ plaſtro pro conſolidatione ita impe-
„ dienda et ad pluſculos dies adaperta
„ veſica conſervanda, utpote ex quo
„ ipſi adultiores majores fere quam ex
„ ipſo veſicatorio ſentire querulantur do-
„ lores. Subſtituimus vero optato ſane
„ cum ſucceſſu fonticulos in brachiis,
„ qui minori cum moleſtia ope cauterii
„ potentialis excitabantur et geſtaban-
„ tur, continuatoque effluxu ſeri viſci-
„ di malum non tollebant ſaltem, ſed
„ ab omni recidiva et ulteriori noxa cer-
„ to et conſtanter tutabantur „. Perin-
de J. G. GULBRAND (*x*) „ poſt variolas
„ naturales . . . ultimi ſtadii (inquit)
„ ſuborta fuit inflammatio oculi ſiniſtri
„ in puella 12 annorum ante morbum
„ ſaniſſima; evaſit inflammatio in dies
„ gravior, tota cornea intenſe rubuit,
„ lucem ferre nequit ægra, lacrymatio-
„ nes calidæ ſuper genam ſæpiſſime ca-
„ dunt, palpebræ noctu conglutinantur.
„ Diem ultra 15um nec parentum indul-

(*x*) Act. ſoc. med. Haunienſ. Vol. 2. Obſ. 25. p. 309.

„ gentia, nec prava puellæ educatio
„ permisit ulteriorem usum remediorum,
„ quam laxans ex aqua lax. Vienn. sale
„ polycresto nupta omni 3° die, fotum-
„ que externum ex solutione sacchari sa-
„ turni granis aliquot cum aqua rosarum.
„ Respuere hortatione quotidiana usum
„ applicationis hirudinum et Væ Sis;
„ consentiebant demum vesicatorium in
„ nucha bis applicatum. Status oculi
„ idem perstitit finita jam hebdomade
„ 4a, dum collectio purulenta conspi-
„ citur retro corneam, visum ejusdem
„ oculi abolitum esse tantum judicari
„ potuerit, quando vi ob intolerantiam
„ lucis palpebræ a se invicem disjunctæ
„ sunt. Parentes denique obstupefacti
„ auxilium implorarunt, ægramque filiam
„ curæ meæ, quidque bonum mihi vi-
„ deretur faciendum, tradebant. Adhi-
„ bui remedium a D. JANIN (y) maxi-
„ me laudatum pro oculi fomento, quod
„ sequenti modo paratur:

℞. Flor. malvæ pug. j. coqv. in
Aqv. font. per 5 vel 6 minuta pri-
ma, filtratur, et adde
🜄 camphorati gtt. vj. Quod re-
„ center quaque vice pro usu adhiben-

(y) l. c. p. 357 et 394. No 14.

„ dum ſit . . . Hoc remedio ſæpius de
„ die tepide fomentatur oculus morbo-
„ ſus, linteamina hoc decocto humecta-
„ ta ſuper palpebras applicata ad perfe-
„ ctam ſanationem uſque; nec omiſi D.
„ JANIN ſvadente ad ſolvendum hypo-
„ pion remedia derivantia, uti purgan-
„ tia et veſicatoria. Cum vero veſican-
„ tia antea ſine fructu adhibita fuere,
„ fonticulum brachii ſiniſtri ejusdem ac
„ oculi lateris poſui, majus inde exſpe-
„ ctans auxilium . . . Præterea quoti-
„ die ter electuarium mundificans ſumen-
„ dum juſſi, diætamque tenuem anti-
„ phlogiſticam, laxationem omni 8° die
„ ex rad. jalapp. gr. xv. calomel. opt.
„ gr. v dedi. Peractis 3 hebdomadibus
„ inflammatio oculi pedetentim evanuit,
„ et ante 2 hebdomades collectio puris
„ retro corneam diſparebat. Pupilla cla-
„ ra eſt, lucem perferre poteſt. Præ-
„ ſenti tempore ſolum fonticulum gerit,
„ et nullis remediis, ſi exceperis diæ-
„ tam ſupra deſcriptam, utitur: oculum
„ tamen cum debita præcautione conſer-
„ vare ſvaſi „. Ophthalmiæ ab arthriti-
ca depoſitione curationem per ſetaceum
ab eodem Auctore factam alibi (z) dabi-

(z) Vide infra No 3, d).

mus. Similia quoque duo exempla narrat G. F. HILDANUS, nempe (*a*) puella „ post variolas ophthalmia ex utroque „ oculo adeo laborabat, ut de visu peri- „ clitaretur. Multa ipsi quoque, sed „ frustra, præscripta fuerunt remedia „ . . . Tandem . . . setaceum ipsi . . . „ applicavimus, cujus beneficio . . . „ brevi quoque curata fuit „. Porro (*b*) „ filia mea ætatis suæ (anno) 5°, cum „ A. 1596 gravissime ex variolis labo- „ rasset, et hinc inde defluxione ad ocu- „ los duorum annorum spatio misere ve- „ xata fuisset, nec ullis remediis curari „ posset, setacei tandem A. 1589 adhibi- „ tione, quo defluxus ad nucham revo- „ catus et evacuatus fuit, paulatim et „ ipsa et oculi ejus defluxionum immu- „ nes . . . convaluerunt „.

3. *Cautelæ* porro in fonticulis ac setaceis et analogis ulceribus administrandis non nullæ sunt tenendæ; ne improvide cruciatus ægris causemus. Harum præcipuæ sunt, ut

a) *Vacuationes præmittantur universales*, ubi humores vel copiosi vel pravi eas

(*a*) Obs. et cur. med. chir. Cent. 1. Obs. 41. exempl. 2.

(*b*) Ibidem exempl. 3.

expoſcunt; ne ſecus impetu eorum ſurſum per ulcerum ſtimulos converſo morbus augeatur. Hinc F. HOFFMANNUS (*c*) „ ſetacea et veſicatoria (inquit) „ non facile applicanda in plethoricis, „ niſi ſoluta prius plethora, et alvo præ- „ ſertim in cacochymicis ſubducta „.

b) *Fonticulus brachio lateris ejusdem cum oculo affecto inesto*; imo ſi uterque oculus inflammatus fuerit, haud raro utriusque brachii fonticulum poſcit. Sic in brachio ſiniſtro excitatus fonticulus ophthalmiæ ejusdem lateris in puella GULBRANDI (*d*) pueroque THONERI (*e*) medebatur. Perinde R. LENTILII (*f*) mulieri poſt diuturnam in infantia cruſtam lacteam illito demum flore lactis cum oleo amygd. depulſam cum ophthalmia oborta fuiſſet lucis omnis impatiens, atque ad omnia rebellis, inuſtus tandem uni brachio fonticulus oculum ejusdem lateris ſanavit, non item alterum; donec in altero quoque brachio fonticulus excitatus plenam attuliſ-

(*c*) Med. rat. ſyſt. T. 4. P. 1. S. 2. C. 11. cautel. r. §. 2.
(*d*) Vide præc. No 2. d).
(*e*) Ibidem b).
(*f*) Eteodr. med. pract. A. 1709. Jul. 2. p. 659.

ſet ſanitatem. Inde poſt aliquot annos fonticuli ſibi relicti coaluerunt ſine ullo alio conſecuto incommodo. Similem quoque caſum deinde ex BIERLINGIO (g) videbimus.

c) *Setaceum fonticulis non juvantibus ſufficiatur*; aut ſi illis binis opus eſſet ob ambos oculos laborantes, utrique ſetaceum æquipollere creditur. Ita conſultus HILDANUS (*h*) a quodam utriusque oculi ophthalmiam paſſo „ humores et vapores (ait) ad oculos „ affluentes fonticulis ad partes minus „ nobiles perbelle revocabis; ſed quia „ malum utrumque oculum occupat, ac „ proinde utroque brachio cauſticum ap- „ plicare neceſſe eſſet, ſvaderem potius „ ſetaceum; cum quia minus erit mo- „ leſtum quam duo fonticuli, tum etiam „ quia major per illud fiet a capite et „ præcipue ab oculis evacuatio humoris „ peccantis „. Quantum vero fonticulis hic præcellant ſetacea, ſequentes obſervationes nobis documento eſſe poterunt. G. A. MERCLINI (*i*) „ juvenis . . . „ 19 circiter annorum, allioſo-ſangui-

(*g*) Vide infra in f).
(*h*) Epiſt. med. 59. Opp. p. 1004.
(*i*) Miſc. nat. cur. dec. 2. ann. 1. obſ. 94.

„ nei temperamenti, optimoque et robu-
„ ſto alias corporis habitu præditus, niſi
„ quod defluxionibus capitis ſubinde ob-
„ noxius a 9° jam ætatis ſuæ anno fon-
„ ticulum geſtare coactus ſit, utriusque
„ oculi ophthalmia graviſſima, alias qui-
„ dem etiam ſatis ſibi familiari, corri-
„ pitur, qua cum jam pene ultra octi-
„ duum laboraſſet, fruſtra adhibitis eupo-
„ riſtis quibusdam remediis me tandem
„ ad ſe accerſit. Svadeo cucurbitularum
„ in dorſo applicationem cum ſcarifica-
„ tione etiam auricularum, applicatur
„ cum ſtupa utrique oculo alumen cru-
„ dum cum albumine ovi agitatum, in-
„ que unguenti formam redactum, . . .
„ et lac muliebre tepidum ſubinde inſtil-
„ latur, quin et Væ Sb in brachio cele-
„ bratur. Et hæc omnia remedia, quam-
„ vis non ſine euphoria adhibita ſint,
„ tamen 3° ſtatim a Væ Se die, nobis
„ nil tale metuentibus, exorta in ſiniſtro
„ oculo puſtula viſum ante triduum de-
„ mum adhuc ſalvum penitus obfuſcavit.
„ Actum eſſe de oculo adſtantes uno ore
„ clamabant; ſed ego . . . actutum
„ pilulas purgantes exhibeo, . . . et
„ collyriam aquam præſtantiſſimam in-
„ ſtillari juſſi; imo altero mox die . . .
„ Ophthalmicum dexterrimum . . . in
„ conſilium convoco: is pulviſculum o-

„ culo inſpergit, fecitque, quod ſuarum „ erat partium, egregie. Quarto poſt „ die ſetaceum in nucha poſuimus; quod „ adeo bene ſucceſſit, ut mox puſtula „ non nihil diſcuſſa oculus in dies pro- „ pius ad priſtinum ſtatum redire, ac „ viſio tandem perbelle reſtituta viſa fu- „ erit, relicta ſolum ſuper oculo exigua „ nubeculæ quaſi cujusdam portione „. In hoc itaque ægro fonticulus a 9° ætatis anno geſtatus ophthalmiam præpedire nequivit, quam ſetaceum, fruſtra aliis quoque tentatis, brevi profligavit. Non minus inſignis hanc in rem eſt caſus J. A. REIMANNI (*k*): „ juvenis nobi- „ lis 23 annorum, ſanguineo - melancho- „ licus, . . . ſcabiem contraxit, cujus „ tædio captus et citam liberationem ex- „ petens, linimento ſulphurato ex con- „ ſilio muliercularum uſus, liber ab ea „ evaſit; ſed mox inflammationem oculi „ ſiniſtri inſignem incurrit, quo hæredi- „ tario quaſi vitio fratres etiam pleroſ- „ que affligere ſolebat. Hæc quamvis „ primo tempore ſæpius diſcuſſa fuerat; „ progreſſu tamen temporis ita invaluit, „ ut totaliter nunquam abigi potuerit, „ et æger hinc plane libero aeri ſe ex-

(*k*) l. c. p. 122. ſq.

„ ponere non auderet, nec lucem ali-
„ quam perferre poſſet; palpebræ ſomni
„ tempore præter hæc adeo conglutina-
„ bantur, ut evigilans abſque externa
„ ope diducere palpebras non potuerit.
„ Uſus eſt hinc conſilio celebris . . .
„ medici, qui præmiſſis methodice uni-
„ verſalibus, Væ Se , ſcarificatione repe-
„ tita, multisque internis, et topicis ex-
„ quiſitis remediis malum tollere fruſtra
„ conabatur : donec ſetaceo in nucha
„ exſtructo in tantum ægrum reſtitu-
„ erit, ut jam in aperto aere quoque,
„ ſed tranquillo , iter facere poſſet.
„ Cum vero ſetaceum partim moleſtum
„ eſſet, partim non ploraret humidita-
„ tem ita, ſicut ab initio, excitato fon-
„ ticulo in brachio collaterali illud co-
„ aleſcere paſſus eſt. Durabant ita in-
„ duciæ per $\frac{1}{4}$ anni fere; poſthac vero,
„ fluente licet fonticulo ſatis copioſe ,
„ priſtini recruduerunt labores cum con-
„ ſumptione corporis hectica et ſudori-
„ bus nocturnis. Hic multa rurſus, quæ
„ ratio et experientia ſvadebant, . . .
„ adhibuimus; ſed laterem lavimus: do-
„ nec reparato corporis habitu ex parte,
„ et hectica ablata, ſetaceum iterum po-
„ neremus , cum prius veſicatoriis in
„ temporibus et hirudinibus poſitis ne-
„ gotium abſolvere fruſtra tentaſſemus;

„ etsi ex hirudinum usu ad aliquot dies
„ insigne emolumentum conspexerimus.
„ Cum sic per setaceum affluxum humo-
„ rum divertissemus, rediit, tardius li-
„ cet, tolerabilis sanitas, ut se etiam
„ libero aeri tuto jam exponat, nec
„ tam gravi malo recidivanti amplius ob-
„ noxius vivat. Inter topica . . . opti-
„ me se gessit linimentum ex bolo Ar-
„ mena, saccharo Saturni, et pingue-
„ dine viperina conflatum; quoties enim
„ palpebras inungeret, toties inflam-
„ mationis decrementum notabile ex-
„ pertus est, nec palpebrarum tanta fuit
„ conglutinatio „. Docet igitur hæc historia, quam impari cum effectu fonticulus setacei in locum fuerit suffectus morbo non dum penitus profligato. Vel maxime autem luculentus est casus C. PEZOLDI (*l*), qui setacei præ fonticulo virtutem commonstrat: „ juvenis
„ 19 annorum, cocturæ cerevisiæ va-
„ cans, plethoricus et carnosus, faciei
„ rubræ, a pueris defluxionibus oculorum
„ frequentibus laborans, et semel brevem
„ ophthalmiam passus, cum ante 7 septi-
„ manas eodem morbo corriperetur,
„ V. S. tunc, purgans, et vesicatorium ad-

(*l*) Obs. med. chir. select. 80 p. 165. sqq.

„ hibuit, aſt inconſtanti cum effectu;
„ ſiquidem paulo poſt iterum uterque
„ oculus ophthalmiam patiebatur cum
„ cephalalgia, effluxu lacrymarum et fu-
„ ga lucis. Quia igitur valde carnoſus
„ eſſet, cum pulſu magno et pleno, die
„ 9a Decemb. A. 1713 (quo anno et
„ ſequente etiam ob pluvias creberrimas
„ et ventos multos ophthalmiæ epide-
„ micæ graſſabantur) iterum Væ Sem in
„ pede . . . præcipiebam, readhibito
„ quoque veſicatorio, præter interne
„ datam 1o MRam ex eſſ. lignor. ſucc. l.
„ alb. ₒ°ₒ ſaſſafr. 2° ℥em cachect. cinnab.
„ WEDEL. c. ₒ°ₒ ſaſſafr. His adhibitis
„ die 13a oculum unum jam aperire po-
„ terat, et cephalalgia carebat. Pilulis
„ cephalicis hodie corpus luſtrabam; in-
„ ſtillatum deinceps collyrium ex ▽a
„ roſar. chelidon. maj. ſacch. Saturn. et
„ tutia. Die 16a veſicatorium multum
„ ichoris proliciebat. Quia vero jam
„ ſub introitu valetudinarii unus oculus
„ macula . . . laboraret, inſtillabatur
„ 1° ▽a roſar. c. vitr. cypr. quod
„ collyrium e veſtigio aliud ex ▽a ro-
„ ſar. cum ſacch. Saturni excipiebat. His
„ efficiebatur, ut illacrymantes oculi ſic-
„ carentur, interim dum ſequentibus die-
„ bus prius collyrium cum vitriolo cypr.
„ paratum nimis urere ſentiret. Die

„ 20ª aliud ex ▽ª rosar. chelid maj.
„ c. croco metallor. edulc. et sacch. ♄
„ substituebam, non neglecto etiam usu
„ MRæ ex essent. lignor. succ. castor. et
„ ♁e ex bezoard. ♂, cinnab. lap. 69 et succ.
„ Quamvis igitur collyrii nuperrimi ap-
„ plicatione (quo melius se juvatum,
„ quam a prioribus sentiebat), et reli-
„ quorum dictorum usu die 23ª dolor,
„ rubor et lacryma cessarent (licet lu-
„ cem non dum oculi ferrent), imo die
„ 27ª utroque oculo optime cerneret;
„ tamen ingruentibus die 29ª multis plu-
„ viis aereque ventis turbato ῥευματισμὸς
„ iterum in oculum sinistrum irruebat
„ cum hemicrania simul ejusdem lateris.
„ Proinde denuo vesicatorium prope
„ aurem sinistram applicabatur, quo præ-
„ ter adhibitam 1° MRam ex essent. succ.
„ lignor. l. alb. 2° specif. cephal. 3° col-
„ lyrium ex ▽ª chelid. maj. rosar. c.
„ croc. metall. edulc. sacch. ♄ et gr. j
„ camphoræ, obtinebatur, ut die 1ª Jan.
„ ophthalmia iterum ferme penitus fu-
„ garetur, quamvis oculo sinistro valde
„ parum cerneret: cui proinde pingued.
„ viperin. medicari conabar; a qua tamen
„ oculo instillata is magis dolere inci-
„ piebat, interim simul mox cum leva-
„ mine capitis multum muci e faucibus
„ delabebatur: quem pituitæ defluxum

„ ut juvarem, ægrum maſtich. cubeb.
„ et fœnic. maſticare jubebam. Inde
„ (adhibitis præſertim etiam interne aliis
„ prædictis) ſiniſter oculus ita emenda-
„ batur, ut eodem bene cerneret. Die
„ 8ª dextrum hactenus ſanum oculum
„ ophthalmia iterum cum hemicrania
„ dextri lateris affligebat. Pertinaci
„ proinde affectui debellando pilulis
„ cephalicis denuo præmiſſis fonticulus
„ in brachio dextro exſculpebatur; lym-
„ phæ quoque alterandæ decoctum li-
„ gnorum c. fœnic. ordinabatur, cui
„ ultimis diebus fol. ſenn. ſimul adjicie-
„ bam. Aſt quod parum ſic proficerem,
„ die 17ª Jan. ad ſetaceum . . . deve-
„ niebam, quo glutinoſa materia inſtar
„ terebinthinæ proliciebatur, qualem
„ etiam fonticulus præbebat. Effectus
„ hinc erat quidem exoptatus; interim
„ quod oculi nihilo minus adhuc ſubinde
„ laborarent, ☿ dulcem prioribus ♁bus
„ adjeci, infuſumque theiforme ex rad.
„ valerian. helen. pimpin. herb. nepeth.
„ hyſſop. beton. trifol. fibr. ſem. fœnic.
„ præter ♁em cachect. WEDEL. ſaſſafrat.
„ ad tempus propinavi, et die 14ª tertia
„ vice pilulis cephalicis corpus purga-
„ vi. His et ſetacei fonticulique con-
„ tinuato uſu id obtinebatur, ut die 14ª
„ Febr. materia a ſetaceo et fonticulo

„ manans e glutinosa tenuior redderetur, adeoque æger post iterata collyria, V.æ S.em que, et purgans porro repetitum (ne roborantium aliorum denuo mentionem faciam) die 8a Martii oculis sanis redditis valetudinario quidem valedicere posset, non tamen (quod metuebat) opificio suo valedicere cogeretur. Sub abitum sedulo svasi usum solennem scarificationum et V. S. ante æquinoctia, purgantia itidem circa eadem, et frequentia pediluvia „.

d) *Setaceo sanato fonticulus substituatur* post morbum sanatum, ne forte revertatur; quod prudenti consilio cavit J. G. GULBRAND (*m*), cujus „ centurio 36 annorum arthritide cum exostosibus in dorso manus sinistræ per 3 lustra laboravit post suppressam gonorrhœam malignam; adhibitis multis postea remediis restabant tamen dolores vehementes artuum, ischiorum præsertim et genuum, ut difficulter ambularet. Adhibuit æger sub cura nostra succos expressos herbarum recentium antiscorbuticarum, serumque lactis, interpositis laxantibus tem-

(*m*) l. c. Vol. I. obs. 18. Cas. I. p. p. 214.

„ pore vernali, poſtea pilulas HOFF-
„ MANN. majores, decocta lignorum,
„ adque exoſtoſes unguentum ♀ le cam-
„ phoratum omni veſpera, et balnea va-
„ poroſa tria quavis hebdomade. Sen-
„ ſim ſic evanuere dolores et exoſtoſes,
„ bene ambulavit æger; ſæpiſſime vero
„ vertigini caducæ ſubjiciebatur. Reme-
„ dia præſcripta ultra 2 menſes conti-
„ nuata ſeponere juſſi. Detractis 10 un-
„ ciis ſanguinis haud coagulati decoctum
„ corticis Peruv. acido vitrioli nuptum
„ omni trihorio ſumpſit, quo adhibito
„ poſt 14 dies ſanum ſe prædicabat, ex-
„ cepta levi intercurrente vertigine.
„ Circa inſequens brumale tempus ſub
„ libero aere capite nudato corpore
„ æſtuante negotia perficiens levi oculi
„ dextri inflammatione corripiebatur;
„ flocci hoc faciens aeri quotidie ſe ex-
„ poſuit: inflammatio per quatriduum
„ ita increvit cum adeo intolerabili do-
„ lore oculi et capitis ejusdem lateris,
„ ut vix mentis compos eſſet. In auxi-
„ lium vocatus Væ Ses, pediluvia for-
„ tiora cum ſinapi Anglicana et aceto
„ vini parata, laxantia, emetica, tem-
„ perantia antiphlogiſtica, hirudines cir-
„ ca oculum et tempora, veſicatoria po-
„ ne aures, in nucha et brachiis appli-
„ canda ordinavi; at omnia in caſſum:

„ oculus

„ oculus intenſe adeo rubuit, ut cornea „ tota ſpeciem carnis ruberrimæ tulerit: „ intra pupillam fluctuavit quaſi pus al- „ bum tenue; viſus omnino abolitus „ erat, et de oculo fere conclamatum „ eſſe credidi, dum ſetaceum nuchæ ap- „ plicandum, et electuarium mundificans „ quater in die ſumendum juſſi. Suppu- „ rato per 3 hebdomadas ſetaceo dolores „ capitis et oculi decreſcebant, pus in- „ tra pupillam ruborque oculi diſpare- „ bant, et viſus pedetentim reſtitueba- „ tur. Antequam ſetaceum ſublatum „ fuit, fonticulus ad brachium ejusdem „ lateris applicatus fuit. Sanitati per „ hæc remedia redditus perfecte centu- „ rio jam ultra annum a doloribus oculi „ atque vertigine immunis, viſumque „ fonticulo bene ſuppurante lætatur in- „ tegrum „.

e) *Ulcera hæc diutiſſime aperta ſunto*; ne coalitis iis morbus repullulet: quod toties obſervatum fuit, velut paulo poſt (*n*) viſuri ſumus. Quod enim in LENTILII (*o*) femina impune ambo fonticuli coiverint, in cauſa forte fuit, quod vel diſpoſitio ad morbum poſt plures de-

(*n*) Vide ſeqv. f).
(*o*) Vide præced. b).

mum annos desierit, vel catameniorum fluxus in pubertate obortus morbi reversionem prohibuerit; quod posterius quantum ad recidivas inhibendas valeat, docet observatio J. D. RÜCKERI (p); „ virgini probæ educationis a prima juventute ophthalmiæ obnoxiæ integerrimi parentes domestica varia externa, his vero in cassum adhibitis mitiora nunc, mox fortiora et generosiora remedia interna ad debellandum malum multa sollicitudine dederunt; verum ruborem bulbi oculorum auctum potius quam diminutum in dies conspexere. Hinc omnibus nihil omnino conducentibus optimi parentes fonticulum in brachio sinistro ea cum felicitate inuri jusserunt, ut ex ulcusculo hocce pus probe coctum et copiosum posthac emanaverit, ac ophthalmia plurium annorum plenarie ferme sublata fuerit, licet fila ducendo, acu pingendo, aliaque peragendo malum quandoque, mitius licet, recruduerit. Ad pubertatis annos provecta virgo menstruorum fluxum ad 26 annum usque, quem agit, nunquam experiebatur; nausea vero

(p) Commerc. Nor. T. 4. A. 1734 hebd. 25 No 4. p. 198.

„ ulcusculi ducta fonticulum ante se-
„ mestre spatium coalescere passa est.
„ Hoc peracto anxietas quædam præcor-
„ dialis et phlogoses in facie per aliquot
„ dies subsequebantur, quæ sub diligen-
„ ti pediluviorum et nitrosorum usu ca-
„ tamenia exoptato eventu excipiebant,
„ et huc usque legitimo tempore rite
„ fluunt, virginemque incolumem ser-
„ vant „. Ceteroquin autem F. HOFF-
MANNUS (*q*) „ nos certe (ait) sæ-
„ pius observavimus post morbillos vel
„ variolas in pueris oculorum acres de-
„ fluxiones, quæ non nisi apposito in
„ nucha setaceo cessarunt, sublato au-
„ tem postea setaceo protinus de novo
„ oculos infestarunt „.

f) *Eadem sanata morbo repullulante renovanda.* C. T. BIERLINGII (*r*) femina 55 annorum quotannis præ primis hyeme, idque per multos annos, gravissima et dolorifica ophthalmia, ad trimestre spatium recurrente, tentata omnibus cum therapeuticis tum prophylacticis frustra adhibitis, solis recusatis fonticu-

---

(*q*) Diss. de vesicant. et fonticul. circumspecto in medicina usu §. 45. (Opp. T. 6. p. m. 76.)

(*r*) l. c. Obs. 20. p. 255.

lis, cum gravior ſemper morbus rediret, cœcitatem minitans, demum ab admiſſo in brachio lævo fonticulo egregie levata, et altero quoque in dextro brachio facto prorſus curata, plures inde annos ab hoc morbo immunis fuit. Sanatis autem iisdem rediit morbus, nec ceſſit, donec apertis iterum fonticulis ad ſummum uſque ſenium ab eodem libera manſit. Perinde apud A. PARAEUM (*s*) quidam vir cum ex oculorum inflammatione viſum prope amiſiſſet, fruſtra omnibus tentatis, nuchæ indito ſetone ſenſim convaluit; quo vero poſt annum educto, ulcereque coeunte, morbus cum cœcitatis periculo reverſus ad renovatum ſetaceum rurſus diſparuit. Haud ſecius octennis J. A. REIMANNI (*t*) „ puer . . . „ adhuc geſtat ſetaceum, cum poſt va- „ riolas . . . ſuperatas inflammationes „ oculorum ſingulo plenilunio recidivan- „ tes cum narium obſtructione continua, „ fœtore, et tumore, metuque ſic ozœ- „ næ experiretur, ſimulque diuturnitate „ mali ſuffuſionis initia in oculis mon- „ ſtraret, hic hoc ipſo remedio in tan- „ tum convaluit, ut nil niſi nubecula te-

---

(*s*) Opp. L. 9. C. 24.
(*t*) l. c. p. 121. ſq.

„ nuis visum tamen non impediens su-
„ persit in cornea, nec recidivæ am-
„ plius obnoxius sit. Contigit autem
„ quodam tempore, quod setaceum pro
„ more suo serum excrementitium non
„ploraret; unde statim gravius quoad
„ nares et oculos habebat: jussimus ergo
„ zonam inungere ungvento digestivo,
„ quod cum ℥e cantharidum roboravi-
„ mus cum præsentaneo effectu; prorita-
„ to namque pristino effluxu sanitas etiam
„ redire cœpit posthac constans „. Interdum occlusis ejusmodi ulceribus pro ophthalmia aliud aliquod oculorum malum consequitur, quod illustri exemplo ostendit J. H. SCHULZE (*u*): „adole-
„ scens temperamenti sanguineo-melan-
„ cholici variis defluxionibus pituitosis a
„ pueritia inde obnoxius ita tandem illis
„ male affligebatur ad oculos pertinacius
„ corrivatis, ut Pater celebris medicus
„ vereretur, ne omnino jucundissimum
„ videndi sensum corrumperent, aut pe-
„ nitus auferrent. Cum varia tentasset,
„ neque ab ullo auxilio vel præsidio so-
„ lidum fructum reportasset, confugie-

(*u*) Diss. de fonticulis caute occludendis casus 4to Halæ 1741. Resp. E. G. BURGHARDTO.

„ bat tandem ad fonticulum in brachio „ excitandum. Non longo interjecto „ tempore luculentum hujus auxilii fru- „ ctum cum gaudio intuebatur. Nam „ ita omnis ab oculo ad fonticulum deri- „ vabatur pituita, ut omnino nihil, de „ quo quereretur aut metueret, superes- „ set. Adveniebat inter hæc tempus, „ quo filium ad ingenii culturam susci- „ piendam domo sua Pater dimittendum „ judicabat. Serio autem obtestabatur „ abiturum, ne unquam immemor esset „ fonticuli probe mundandi, et ut sæpe „ præceperat, procurandi. Sed ut so- „ let illa ætas sæpe alia probare, quam „ quæ parentibus visa sunt, ita noster „ cum prima nocte hospitium subiisset, „ se a custode remotum vel ideo læta- „ batur, quod impune sibi liceret glo- „ bulum in ulcere artificiali gerendum „ abjicere, et sordidi incilis exsiccatio- „ nem proximam exspectare. Ab eo „ tempore in 4um annum non quidem „ omnino immunis a pituitæ ad oculos „ defluxione mansit, neque plane care- „ bat aliis, quæ ipsum jubebant de con- „ servanda oculorum acie serio cogita- „ re. Consulebat subinde medicum, in „ cujus ædibus habitabat, qui pilulis „ quibusdam cephalicis et ☿io dulci „ exhibito metum omnem semel iterum-

„ que avertebat. Cum autem aliquando
„ accideret, ut cum ſodalibus genio
„ per complures dies liberalius indulge-
„ ret, et ſe vino largius perfunderet,
„ auctumno jam tunc ingreſſo, forte
„ etiam alia in rectam diætam peccata
„ non ſatis vitaret; mane cum exper-
„ gefactus eſſet, et noctem jam præteri-
„ iſſe ſatis intelligeret, maximo ſuo ter-
„ rore et incredibili triſtitia nimium
„ ſentiebat, quam prave ſibi conſuluiſ-
„ ſet, qui optimi Parentis et tam artis
„ conſulti quam ſuæ ſalutis cupidi præ-
„ ceptum neglexerat. Advocandum illi-
„ co curabat hoſpitem, cui cum mul-
„ tis lacrymis, quid admiſiſſet, quid-
„ que pateretur, exponebat, et auxili-
„ um anxie requirebat. Primam tunc
„ mentionem injiciebat fonticuli diu ge-
„ ſtati, et fructus ab illo percepti. In-
„ ſpiciebat is oculum utrumque: vide-
„ bat per corneam tunicam ſatis pellu-
„ cidam tranſparere aliquam quaſi telam
„ ſubtiliſſimam, coloris ejus æmulam,
„ quem ſpicæ prope maturitatem adeptæ
„ monſtrant, pallide virideſcentem. Cum
„ judicaret id cryſtallinæ lentis vitium
„ eſſe, cujus tenuiſſimos utriculos te-
„ nax aliquis et coagulum inducens hu-
„ mor ſubiiſſet, audiſſetque de fonticu-
„ lo, quæ æger antea ſollicite celaverat,

„ nulla interjecta mora fonticulum pri-
„ stino loco reparandum curabat. Tam
„ autem felix erat auxilii hujus succes-
„ sus, ut cum ichores suos quotidie ex-
„ spuere more pristino cœpisset, pauci
„ omnino dies intercederent ad optatam
„ usque et perfectam pupillæ claritatem,
„ et oculi utriusque optabilem in viden-
„ di officio integritatem „.

4. *Contraindicant* denique ulcerum horum excitationem subinde indicia manifesta, subinde vero occulta quædam idiosyncrasia corporis ulcera ejusmodi non ferens, aliæve causæ iis non abolendæ et in solidis magis quam fluidis quærendæ; quod sæpe non nisi a posteriori edifcimus. „ Sacra anchora in inflam-
„ mationibus oculorum est setaceum, in-
„ quiunt Vratislavienses (*x*); non tamen
„ vanus est PLEMPIUS scribens quod
„ in sicciotibus magnopere læsionem ad-
„ augeat „. Et vero corporibus macris, exsuccis, atrophicis, laxis item debilibusque vasis exsistentibus, præsertim cum aliqua cachexia conjunctis, raro unquam ulcera hæc proficua fuisse sunt observata, ut documento sunt pueri, quorum FORDYCE (*y*) et

(*x*) Histor. morbor. Vratisl. p. m. 63.
(*y*) Vide §. 48. No 3.

RIEDLINUS (z) et LE ROY (a) meminerunt; quibus etiam accensenda est REIMANNI (b) „ femina 26 annorum, densio-
„ ris corporis habitus, quæ licet menstru-
„ um fluxum debitum experiretur, in
„ sterili tamen conjugio hactenus vixit.
„ Erat hæc a multis annis cephalææ ob-
„ noxia, et leviori oculorum inflamma-
„ tioni, cum aciem eorum intendere
„ valde debuerit in juvando suo marito,
„ qui aurifaber fuerat. Facto vero æstu-
„ osa admodum tempestate itinere quo-
„ dam, cum radiis solaribus toto die ex-
„ positum caput haberet, gravem incur-
„ rit ophthalmiam; qua discussa ex par-
„ te animadvertit in dextri oculi pu-
„ pilla foveolam obscuram visum impe-
„ dientem; simulque observat oculum
„ hunc altero contractiorem, nec se
„ palpebras in oculo affecto debite di-
„ ducere posse, sicut fit in sano. Ini-
„ tium suffusionis adesse rata ex consilio
„ chirurgi formicarum acrem liquorem
„ instillavit; sed post magnos exinde
„ natos ardores ob acrimoniam malum
„ deterius esse potius animadvertens,

(z) Vide §. 63.
(a) Vide §. 63. No 2.
(b) l. c. p. 123. sq.

„ intermisit usum. Ruborem et ardorem
„ fere constantem posthac oculi solaba-
„ batur cum flore lactis et viridis æris
„ portione in linimentum redacto, quo
„ palpebras inungebat. Oculus semper
„ hinc siccus fuerat, nec ulla unquam
„ serositas observari poterat; imo si flens
„ humectaret eundem, melius sibi esse
„ laudabat. Consilium nostrum expetens,
„ . . . quamvis malum fore incurabile
„ suspicaremur, quod foveolam illam
„ vel ex resiccatione crystallini (refere-
„ bat enim circulum), vel corneæ ali-
„ qua lamellarumque hujus ruptura pro-
„ ductam judicaremus; tamen experiri
„ voluimus, utrum aliquam alleviatio-
„ nem conferre ægræ liceret. Fonticu-
„ lum, quem in brachio sibi jam ante ex-
„ citaverat, siccum esse continuo fateba-
„ tur; et cum topicis nullum levamen
„ procuraretur, a pinguedine viperina
„ in pejus haberet, experiri voluit se-
„ tacei efficaciam; sed sine ullo effectu:
„ quamvis enim aliquantum flueret hæc
„ materia serosa plus quam ex fonticu-
„ lo; tamen ardorem et ruborem ocu-
„ li . . . tollere non licuit. Ita quo-
„ que viro quadragenario majori ex ♁
„ abusu ophthlmia seu rubore oculorum
„ continuo et trachomate affecto recor-
„ damur . . . frustra adhibitum fuisse

„ ſetaceum „. Scorbuticis vero maxime omnium id genus ulcera obſunt. Ita S. ALISCHERI (c) puellæ novenni admodum ſcorbuticæ, et ſceleti inſtar emaciatæ, ambosque oculos rubros habenti fonticulus in brachio excitatus vix 8 hebdomades aderat, cum non modo oculos non emendaret, ſed fungoſæ quoque carnis proventum in ulcere cauſarit, ac dolentiſſimum toti brachio eryſipelas acciverit. Pulchre etiam hactenus dicta confirmat obſervatio S. A. D. TISSOTI (d) de matrona 60 annorum, obeſa, ſævam plurium annorum lippitudinem experta, quam depulſuri medentes ubi lævo in brachio fonticulum excitaſſent, ocyus ſævi circum dolores, inflammationes, lichenes, herpetesque orti, totum cito fœdantes corpus hactenus omnis cutanei morbi expers. Lippitudo etiam gravior abhinc facta, amiſſo pene viſu, ob cataractam utroque in oculo natam. Clauſo primo cauterio muſculoſæ nimis parti appoſito, ſectoque alio (ita volente ægra), adhibitis brachio Saturninis, datisque le-

---

(c) Annal. Vratisl. Tent. 23. A. 1723. Febr. Cl. 4. art. 13. §. 1. p. 214.

(d) Epiſtola ad A. HALLERUM de variolis, apopl. et hydrope p. m. 128. ſq.

nibus catharticis e ☿o dulci et ſulphure aurato, ſanata cutis, cataracta utraque ſuperſtite ſolo ferro tollenda.

§. 66.

PERISCYPHISMUS autem, quem ita P. AEGINETA (*e*) compellat (id eſt cutis cranii eum ad modum inciſio, ut detonſo ad cutem uſque capite, vaſisque temporum vitatis, tranſverſa inſtituatur ſectio a ſiniſtro tempore ad dextrum uſque, paulo ſupra frontem; oſſe autem nudato pluribus diducatur linamentis; ac poſt ſolutionem, declinante jam inflammatione, os radatur, donec producere carnem incipiat, et ductu concarnationis pulvillis incarnantibus curetur), et alii ſecandi urendique ab HIPPOCRATE (*f*) traditi modi, etſi R. A. VOGEL (*g*) iis hodie quoque locum eſſe dandum cenſeat, partim ob crudeliorem operationis

---

(*e*) De re medica L. 6. C. 7.
(*f*) De locis in homine pag. FOES. 413. ſq. & de videndi acie p. 688. ſq.
(*g*) Diſſ. de prærogativa Væ Sis in partib. laborantib. §. 19. 4. Gott. 1756. Reſp. L. F. B. LENTIN (in Opuſc. Med. ſelect. No 3. p. 106. ſq.).

naturam, partim vero, quod methodus ophthalmiis graviſſimis etiam medendi uſque adeo hodie ſit præclara, ut vulnerum horum neceſſitatem prorſus ſubmoverit, præſertim ſuffectis eorum in locum fonticulis ac ſetaceis, nuſquam amplius exercentur.

CAPUT VII.

INOCULATIO MIASMATUM RETROGRESSORUM.

§. 67.

Inter procatarcticas ophthalmiæ cauſas vidimus (*b*) a varia materiæ morboſæ ad oculos metaſtaſi ophthalmias generari cum graves ſæpenumero tum plerumque ad omnia quæque præſidia rebelles, nec ante ab iis liberos evadere ægros, quam materia illa ad priſtinas ſuas ſedes revertatur. In primis vero id a ſcabie et gonorrhœa virulenta accidit. Eapropter omnem ſemper operam impendunt medici ad revocandam vel ſcabiem vel gonorrhœam. Quarum revocandarum cum

---

(*b*) Vide §. 22 No 4, 7.

plura ſuppetant artificia, nullum tamen horum præſtabilius eſſe obſervatur, quam *inoculatio*; ut quæ et ocyus et facile administrari poſſit. Enim vero

I. GONORRHOEÆ *virulentæ inoculatio* ita habet: „ immittitur, inquit M. „ LANGE (*i*), in urethram viro go- „ norrhœa virulentiſſima laboranti bacil- „ lus cereus, iſque per aliquod tempus „ (differt tempus hoc, et prout materia „ gonorrhoica plus vel minus virulenta, „ plus vel minus temporis poſcitur) in „ ea relinquitur, donec bacillus bene „ materia gonorrhoica inunctus fuerit. „ Nunc introtruditur confeſtim bacillus „ venereus iſte in urethram hominis ad- „ ſtantis, morbo ex gonorrhœa ſuppreſ- „ ſa laborantis, ibique per 3 -- 6 horas „ aſſervatur, donec ardor et reliqua go- „ norrhœæ veræ ſymptomata apparue- „ rint. Gonorrhœa præſens dein tracta- „ tur ſecundum artis principia „. Hocce artificium A. 1764 MARIGUES (*k*) in curatione ophthalmiæ venereæ a gonorrhœa repreſſa ortæ pulchro cum ſucceſſu adhibuit. Ii, qui crimina parvi pen-

---

(*i*) Diſſ. cit. §. 41. p. 76.

(*k*) ROUX l. c. T. 36 Aout 1771 p. 160. ſqq.

dunt, aliam inoculandæ gonorrhœæ viam præferunt. „ Mira nuper hic, inquit „ J. J. PLENCK (l), loci (Budæ) contigit historia hujus morbi: lanio ex „ gente Rasciana gonorrhœa laborans aliquot uncias olei terebinthinæ hausit, „ ut sibi gonorrhœam curaret. Suppressa gonorrhœa subito vehementissima ophthalmia gonorrhoica utriusque „ oculi afficitur. Chirurgus, qui me hac „ de re consuluit, ægroto gonorrhœam „ ope candelulæ infectæ inoculare tentavit; at ægrotus id non admisit, dicens „ se leniori via sibi revocaturum esse „ gonorrhœam. Adiit ideo eandem, a „ qua gonorrhœam obtinuit, meretricem, ac altero jam die profusissima „ gonorrhœa laborabat: oculi inflammatio remisit; et solo interno usu ☿ ii „ gummosi intra 6 hebdomadas ab utroque vitio perfecte curabatur „. Ita scelera etiam non svadenda, ubi commissa sunt, scientiæ humanæ proferendæ inserviunt. Quod si vero ejusmodi aut loco sit æger aut animo, ut inoculatio hæc institui nequeat, SCHMUCKERI methodus antiphlogistica virus ex oculis ad genitalia derivans est adhibenda; demendus nempe pro morbi magnitudine

(l) Doctr. de morbis venereis p. 83 nota (*).

ſanguis, alvus rheo cum nitro ducenda, pudendis ſotus emollientes late admovendi, &c. ut SCHMUCKER ſuo in ægro (*m*) diligenter perſecit. Imo ſecuritatis ergo hæc ipſa methodus etiam ubi inoculatio fit, haud eſt negligenda; ut quæ iſtam celerius reddat efficacem. Porro.

2. SCABIEI *inoculatio* peragitur vel crebra ſcabioſorum contrectatione vel nocturno accubitu eodem in lecto, vel geſtatione induſiorum, manicarum, tibialiumve a ſcabioſis geſtatorum, ſanieque adhuc ſcabioſa ſordidatorum. Illuſtre prorſus hujus rei exemplum literis prodidit J. G. HALLMANN (*n*): fabri lignarii filia 12 annorum poſt malignas variolas confluentes ante biennium male tractatas contraxit plus quam biennalem utriusque oculi inflammationem ad plurima remedia (ſcilicet V.æ S.es, ſcarificationes, hirudines, cathartica, ☿lia cum purificantibus, veſicantia, idoneaque ophthalmica) contumacem cum floccorum oculis oberrantium illuſione, ac palpebræ tumore, duritie, pruritu et ulceratione,

(*m*) Vide hiſtor. 16.

(*n*) Act. Svec. Vol. 38. trimeſtr. 3. No 3. p. m. 212. ſqq.

tione, purisque inde lenti et acris proventu, ac insigni rubore eryſipelatode ſe ſe late circa inferiorem palpebram extendente. Puella cutem flavam ac tenſam habebat, debilis et macra; nihil tamen ceteroquin querebatur: vigebant appetentia ſomnusque, niſi dum remittentis indolis morbus per punctorios dolores geminatumque palpebrarum pruritum graviſſime exacerbabatur. Toto autem infantiæ tempore paſſa eſt puella inſignem pedum ſcabiem cum magnis poplitum ulceribus; quam cum ingruentes variolæ in totum aboleviſſent, vero erat ſimile, miaſma varioloſum ſe ſe cum ſcabioſa materia univiſſe, atque deinceps metaſtaſin illius ad oculos accidiſſe. Idcirco poſt ſepoſitam aliquamdiu medicationem, viresque analepticis refectas, ſiccamque cutim prius balneis tepidis humectatam et emollitam, veſpere quodam egreſſa e balneo ægra juſſa eſt perfrictos prius probe calideque pedes induere laneis tibialibus a ſcabioſo puero dies aliquot geſtatis, multa adhuc ſanie cruſtisque inhærentibus, eaque tribus continuis geſtare nycthemeris. Enata inde cephalalgia, dolores artuum, vehemens febris, ac tenſiones pectoris cum ſicca tuſſi, prorſus ad modum exanthematicarum febrium. Interea ſedulo hauriebat infuſum

tenue flor. ſambuci, atque aliquot guttas MRæ ſimplicis aſſumpſit. Ob ſimultaneam etiam vomituritionem datus ☐ emeticus e decocto hordei celeriter operatus eſt. Lapſis 24 horis æſtus, cephalalgia, tuſſis, puncturæ thoracis minuebantur, ac pro ratione increſcentis ſenſim perſpirationis etiam rubor eryſipelatodes utroque in pede diffuſus comparuit, qui poſtridie ſe ſe dividens in rotundas moleculas velut genuinam ſcabiem contrahebatur. Hac vero increbeſcente, vixque octiduum durante oculis albedo viſusque acies redibat; palpebrarum tumor durities calloſitas minuebatur, pusque tenuius parcius ac minus acre inde prodibat. Scabiei ergo eruptio promovebatur tepidis balneis, potu infuſi ligni Guajaci, et uſu ʒis e flor. ſulph. cum camphora; oculis vero nil adhibitum præter crebriorem humectationem ope aquæ frigidæ guttis aliquot aceti Saturnini et 🜊 Gallici alteratæ. Poſt 6 hebdomades nil niſi aliquis palpebrarum facile collabentium languor ſuperfuit, et ægra ob deperdita pleraque cilia intenſiorem lucem diurnam non ſatis ferebat. Ubi demum ſcabiei eruptio ulterior ſubſtitit, imo in dies minuebatur, ne forte irradicetur, ab uſu pulveris et decocti ceſſatum eſt, horumque in locum data ſæpius cathar-

tica cum ☿io dulci, ac partes affectæ juxta focum ▽a GOULARDI calida lavabantur. Ab his ſcabies omnis reſiccata demum evanuit, palpebris nativus tonus rediit, vires increvere, et anno inſequente puella aquas ſoterias bibit.

CAPUT VIII.

OPHTHALMICA.

§. 68.

OPHTHALMICA denique *remedia*, quæ oculis forma fotus, litus, collyrii, &c. applicantur, expendenda ſuperſunt. Etenim H. BOERHAAVIUS (*o*) „ externe . . . ad locum affectum (ait) „ applicanda ſunt topica, ut malum ibi „ hærens corrigatur. Plurima hic præ- „ ſcribuntur medicamenta; ſed pauciſſi- „ ma ſunt, quæ ſpei ſatisfaciunt, et præ- „ terea maxima prudentia in eorum uſu „ opus eſt „. Ne autem ex immenſa eorum, quæ hic ſine diſcrimine ab empyricis commendata ſunt, farragine in delectu peccetur, memoria tenendum eſt, eadem oculis inflammatis adhibenda eſſe reme-

(*o*) l. c. §. 60 p. 52.

dia externa, quæ aliis quibusvis partibus ex inflammatione laborantibus applicari debent: proinde pro variante inflammationis ac ſymptomatum vigore graduque varia ut ubique alibi, ſic oculis quoque adhibenda ſunt topica; hac tamen iſthic obſervata cautela, ut cum alibi locorum ob minorem plerumque partium ſenſilitatem ſæpe acriora paulo ejusmodi topica eſſe poſſint, oculis perquam provide ſimilia admoveantur, ſecus aucto inde facile dolore inflammatio quoque augebitur. „ Reperit enim BOERHAAVI-„ US (*p*) omne medicamentum dolorem „ excitans in oculo inflammato peſſimum „ eſſe; dolorem enim facientia ſuppu-„ rationis cauſam augent „: quæ eveniens plerumque oculum peſſumdat; et „ auſim dicere, inquit F. HOFFMAN-„ NUS (*q*), plures viſu privari ex im-„ peritia applicandi topica, quam ex „ ipſa morbi vi ac magnitudine „. Cujusmodi exempla paſſim in hocce libello videre eſt. Ne itaque id eveniat, ad præſentem inflammationis ſtatum diligen-

(*p*) Ibidem p. 53.
(*q*) Diſſ. de errorib. vulgarib. circa uſum topicor. in praxi §. 7. (Opp. T. 6. p. m. 323).

ter eſt reſpiciendum, qui rite perſpectus, quid et quando admovere oculis oporteat, liquido præmonſtrabit.

§. 69.

Varius igitur ophthalmiæ gradus *vel relaxantia* cum attenuantibus leniterque ſtimulantibus poſcit, *vel repercutientia* ex roborantibus, adſtringentibus, ſiccantibusque (id quod in cujusque alius partis inflammatione perinde valet). Verum hac ipſa in re omnis curationis periculique cardo vertitur, ne ubi relaxantibus opus eſt, repercutientia, ac viciſſim, in uſum vocentur; id enim ipſum eſt, quod toties oculos perdidit. Facile autem hos ſcopulos tiro vitaverit, modo ad ſequentia advertat animum. Princeps nempe in ophthalmiæ curatione canon eſt, ut inflammatio reſolvatur; nam cum in aliarum partium inflammationibus ſæpenumero vel reſolutio vel ſuppuratio iis ſanitatem reddat, hic ſola reſolutio eſt ſalutaris, ſuppuratio vero plerumque exitioſa: quapropter in ophthalmia medendi methodus unicam reſolutionem inflammationis pro ſcopo habeat, oportet. Cum autem hæc reſolutio binis fieri poſſit modis, nimirum ſanguinem ſeroſis arteriis errore loci im-

pactum vel in serosas venas motu progressivo promovendo, vel in arterias rubras (unde advenerat) motu retrogrado repellendo, ut ex his deinceps in venas rubras feratur (tertius enim modus haud suppetit): evidens est, si priore illo modo resolutio tentanda sit, necessum esse, ut et fines arteriarum serosarum, per quos sanguis in serosas venas iis continuas est promovendus, relaxentur, et sanguinis globuli compositi majores in minores dissiliant; sin vero posteriore modo resolutio sit facienda, perinde liquet, fines arteriarum serosarum non tam laxandos esse, quam potius vasorum horum contractilitatem ab apicibus versus bases augendam esse. Queis positis jam et illud sit perspicuum, ad primam resolutionis methodum remediis opus esse relaxantibus, attenuantibus, lenissimeque stimulantibus, ad alteram vero repercutientibus.

§. 70.

At quando una quando altera resolutionis methodus locum habet? Recte sane id impræsentiarum et opportune tironi quærere in mentem veniet; quippe hoc illud est, in quo omnis bona et ordinata ophthalmiæ medendi ratio

ſita eſt. Prima itaque reſolutionis methodus tunc ſemper eſt adhibenda, ubicunque illam ipſa etiam natura molitur, id eſt in omni graviore ophthalmia, præſertim cum manifeſta et vehementi febre conjuncta; hac enim præſente adeſt præternaturalis humorum impetus infarctum arteriarum ſeroſarum oculi a tergo urgens, quo ipſo conatur natura et fines harum arteriarum dilatare, et globulos rubros iis impactos per illarum fines dilatatos in continuas ipſis venas tranſprimere: hoc itaque ſuo in opere eſt omni ratione adjuvanda per applicata remedia fines arteriarum ſeroſarum relaxantia, ſanguinem attenuantia, lenemque vaſis ſtimulum, ut impactum ſibi ſanguinem facilius propellant, addentia. Quæ cum ita ſint, quantum quæſo mali non accerſeretur, ſi præſente hoc naturæ molimine altera illa reſolutionis methodus naturæ conatibus e diametro oppoſita adhiberetur! Id ipſum utique eſt, quo ab empyricis toties oculis inflammatis exitium affertur. Altera vero reſolutionis methodus tunc præſertim locum ſibi vindicat, quando natura priorem non molitur, id eſt, dum levis adeſt inflammatio, ſeu hæc incipiens ſit, ſeu vehementis prægreſſæ ophthalmiæ reliquiæ, abſente notabili dolore, conſpicuo tumo-

re, ac manifesta febre inflammatoria. His ita breviter præmissis ad enumeranda in utramque hanc resolutionis methodum idonea remedia transeamus.

§. 71.

Ubi ergo primam resolutionis viam natura ipsa ingressa est, adjuvatur febre primum per vacuationes alvi ac sanguinis institutas, ubi opus est, ad moderamen redacta, ne impetus a tergo in arterias oculi infarctas sit nimius: quo facto applicanda infarctis oculorum vasis remedia tepida aut calida (nunquam frigida) emollientia aquosa, mucilaginosa cum mitissimis salibus incidentibus, resolventibusque; lenissima insuper stimulantia, roborantia, et interdum subadstringentia, ita ut, quo inflammatio major est, eo horum posteriorum ad priora proportio sit minor; et prout inflammatio remittit, ita eorumdem proportio ad priora prudenter sensim augeatur, imminutis e contrario prioribus, donec inflammatio ad eam fuerit redacta levitatem, ut ei altera resolutionis methodus per repercutientia tuto applicari possit. Initio proinde vehementis ophthalmiæ fotus et collyria e remediis ante dictis optime conveniunt. „ Horum selectissima, in-

„ quit BOERHAAVIUS (*r*), recenſe-
„ bo, experientia multiplici mihi com-
„ probata. Sumpſi nempe

Flor. althææ
—— malvæ
—— cyani
—— ſambuci aa p. j.
Fol. althææ
—— malvæ aa M. j.
Capit. pap. alb. ſine ſemin. ℥ij. coqv. cum
Aqua in catapl. ſub finem adde
Farin. ſem. lini q. ſ.
Aceti roſac. parum (v. g. ℨij)
Olei roſar. ℨ ij
Sacch. Saturni ℨj. M. F. cataplaſma

„ omni quadrihorio renovandum, et la-
„ xe applicandum toti orbitæ, quod
„ ſummas inflammationes curavit. Ace-
„ tum roſaceum (licet contradicat opi-
„ nioni vulgari) parva copia addimus;
„ quia in omni inflammatione nihil plus
„ reſolvit, quam acetum parva copia re-
„ ſolventibus emollientibus additum,
„ quod Veterum ſummum fuit medica-
„ mentum; . . . ſed non nimis magna
„ doſi addi oportet, alias acrimonia ſua
„ lædit, et vaſa rodit. Hoc ſolum ſuffi-

(*r*) l. c. p. 54.

„ cit, ne ſequatur ſuppuratio; et laxi-
„ tas etiam internis vaſis reſtitui poteſt
„ applicatis tantum externis medicamen-
„ tis: licet enim oculus clauſus ſit, ta-
„ men juvant; cum ſi externe omnia la-
„ xa ſunt, etiam interno malo ſpatium
„ procuretur, ut facile fluere queat.
„ Sequuntur nunc collyria (*s*) ſive medi-
„ camenta, quæ oculo inſtillata quatenus
„ poſſunt vaſa attingere, materiam egre-
„ gie reſolvunt. Sunt autem omnia,
„ quæ tepida vaſcula laxantia, impacta
„ leniter diluentia, vel ſvaviſſimo ſale
„ diſſolventia applicari poſſunt. Varia
„ hujusmodi proponuntur; formula, quæ
„ ſequitur, probatiſſima eſt:

℞. Sem. cydonior. gr. vj
Opii puriſſimi gr. jv
Sacch. Saturn. gr. ij vel iij. cum ſ. q.
▽æ deſtill. roſar. in mortario non cupreo ſed vitreo vel alabaſtrino F. emulſio, cujus ℥ ij vel iij adde
TRæ croci cum 🜅 rectif. factæ ʒ j.

„ Hujus collyrii gtt. j oculo ſubinde in-
„ ſtilletur, et marginibus oculorum in-
„ ungatur, poſt inſtillationem autem
„ claudatur oculus. Hæc formula opti-

(*s*) Ibidem §. 61. p. 55.

„ ma eſt, et ſufficere poteſt; ſæpe pro-
„ fuit in ſtatu inflammationis, et exper-
„ ti laudabitis per eventum. Semen
„ cydoniorum addimus, quia arcanum
„ ſummum eſt apud multos in collyriis.
„ Et ob eandem quoque rationem ad-
„ jicimus opium, quod ob amaritiem
„ mirifice diſſolvit et aperit, . . . et
„ etiam ſopit „. J. L. SCHMUCKERUS (*t*) pulchros ſe effectus obſervaſſe teſtatur a cataplaſmatibus e ⊖*, aceti vini acris et aquæ æquis partibus cum groſſa farina ſecales coctis, atque tepide inter duo lintea applicatis. His vero paradigmatum inſtar pro tirone præmiſſis formulis nunc varia emollientia, attenuantia, ſtimulantia, repercutientia, &c. quæ præ ceteris uſu ſe ſe probaverunt, in medium adferam, ſimplicia primum, dein varias ex iis formulas ab œncomiis variorum claras.

§. 72.

I. *Simplicia* itaque commendatiſſima ſunt

A. *Emollientia* pro vaſis laxandis, dolore mitigando, acribus lacrymis aliisque ſtimulis obtundendis, inviſcandis, &c. præſertim vero

(*t*) l. c. p. 503.

1. *Albumen ovi* oculo affecto calide instillatum. Apud G. H. VELSCHIUM (*u*) refert H. REUSNERUS matronæ cuipiam ad ophthalmiam curandam usu frequentissimo probatum fuisse hoc euporiston: „ ovum recens a gallina edi„ tum imponatur aceto per triduum, et „ mollescet; tum acu compungatur, et „ effluet aqua, qua utere „. At nihil opus est diutina hac ovi maceratione; siquidem albumen sine hac etiam prosit. Apud C. F. PAULLINI (*x*) „ vir 65 „ annorum diu laborarat oculorum inflam„ matione, quæ tandem ita crevit, ut „ nec suæ nec conjugis manus ad de„ mulcendam illam sufficerent. Appli„ cuit denique artis pharmaceuticæ stu„ diosus solum ovi albumen oculis cali„ dum abjecto vitello, et mitescere cœ„ pit dolor cum pruritu „. Perinde A. E. BÜCHNER (*y*) meminit infantis quadrimuli, cui proxime ignem stanti scintilla in oculum illapsa ocyus pustulam ibidem cum vehementi dolore et inflammatione creavit; at applicato albu-

---

(*u*) Syllog. obs. et cur. medic. obs. 41.
(*x*) Obs. med. phys. Cent. 4. obs. 11.
(*y*) Miscellan. phys. med. math. A. 1729 Decemb. cl. 2. art. 3. p. 754.

mine ovi cum lacte materno conquassato malum intra horam conquievit citra ullum deinceps observabile in visu vitium. Neque etiam pœnitendo successu albumen ovi oculis adolescentis apud VEGA (z) est adhibitum.

2. *Lac* tepidum oculis inditum vel fotus instar admotum. „ In ophthalmia „ . . . omnibus . . . collyriis lac muliebre , inquit V. RIEDLINUS (*a*) , „ quod nuper in puero quodam, qui et „ varia collyria et scarificationem et vesicatoria et tonsuram capitis frustra „ in usum duxerat , secunda jam vice „ vidi : huic enim cum mulier quædam „ paupercula vix per 6 vel 7 dies lac „ suum quotidie bis ex mamma oculis „ instillasset, omne malum cessavit , et „ oculi omnino pristino statui restituti „ sunt „. Apud J. C. TILLINGIUM (*b*) „ adolescens 15 annorum ex chemosi „ habebat maculam albam in cornea „ oculi sinistri transparente, vasaque sanguine turgentia tria ex eodem in angulo interno coeuntia. Cum varia

(z) Vide §. 40.
(*a*) Lin. med. ann. I. Martii 4. p. 64.
(*b*) l. c. p. 66. sq.

„ medicamina diu frustra adhibita fuis-
„ sent, consilium tandem dedi, ut Caro-
„ linas adhiberet thermas, a quo ad
„ easdem perquam molesto itinere, ex
„ solis scilicet ardentissimo æstu et sabu-
„ lo minimo, quod aer movebat, gra-
„ vis oriebatur ophthalmia, qua palpe-
„ bræ in primis tumebant, serumque
„ acre et arenulæ adhuc inhærentes illos
„ offendebant. Fomentatio ex lacte ca-
„ lido sola sufficiebat, ut brevi hæc in-
„ flammatio cessaret „ &c. Perinde
P. FORESTI (*c*) „ Baccalaureus juris
„ . . . anno ætatis suæ 27° . . . cum
„ ex nimia vini potione in oculorum do-
„ lorem levem et rubedinem quamdam
„ cum exigua inflammatione incidisset,
„ et una catarrhum et dolorem capitis,
„ non tamen gravem incurrisset, sequens
„ decoctum eidem præscripsit:

℞. Cort. rad. cichor.
—— — fœnic. aa ℥ß
Fumariæ M. ij
Betonicæ M. j.
Acetosæ
Salviæ
Euphragiæ aa M. ß
Sem. anisi ʒij

(*c*) l. c. obs. 5.

Sem. coriandr. ppt. ʒj
—— ſiler. mont. ʒß
Fol. ſennæ ℥jß
Uvar. paſſ. ab arill. repurg. p. j
Prunor. Damaſc. N° jx. F. decoct. in ℔ iij
▽æ commun. ad conſumpt. mediet. ſtent per noctem ſupra herbas infuſa, mane coletur cum forti expreſſione, et arom. cum ʒj cinnam. ſelecti, et ſac-
„ charo dulcoretur. Bis in die ex eo
„ ſumebat. Poſtea has pilulas ſumpſit:

℞. Pil. lucis majoris
— hieræ ſimpl. GAL. aa ʒß cum Succo fœniculi F. pilulæ vij,
„ quibus circa medium noctis ſumptis
„ quinquies alvum depoſuit, et dolor ca-
„ pitis magna ex parte evanuit. Ad
„ oculi ruborem hoc collyrio utebatur:

℞. Aquæ fœniculi
—— roſar. aa ℥jß
Lactis mulieris lactantis puellam
„ ℥ß. M. Victuque attenuante utens
„ ſtatim fuit curatus „.

3. *Mucilagines*, ut cydoniorum ſeminum, de qua ante (*d*), et aliæ collyrii

---

(*d*) Vide §. 71.

forma adhibitæ ſæpe ad miraculum proſunt. „ Huc pertinet quoque formula
„ egregia, inquit M. LANGE (e), cu-
„ jus mentionem nuper fecit Cel. TRIL-
„ LERUS, quamque optimi emolu-
„ menti invenit Ill. QVARIN, quæ ſe-
„ quens eſt:

℞. Gummi tragacanth. ʒj
Mucilag. ſem. cydon. ʒjſs
▽æ roſar. q. ſ. ut F. collyrium
„ mediocris conſiſtentiæ, quod inſtille-
„ tur guttatim oculo, et externe etiam
„ linteola eo madefacta applicentur „.
Simili pene collyrio R. LENTILIUS (f) gravem ſatis ophthalmiam celeriter diſcuſſit, nempe „ puella 18 annorum
„ tempore menſtruo in aqua frigida per
„ totum diem morata ophthalmiam in-
„ ſignem ſibi contraxit. Oculorum bulbi
„ tumentes, ſanguine ſuffuſi, horridi
„ aſpectu, de die quidem non dolentes,
„ noctu autem acerbe. Ordinavi Væ
„ Sem in dextro pede largam, hinc ſe-
„ quentes pilulas una vice deglutiendas;

℞. Extr. panchym. CROLL.
M. P. de ſuccin. CRAT. aa. gr. xij
Reſin.

(e) Diſſ. cit. §. 37. p. 69 nota (a).
(f) Miſcell. med. pract. Part. I. p. 143.

Resin. scammon.
—— gialapp. aa. gr. vj. F. pil.
„ No 30. Postea collyrium, quocum
„ mane et noctu oculi inungantur:
℞. Mucilag. e. sem. psyi. et
——— —— cydon. aa. cum
▽^a fl. cyan. calcatr. et fœnic. extr.
℥j ß
Album. ov. No j. Conquassentur
„ invicem. Unde mox ophthalmia sub-
„ lata „.

4. *Malvæ flores*, quos jam in cataplasmate BOERHAAVII (*g*) vidimus. Decoctum autem illorum J. JANIN (*h*) fortuito quodam casu gravissimis in ophthalmiis cum hypopio jam conjunctis tam efficax reperit, ut non modo ophthalmias sustulerit, verum ipsum quoque hypopion certius, quam omnia alia hactenus cognita adversus illud remedia, discusserit, præterquam quod summos leniat dolores, pupillæ erethismum emendet, atque illapsa in oculum heterogenea educat. Hunc autem in modum illud parat Auctor (*i*):

(*g*) Vide §. præced.
(*h*) l. c. p. 356.
(*i*) Ibidem p. 394. No 14.

℞. Fl. Malvæ quantum 5 digitis capis, coq. in
∇æ vitro per 5 vel 6 minuta. Colaturæ trans linteum factæ adde
🜍 camphorati gtt. vj.

Quotiescunque illo utendum est, recens semper paretur, sæpiusque per diem tepide forma balnei fotusque et collyrii ad plenam usque sanationem, sub usu ceterorum quoque remediorum, quæ res poscit, applicetur. E numerosis vero casibus tres tantum luculentiores JANINUS (*k*) enarrat, in quibus remedii virtus magnopere elucescit. Feminæ biliosæ 27 annorum ophthalmia oculi dextri neglecta post prævium oculi capitisque dolorem punctorium hypopion invexit, oculoque demum visum ademit. Palpebræ præ tumore vix aperiri poterant; adnata turgebat admodum, anteriorque camera tantum puris continebat, ut nec iris nec pupilla cerni possent. Cum vero puris per incisionem eductio non dum tuta, morbumque auctura videretur, præscriptum interea decoctum malvæ pro balneo fotuque oculi ad mitigandos tantummodo dolores. Verum abhinc appa-

(*k*) Ibidem p. 357. sqq.

ruit, remedio iſthoc non dolorem modo deſiiſſe, verum et inflammationem et hypopion ita evaneſcere cœpiſſe, ut 15° inde die et iris et pupilla a pure liberæ fuerint, viſusque ob id aliquatenus redierit. Ubi itaque ægra ab hoc remedio tantum proficere cœpit, ad accelerandam curationem 4° quoque die datum catharticum

℞ Scammonei gr. xij
☿ ii dulc. gr. vj
Sacch. gr. xv. M. D. pro doſi.

Intermediis vero diebus quovis mane jejuno ſtomacho hauriebat ſeri lactis tenuiſſimi ℥xvj. Atque ſic continuato 36 dies decocti malvæ uſu oculus ſanatus eſt, ne veſtigio quidem tanti morbi ſuperſtite. Porro vir ad 47 annos habens conſilium petiit pro oculo ſiniſtro graviter inflammato cum hypopio inſuper totam anticam cameram adeo obtinente, ut cornea inde prominentior, quam in altero oculo, crepaturamque minitans, nil niſi maſſam quamdam purulentam referret. Cum de oculo actum jam eſſe videretur, pro doloribus tantummodo mitigandis, ulteriorique morbi progreſſu præcavendo, eadem remedia, quæ feminæ, ſunt præſcripta. At ecce! 12° poſt die nullum hypopii veſtigium ſuperfuit, Verum iris flammeo rubore infecta in-

ſignem arguebat adeſſe inflammationem: pupilla quoque contracta erat et immota, pone quam albida nubecula, ſedem in lente habere viſa, conſpiciebatur; quod quia metum injecit, ne anterior lentis pars cum uvea concreſcens viſum aboleat, ad præpediendam hanc concretionem, tollendumque iridis infarctum, ac motum ejusdem reſtituendum, ſepoſito malvæ decocto juſſus eſt æger oculum lacte vaccino frequentiſſime balneare, potuique nil niſi tenuiſſimum ſerum lactis conceſſum. Atque horum remediorum in 65 dies uſu æger priſtinam oculi ſanitatem viſumque recuperavit. Denique puella trimeſtris utriusque oculi ophthalmiam paſſa eſt, morbusque nutrice fruſtra in dies lac ex uberibus in oculos exprimente continenter crevit, ut demum copioſa materiæ virideſcentis puriformis, continuo ex interna palpebrarum parte per genas defluentis excretio ſupervenerit, atque in camerarum anticarum utriusque oculi fundo pus in forma maculæ ſubflavæ ſemilunaris apparuerit. Cornea intacta fuit, at adnata admodum erat inflammata. Malvæ itaque decoctum pro fotu et collyrio, imperatum intra paucos dies puriformem illam excretionem imminuit, ſenſimque plane cohibuit, et hypopion una cum ophthalmia feliciſſimo eventu prorſus evanuit.

5. *Axungiæ* quoque ad acrimoniam demulcendam, vaſorumque infarctorum fines laxandos, nec non opacitatem ab ophthalmia in cornea ſuperſtitem delendam, a multis hic fuere commendatæ, præſertim viperina. „ At vero, inquit „ F. HOFFMANNUS (*l*), intelligendum „ hoc ipſum eſt, ſi eæ fuerint recen- „ tes; quandocunque enim per vetuſta- „ tem rancorem contrahunt, acrimonia „ ſua . . . præſens damnum inferunt „. Alioquin vero teſtimonio Vratislavienſium (*m*) „ pinguedine viperarum recen- „ ti pruriens acrimonia, quæ haud raro „ hunc affectum comitatur, tollitur, „ ut D. GRASSIUS et alii experti perſæ- „ pe ſunt „. Et apud V. RIEDLINUM (*n*) „ artifex quidam ſancte affirmavit, „ patrem ſuum jam viſu pene orbatum „ ſolius hujus pinguedinis uſu eundem „ et reſtituiſſe et conſervaſſe „. Apud eundem ſexagenarius a multis annis calorem deficere admodum ſentiens, plurimumque catarrhis, oculorum præſertim, obnoxius, quos cum ſæpius vehementer

(*l*) Diſſ. de errorib. vulgarib. circa uſum topicor. in praxi §. 10. (Opp. T. 6. p. 324).
(*m*) Lin. med. ann. 3. Septemb. 9. p. 601.
(*n*) Ibidem 8 & 9. p. 599. 601.

invasissent, ultimum denuo sinistrum oculum afflixere, eoque non dum restituto dexter inde adeo est inflammatus, ut visum pene amiserit, quippe qui nec imaginem jam ullam redderet, maximumque splendorem vix perciperet. Plurimis frustra adhibitis tandem vesicans, at non præmisso cathartico, est admotum; verum quod eodem ipso die æger calidiori se se aeri ac pulverulento exposuisset, morbus ita increvit, ut medelæ ulterioris incapax esse videretur: donec axungia viperina adhibita egregie profuit. Hinc varii postmodo ophthalmiatri suis illam linimentis admiscuere. Et H. SLOAN (*o*) axungiæ porcinæ viperinam in linimento suo substituens tanto illud inde efficacius observavit evasisse, ut miracula sibi præstitisse visus sit. Viperinæ autem pinguedini M. RULANDUS (*p*) æquiparat, si non præfert, anserum pinguedinem recentem, duodecies lotam optime, ac tantisper cum aqua rosarum agitatam, quoad subtilissima candidissimaque nivis instar evadat; cujus gtt. j mane, meridie, et vesperi oculis immissa visum intra mensem ad

(*o*) l. c. p. 292.
(*p*) Thesaur. medic. tit. *ophthalmia* p. m. 83.

miraculum restituit. PHAEDRO Medicus CAESARIS hoc unico remedio cœcitatem sustulit, suffusiones, dolores, rubores, inflammationes, &c. Imponit autem isthic medicus gtt. j. ij. iij tepide ad oculos affectos mane, meridie, vesperi, supino jacente per ¼ horæ ægro. Quædam RULANDI ægra „ instar ovi „ gallinacei tumidos habuit oculos cum „ insigni dolore; hac pinguedine adhibi„ ta cessarunt omnia „.

6. *Gossypium*ne huc etiam referendum? Apud L. RIVERIUM (*q*) „ in„ fans recens natus oculorum rubore affi„ ciebatur cum multis sordibus puris „ instar inde effluentibus. Per 3 men„ ses affectus continuavit, et multa col„ lyria admota nihil contulerunt. Tan„ dem ex præscripto cujusdam medici „ gossypium singulis noctibus admotum „ est utrique oculo, quod prius ad pru„ nas diligenter exsiccabatur, digitis „ prius discerptum, et bene carmina„ tum. Postmodum uterque oculus con„ tegebatur pauca cotonis quantitate in„ star plumaceoli, fascia superinducta. „ Mane gossypium auferebatur dictis sor-

(*q*) Observ. hinc inde decerpt. 3a (Opp. p. m. 688).

„ dibus valde imbutum. Continuando „ remedium per plures noctes infans „ optime curatus eſt „.

B. *Stimulantia* porro cum leniſſima tantum eſſe oporteat, quæ dolorem nullatenus creando vaſis tamen vires addant ad ſtaſes ſanguinis in venas ſeroſas propellendas, non immerito delectu hic opus eſt. Hunc ergò in cenſum præter plurima alia referuntur

1. *Vapores* diſcutientes leniſſimi ſtimuli, cujusmodi curationem H. F. DELIUS (r) commemorat: „ vir 50 anno- „ rum, habitus corporis ſiccioris, hæ- „ moptyſin interdum paſſus eſt, ſub pau- „ lo vehementiori corporis motu recru- „ deſcentem. Pathemata hypochondria- „ ca olim ſæpius expertus eſt, ita ut „ medicus quidam pro motibus hæmor- „ rhoidalibus ea declarans fluxum hæ- „ morrhoidalem provocare niſus fuerit, „ ſed ſine omni eventu, niſi quod uri- „ næ ardor poſtea eum vexaverit. Ante „ annum et quod excurrit arthritide per „ aliquot menſes laboravit. Aliud jam „ accidit ſymptoma, nempe oculi ſiniſtri „ inflammatio gravis et ſumme moleſta „ cum viſus hebetudine juncta, quæ in

(r) Amœnit. medic. Dec. 1. Caſ. 4.

„ dies augebatur, donec macula quædam
„ livida in tunica oculi cornea confpi-
„ ciebatur. Hoc punctum fenfim crefce-
„ bat in majorem molem, ita ut poft ali-
„ quot dies iris cum pupilla obnubilare-
„ tur, et vifus privatio accederet. Al-
„ ter demum oculus etiam patiebatur in-
„ flammationem fatis ardentem, ita ta-
„ men, ut vifio remanferit, lumine vero
„ ob pruritum et feri ploratum non ga-
„ vifus fuerit. Petitur confilium. In-
„ terna ergo refpectu ad ftatum corpo-
„ ris habito cum externis conjunxi. De-
„ di igitur fpecies pectorales theiformes
„ e rad. pimpin. caryophyllatæ, polypo-
„ dii, cichor. herb. hyffopi, veron. fa-
„ nicul. pyrol. heder. terreftr. fem. carv.
„ fœnicul. cort. aurant. Deinde laxans
„ vifcerale pro derivando affluxu e gumm.
„ ammoniac. acet. fquill. fol. et iterum
„ infpiff. ☿ dulc. et refin. jalapp. 1° 5°
„ et 9° curationis die repetendum præ-
„ fcripfi. Externe vero aquam ophthal-
„ micam e vitriol. alb. facch. Saturn.
„ nitro dep. cum aqua euphraf. calcatripp.
„ cyan. rofar. proportionata quantitate
„ mixtam adhibui. Poft ufum horum
„ medicamentorum fymptomata quidem
„ mitiora evaferunt, pterygio vero o-
„ culorum non imminuto. Aquæ itaque
„ ophthalmicæ feptica quædam, nempe

„ croc. metallor. ſubtiliſſ. pulveriſ. et
„ edulcorat. cum aloe hepat. et aqua
„ chelidon. addidi. Verum et hæc vo-
„ tis non reſpondebat. Pro ulteriori
„ ergo revulſione laxans e diagryd. ſul-
„ phurato, ☿io dulc. conch. ppt. ordi-
„ navi, et temperantia nitroſo-cinna-
„ barina pro affluxu humorum congeſto-
„ rio temperando ſubjunxi. Vaſa autem
„ ſanguifera in tunica oculi albuginea
„ admodum turgebant et dolebant, ita
„ ut in loco obſcuro tempus terere co-
„ geretur noſter. Interim ſpecies præ-
„ dictæ continuato uſu ad finem perdu-
„ ctæ erant cum ægroti euphoria; pe-
„ ctus enim leniebant, et mucidas im-
„ puritates educebant. Petiit itaque de-
„ nuo earumdem præſcriptionem. Dedi
„ ergo ſemine carvi et fœniculi paulo
„ majore quantitate addito, et monui,
„ ut calide ad promovendam tranſpira-
„ tionem iis uteretur. Præcepi etiam,
„ ut oculos inflammatos cantharo, ad
„ quem ſpecies cum aqua calida dede-
„ rat, admoveat, et vapores tepidos
„ aſcendere ſinat. Stat promiſſis, et ne
„ diſſipentur nimis cito vapores, linteo
„ caput tegit ſupra cantharum expanſo.
„ Sub primo ſtatim uſu grata ipſi ſuper-
„ venit ſenſatio ardore moleſto remit-
„ tente. Ter itaque vel quater per diem

„ per horæ dimidium vaporem tepidum „ admittit, ſemper de melioribus gaviſus. Magnopere porro dictis ſpeciebus fidens remittente inflammatione „ iisdem pterygium ſanandum eſſe credit: pergit itaque, et cum aliquando „ ipſum oculum vapori admoveret, ſenſum percipit, ac ſi quis digito aliquid „ ab oculo removeret, autumat etiam „ ipſum pterygium eſſe remotum, quia „ objecta nunc diſtinguere poſſit. Advocor ad lætum effectum animadvertendum: video inflammationem diſſipatam eſſe, et pterygii veſtigium tantum exiguum adhuc ſupereſſe, et materiam quamdam purulentam dictum locum obſidere. Jubeo ejusdem infuſi internum et externum uſum continuatum; „ et quia tempus Væ Sis inſtabat, offero prius adhuc doſin pulveris laxantis „ ſupra indicati, et tum Væ Sem ſvadeo, qua celebrata in dies melior evaſit „. Similem quoque curationem apud J. D. GOHLIUM (s) videre eſt, nempe vir „ 47 annorum . . . gravem „ utriusque oculi ophthalmiam per 6 „ ſuſtinuit menſes, quam excitatam fuiſ-

(s) l. c. Dec. 1. Vol. 5. Sect. 2. No 8. p. 21. ſqq.

„ ſe perhibet ex paleis in oculos inter
„ cudendum frumenta flagellis actis,
„ quarum infenſa actio exacerbata fuit
„ per ventoſam et pluvioſam aeris inju-
„ riam, quam perferre debuit, ante-
„ quam domum contigerat. Reliquit
„ hinc tamdiu durans fluxio in utroque
„ oculo pannum ſatis denſum; in dex-
„ tro paulo rarior erat vigente adhuc
„ aliquali inflammatione, in ſiniſtro au-
„ tem magis unguem referebat pupillam
„ ex toto non obtegentem . . . Quinta,
„ qua malo laboravit, ſeptimana . . .
„ acceſſit medicaſtrum, . . . ejusque cu-
„ randi proceſſum ultra menſem patien-
„ ter pertulit. Hic venam ipſi mox ſe-
„ cuit ſub inverſa ſuperiore palpebra,
„ . . . et 3° die poſt venam ſecuit in
„ fronte ſuper magis affectum oculum.
„ His artibus cum nihil proficeret, fon-
„ ticulum ipſi in nucha actuali cauterio
„ inurere tentavit, ſed ob inſcitiam non
„ perfecit. Plus profecit præſcripta cu-
„ ra in uſu aquarum mineralium et bal-
„ nei (Freyenwaldenſis). Balneum in-
„ terruptis vicibus humidum ut inſeſſum
„ ſvaſi; elatos vapores ex recenti aqua
„ per ignitos lapillos oculis apertis ex-
„ cipi imperavi, et ut emollitum hac
„ ratione pannum extergeret, lapidem
„ lyncis in alcohol redactum cum ſaccha-

„ ro finiſſimo in mortario plumbeo de-
„ trito mixtum in oculos inſufflando. Sic
„ diſceſſit patiens cum diſſipatione in-
„ flammationis reſiduæ et ſpe attenuandi
„ panni per remediorum commendato-
„ rum continuationem „.

2. „ *Echium* minimum . . . contu-
„ ſum oculis inflammatis rubentibus in-
„ ter duplicatum linteum applicatum e-
„ gregie confert „ eodem Auctore (*t*) teſte, qui virtutem ipſius pluribus in ejusmodi caſibus eſt expertus.

3. *Stercus vaccinum.* M. B. VALENTINUS (*u*) narrat in ophthalmia quadam æſtate epidemica Paſtoris cujusdam conjugem vehementia hujus mali ad omnia quæque rebellis pene excœcatam demum ex deſperatione applicuiſſe oculis cataplaſma e ſtercore vaccino recenti linteis duplicatis involuto præſentiſſimo cum levamine, cujus ulteriori denique applicatione prorſus convaluit; eodemque deinceps remedio plurimos in Palatinatu inferiori ab ophthalmia fuiſſe liberatos, quod in honorem inventricis *der Frau Pfarrerinn Pflaſter* eſt appella-

(*t*) Ibidem No 14. p. 33.
(*u*) Miſc. nat. cur. dec. 2. ann. 3. obſ. 85.

tum. Pulchre huc facit Q. S. SAMMONICI (*x*) verſus:

Nec pudeat tractare fimum, quem bucula fudit.

4. *Camphora* vero omnium hic princeps merito habetur. F. HOFFMANNUS (*y*) expenſis ſevero examine variis ophthalmicis commendari ſolitis tandem ſubdit: „ ego potius majorem efficaciam promittere poſſum talis modi in „ caſibus de iis, quæ ſine magna acrimonia et ſine ardore diſcuſſiva quadam „ pollent virtute, inter quæ laudem meretur camphora, quæ uti omnis inflammationis ita et hujus antidotus certa et præſentiſſima eſt. Quod ſi itaque inflammatio levior et ſuperficialis „ tantum eſt, aqua flor. ſambuci, in qua „ croci momentum eſt ſolutum, adjectis „ quibusdam guttulis ſolutionis camphoræ valde ſaturatæ, tepide applicata „ non erit ſine magno fructu. Si acris „ lymphæ ſalſedo conjuncta eſt, mucilago ſem. cydon. vel aqua roſarum cum „ croco vel camphora eximiorem virtutem præſtabit. Si autem gravior et „ profundior neque periculo vacans eſt

(*x*) De medicina Cap. 6. verſu 5.
(*y*) Diſſert. cit. §. 8.

„ inflammationis ſpecies, oculo plane
„ ſtupido et ferme ſenſibilitatis ac viſus
„ experte reddito, magnum ſolatium in-
„ veni in ſola applicatione tepida 🜄
„ camphorati, qui balſami Peruviani ad-
„ junctione conditus eſt: ſic ſucceſſive
„ et ſenſus, motus, ac tonus, et color
„ debitus ipſi oculo maxima cum admi-
„ ratione rediit, quale exemplum quon-
„ dam hic locorum habui „. Unde liquet, camphoram per ſe ſolam nunquam oculis inflammatis applicari, ſed ſemper aliis pro re nata indicatis condimenti inſtar addi in fotu, cataplaſmate, collyrio, litu, &c.

5. *Crocus*, *opium*, gummi - reſinæ aliæ haud ſecius ac ipſa camphora tantilla doſi aliis remediis pro ſtimulo blando excitando adjiciuntur, ut ſingula ſuis ubique locis (z) viſuri ſumus.

C. *Attenuantia* vero ſanguinem in arteriis ſeroſis errore loci hærentem, ut in minores globulos diſſilire queat, ſicque in minores venas tranſeat, mitiſſima penetrantiſſimaque ſalia eſſe oportet, qualia vel neutra ſunt vel præ primis acida vegetabilia ſanguinem phlogiſticum potentiſſime fundentia. Hinc

(z) Vide §. 72 II No 1, 1) et paſſim ſub No 1.

1. *Acetum*, at parca manu ceteris aquosis additum, ut ex BOERHAAVIO superius (*a*) vidimus. Verum cum nunquam satis provide acetum administrari oculis externe queat, longe tutius ejus loco usurpatur

2. *Pomi pulpa* acido - dulcis (satis antiquum jam ad ophthalmias remedium, et perquam efficax) qua sola, qua aliis juncta: Quantum enim sola hæc pulpa tepide oculis adhibita solaminis MORGAGNIO (*b*), et cum pauxillo camphoræ ARNOLDI (*c*) juveni attulerit, in superioribus relatum est. Cataplasmatis forma semper adhibetur, cui alii panem similagineum in aqua vel lacte coctum, alii alia emollientia, addito vel croco vel camphora, &c. jungunt. WOOLHOUSII cataplasma commendatissimum erat e pomo tosto, camphora, et croco dimidia quaque hora tepide in molli linteolo ita fronti et oculo admotum, ut nec irritaret oculum, nec perspirationem ejus turbaret. Isthoc paulo magis compositum pro graviori inflammatione commendat A. HAEN (*d*):

℞. Pul-

(*a*) Vide §. 71.
(*b*) Vide §. 59. No 2.
(*c*) Vide §. 41 No 2.
(*d*) Rat. med. P. 9. C. 6. §. 3.

℞. Pulpæ pomor. acido-dulc.
Micæ panis albi aa ℥ij
Flor. rosar. rubr.
—— sambuci aa pug. j.
Camphoræ
Croci aa gr. vj. M. F. cum aqua vel lacte cataplasma. Quod ipsum etiam plurimi facit Ill. A. STÖRCK (*e*), et hocce etiam simplicius, nempe e pomo cocto, pane similagineo, croco et lacte paratum sæpenumero proficuum expertus est V. RIEDLINUS (*f*). Haud secius P. FORESTUS (*g*) „ puellæ (inquit) „ post universalia remedia, etiam Væ „ Sem, cum portio sanguinis una cum „ bile mixta esset, cum . . . purgata „ esset cum ℥jß syr. ex infus. ros. pallid. „ cum rhab. cum ℥ijß aquæ viol. elect. „ de succo ros. ʒjß M. cum hæc oculis „ apposuissem, melius habuit:
℞. Medullæ panis optime tritæ ℥j
——— pomor. dulc. bene tritor. ℥ij
Lactis mulieris ℥j
°₀° ros. (cum palpebra inflata et rubra esset) ℥ß. M. em-

(*e*) Præcept. med. pract. in formulis No 54.
(*f*) Lin. med. ann. 6 Januar. 7. p. 28.
(*g*) l. c. obs. 2.

„ plaſtri modo oculo affecto apponeba-„ tur; et cum dolor vehementior eſſet, „ addebam croci, opii aa gr. iij „. Denique P. H. VOGEL apud A. E. BÜCHNERUM (*h*) mulieris meminit provectæ ætatis, quæ hyeme tam vehementi ophthalmia dolorifica oculi dextri cum acris ſeri profluvio et ejusdem lateris hemicrania correpta eſt, ut diu noctuque quiete careret; effloruere inſuper cum ante tum ſub hoc morbo maculæ variæ magnitudinis rubræ et aſperæ, lichenem ſiccum referentes. Dati ♂es e lap. 69, C. C. philoſ. ppt. ♂io diaph. cinnab. nat. cum intercalatis eccoproticis non ſine levamine; atque cum collyria et humida et ſicca dolores augerent, cataplaſma e pulpa pomi Borsdorfienſis aſſati cum pauxillo pulv. ſem. fœnugr. et croci calide applicatum inſigne attulit auxilium. Quantum etiam ejusdemmodi cataplaſmate pomaceo juvenis DECKERI profecerit, inferius (*i*) dicetur. Haud multum vero a pulpa pomi abludit

3. *Mulſa* ſeu hydromel; namque TRALLIANUS (*k*) „ quemdam denſita-

---

(*h*) l. c. A. 1730 Januar. cl. 2. art. I. §. 2. p. 813.

(*i*) Vide hiſtor. I.

(*k*) L. 2. C. 4.

„ te oculi laborantem mulſa curavit, cum „ nullum ex iis, quæ mitigant, dolo- „ remque leniunt, ſopire cruciatum poſ- „ ſet, ſed etiam majorem, quam antea fue- „ rit, excitaret „. C. CELSUS (*l*) quoque mulſo multum tribuit: „ propter magnum „ (inquiens) oculorum dolorem . . . „ ovi et album et vitellus in vas deſun- „ dendum eſt, adjiciendumque eo mulſi „ paulum, idque digito permiſcendum: „ ubi facta unitas eſt, demitti debet „ lana mollis bene carpta, quæ id ex- „ cipiat, ſuperque oculos imponi. Ea „ res et levis eſt, et refrigerando pi- „ tuitam coercet, et non exareſcit, et „ glutinari oculum non patitur „.

4. *Urina* quoque huc eſt referenda. Nam teſte J. LANZONO (*m*) „ bractea- „ rius quidam annorum ætatis 57, qui „ nunquam a nativitate ægrotaverat, in „ ophthalmiam incidit, et reſpuens alia „ remedia ſola urina propria tepida ocu- „ los affectos ſæpe fovendo ſanatus fuit; „ quod arcanum ipſe faſſus eſt, acce- „ piſſe ſe ab agyrta aliquo Bononienſi „. Qui præter blandum lotii humani calo- rem contenta quoque conſideraverit, ni- hil a vero alieni hocce in caſu reperiet.

(*l*) l. c. L. 6. C. 6. art. 1. p. m. 282.
(*m*) Act. nat. cur. Vol. 1. Obſ. 65.

5. *Aqua ophthalmica* M. RULANDI (*n*) perinde ad ſimplicia eſt revocanda; quippe quæ nil ſit aliud, quam

℞. ▽æ font. vel roſ. alb. vel fœnic. ℔j.
Terræ ſanct. ℥ß. Bulliant ſimul per ¼ h. ad lentum ignem, et ſervetur loco calido. Hujus ℥ij ſi addatur ol. ♄ni rubr. ℈ß, tanto efficacius eſt remedium, quod cum ad plurima corneæ præſertim vitia valeat, in ophthalmia plurimum perinde valet. Adhibetur ter de die, nempe mane, meridie, ac veſperi forma lotionis, fotus, collyrii, ita ut æger immiſſis ejus gtt. iij. jv. v. in oculum calide ſupinus jaceat per ¼ h. applicato ſimul oculis duplicato linteolo aqua hac calida imbuto. In non nullis præmittitur ejus uſui vel Væ So vel catharſis, ſi ophthalmia ſit paulo gravior. Duodecim ægros hocce remedio ab ophthalmia cum variis aliis oculorum vitiis complicata ſanatos narrat Auctor (*o*).

D. *Repercutientia* denique percenſenda veniunt; quorum ope ſimul vaſa oculi adverſus ulteriores morbi recurſus robo-

---

(*n*) Theſaur. medic. tit. *ophthalmia* p. m. 82. ſqq.

(*o*) Curat. empyr. Cent. 3. cur. 16. 17. Cent. 4. cur. 48. 50. Cent. 8. cur. 3. 12. 14. 61. 62. 64. 65. 66.

rantur. „ Hoc enim conſtanter expertus „ fui, inquit C. H. ERNDTEL (*p*), „ ophthalmias diuturniores, licet ſimpli- „ ces, non niſi ſub finem applicatis ad- „ ſtringentibus curari, quatenus vaſcula „ nimis per affluxum continuum relaxa- „ ta non iterum ad conſvetum ſuum to- „ num redire facile poſſunt, niſi debi- „ litati et relaxationi hoc modo ſubve- „ niamus „. Præcipua eorum ſunt

1. *Aqua frigida*, *nix*, *glacies*. „ Diſ- „ cuſſa inflammatione, inquit J. L. „ SCHMUCKER (*q*), affluxus lymphæ „ craſſioris (ad corneam) ceſſat, ſtaſes- „ que externis diſcutientibus et adſtrin- „ gentibus remediis reſolvi, auctaque „ vaſorum actione rurſus educi poſſunt. „ Hujusmodi remediorum princeps eſt „ aqua frigida, ſi ope ſpongiæ tenuis „ illa imbutæ oculus diligenter eluatur, „ præ primis ubi multum humorum ac „ pituitæ ille præbet; quæ ſi continen- „ ter non auferantur, calore loci acria „ et rodentia facta morbum auctiorem „ reddent „. Neque minoris eſt aqua frigida utilitatis in leviore ophthalmiarum principio; namque SWIETENIUS (*r*)

(*p*) l. c. Cap. 6. p. 193.
(*q*) Chirurg. Wahrnehm. 1 Th. p. 501.
(*r*) l. c. No 6.

„ ophthalmias incipientes ſola aqua frigida applicata toties curatas vidit „. Id ipſum etiam ſimilibus in caſibus expertus eſt J. L. ODHELIUS (*s*), viditque ut plurimum intra breve tempus profuiſſe; ſin minus, certo tenendum eſſe ait, cauſam ophthalmiæ ſubeſſe contumacem. Et V. RIEDLINI (*t*) ſenator ophthalmiæ ſæpius a pueris obnoxius eam duobus euporiſtis fugare ſolebat, nimirum vel fumo candelæ ſebaceæ exſtinctæ bis terve in oculum admiſſo, vel ſi rubor, calorque gravius urgebat, ſolitus fuit „ medullam panis ſimilaginei in aqua puteali frigida macerare, et hanc poſtmodum expreſſam oculo dolenti imponere, dimidiaque fere elapſa hora hoc cataplaſma . . . iterum removere; ſic vero iterato aliquoties hoc labore ſe ſemper hactenus inſigne perſenſiſſe levamen „ teſtabatur. Porro T. BARTHOLINUS (*u*) „ oculorum (ait) inflammationem, et exinde exortos dolores nullo alio remediorum genere ſedare nuper potuit vir . . . quam nivis globulo, quem in horto obam-

(*s*) l. c. p. 178.
(*t*) Curar. medic. milleaar. No 560.
(*u*) De nivis uſu medico Cap. 25.

„ bulans applicui „. Similem quoque casum narrat F. JUSTINUS (v): „ juve-„ nis 25 annum agens, temperamenti ca-„ lidi et humidi, hyeme transacta oph-„ thalmia dextri oculi adeo graviter la-„ borans, ut de visu periclitaretur, sæ-„ visque etiam ita afficiebatur doloribus, „ ut diu noctuque dormire non posset. „ Unde . . . exquisita instituta victus „ ratione venam statim in cubito dextro „ incidere, sequenti autem die aquas „ ophthalmicas applicare jussi; sed magis „ inde dolores augebantur, et sic im-„ patiens desperatusque ob suam salutem „ æger quotidie nova a me petebat re-„ media: unde . . . aliquantulum nivis „ oculo applicare jussi . . . statim do-„ lores conquieverunt, ophthalmia eva-„ nuit, sanusque æger noster evasit „. Quantum denique scopo prophylactico aquæ frigidæ tribuendum sit, ipse in se J. B. MORGAGNIUS (x) est expertus; nam ab ophthalmia sua contumaci liberatus (y) „ ut intelligas (ait), post „ quantum morbum quanta mihi oculo-„ rum sanitas DEI præpotentis benefi-

(v) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 10. obs. 96.
(x) l. c. Epist. 13. No 24.
(y) Vide §. 59. No 2.

„ centia concessa sit, ut annos jam natus „ circiter duodeoctoginta sine conspi- „ cillis æque propemodum videam, ac „ videbam ante illam inflammationem. „ Quam si forte quæris qua ratione diu- „ tissime arcuerim in tanta et tam assi- „ dua oculorum interdiu et noctu con- „ tentione, non alia dicam, quam faci- „ ei et palpebrarum lotione matutina ab „ eo tempore sic instituta, ut non teme- „ re quavis aqua uterer, sed ea dumta- „ xat, quæ modo e puteo hausta esset; „ hæc enim hactenus frigida est, ut sine „ iis periculis, quæ a frigidissima timet „ HILDANUS (z), fibrarum vim, quam „ prægressa ophthalmia infirmaverat, et „ restituere et servare potuerit. Cujus- „ modi aquam an velit Cl. DETHARDIN- „ GIUS in eo opusculo, quod *de spe-* „ *cifico prophylactico oculorum* inscriptum „ edidit Hafniæ A. 1745, pro certo sci- „ re non possum; quamquam eruditissi- „ mus HALLERUS (*a*), ex quo uno „ ejus opusculi notitiam habeo, id spe- „ cificum esse ait lotionem, quæ aqua „ frigida sit. Sed hoc certe scio, cum „ forte ejus, quam dixi, aquæ tandem

---

(z) Vide §. 33.
(*a*) Ad BOERH. meth. stud. med. P. 14.

„ omisissem usum, inflammationem, quæ „ annos plus 40 absuerat, cito rediisse „ primum quidem levem et palpebras „ tantum afficientem, sed diuturnam; „ deinde vero cum hic plerosque æsta- „ te arriperet, in membranam ipsam „ adnatam graviter adeo incumbentem, „ ut in chemosim degenerare jam in- „ ciperet. Quæ tamen (*b*) sine Væ Se „ . . . pervicta est. Itaque annos inde „ jam 9 oculis ferme uti olim valeo, „ nec ullo adhuc egeo conspicilli ad- „ jumento „. Tanto vero aqua simplici efficaciores sint, oportet,

2. *Aquæ medicatæ*, ut quæ non solo frigore, verum contentis etiam vel attenuantibus vel adstringentibus (ut est alumen, vitriolum, mars, &c. de quibus paulo post) in partem affectam agant. Hinc tot vetustæ ophthalmiæ ad fontes soterios leguntur percuratæ. C. V. KIRCHMEYER (*c*) meminit hominis a quadrimestri ferme oculorum rubore cum gravibus doloribus, iis aliquoties frigida fontis Kukussensis aqua elutis, liberati.

(*b*) Pediluvio adhibito, ut §. 59 No 2 supra dictum.

(*c*) l. c. p. 87.

C. J. POELLER (*d*) narrat infantem trimulum ab ophthalmia humida dolorifica 8 dierum bis elutis aqua frigida Rinteliensi oculis, depulso intra noctem eorum rubore, convaluisse. Porro (*e*) mulier 40 annis major e puerperio a multis annis ophthalmia humida cum intensissimo sæpe oculorum capitisque dolore laborans post plurima necquidquam tentata demum oculis sola hac eadem aqua frigida semel sæpiusve quotidie elutis ita intra 6 hebdomadas emendata est, ut inde proxime perfectam speraret sanitatem. Sub usu hujus aquæ cœpit (quod nunquam ante accidit) multum humoris e naribus profluere.

3. *Spiritus vini* etiam præclare se se hic gerere solet qua in fotu qua collyrio, et quidem

a) *Simplex.* In constitutione epidemica Augustana A. 1697 teste L. SCHROECKIO (*f*) „ ophthalmiæ ardorem nihil felicius, quam vini spiritus linteolo exceptus et impositus „ compescebat „. Pro collyrio tamen, si rectificatus est, diluendus erit 4 partibus aquæ frigidæ; unde A. HAEN (*g*)

(*d*) Unterricht von dem Riendl-Wasser p. 61.
(*e*) Ibidem p. 86. sqq.
(*f*) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 5. app. p. 155.
(*g*) l. c.

„ neque hic (ait) laude ſua caret aqua „ puriſſima, cujus unciæ 🜄 rectificatiſ- „ ſimi gtt. 15 vel 20 additæ fuerint „. S. YVES (*h*) autem ▽æ partes 10, cum una 🜄 parte miſcebat.

b) *Galbanatus,* de quo KAEMPF (*i*) „ Cl. D. BERNHARD in experimen- „ tis ſuis chymicis (inquit) plures alle- „ gat caſus, ubi eſſentia Galbani ex ſic- „ co friabili grumoſo cum ſemine legu- „ minibusque remixto (tenax enim pu- „ rumque non æque profuit), affuſoque „ 🜄 rectificatiſſimo parata in ophthal- „ miis . . . valens ſiſtebat medicamen- „ tum. Ipſe quoque expertus ſum eam „ puero, cui oculus ab injecto calcis „ fruſto inflammatus admodum tumefa- „ ctus, imo ex parte ſuppuratus erat, „ viſum reddidiſſe „.

c) *Camphoratus* vero omnium effi- caciſſimus cenſendus eſt, cui HOFFMAN- NUS (*k*) quoque plurimum tribuit, et JANIN (*l*) etiam pluribus ſuis formulis adjicit. Sane G. E. STAHLIUS (*m*) parcus et ſcrupuloſus remediorum lauda-

---

(*h*) l. c. Cap. 6. art. 3. p. m. 195.
(*i*) Act. phil. med. Haſſiac. art. 23. p. 154. ſq.
(*k*) Vide præced. B. No 4.
(*l*) Vide præced. A. No 4.
(*m*) l. c. p. 418. ſq.

tor, huic nihilo minus remedio multum laudis impertitur, et vix non ſuperſtitioſum ejus delectum exigit, rectificatiſſimumque ∇ tandummodo depoſcit; cumque ∇ camphoratum purum per ſe adhibeat, palpebras illo ſolum tangendas præcipit „ externe (inquiens) ejus-
„ modi ophthalmicis affectionibus cam-
„ phora vel etiam ∇ camphorato me-
„ deri poſſumus, idque mox initio,
„ quamdiu rubor calorque non dum cum
„ manifeſta inflammatione juncti ſunt,
„ aut hacce etiam jam præſente; modo
„ id cautum ſit, ne quid in oculum in-
„ fluat, ardorem enim velut a pruniis
„ cauſat: eapropter craſſiore penicillo
„ in ∇ camphoratum intincto, rurſus-
„ que excuſſo, ne quid amplius ſtillet,
„ ſed humidus tantum vel madidus ma-
„ neat, palpebræ ſolæ circum circa per-
„ frictæ humectandæ ſunt: unde in ſen-
„ ſibiliorum palpebris oboritur quidem
„ vehemens ardor, ſed quem vel manu
„ tantum vel muccinio ventilatus aer
„ fuget, dum exhalante ſpiritu campho-
„ ra ſola remanet. Hicce ∇ campho-
„ ratus in ſtaſibus et inflammationibus
„ capitis et oculorum uſque adeo eſt
„ efficax, ut eas ſæpe intra unam alte-
„ ramve horam imminuat „.

4. *Alumen*, cujus ſtiptica vis nemini ignota eſt, eodem ut priora ſcopo in ophthalmiis uſurpatur aut leviter incipientibus aut in taraxin pertinacem deſinentibus; quippe „ in admodum rebellibus caſibus pauxillum aluminis uſti „ cum dupla ſacchari albi copia in pollinem redacti, atque ita in oculum „ inflati plerisque ſibi cognitis remediis „ præfert „ J. SIMS (*n*). Plerumque tamen cum albumine ovi ſubactum adhiberi ſolet. „ Ophthalmia . . . quam „ levem diximus, inquit F. HOFFMANNUS (*o*), optime fert frigida et re„ pellentia, ac ſolum albumen ovi cum „ aqua roſarum et pauxillo aluminis con„ quaſſatum ſufficit, omnibusque aliis „ palmam præripit „. Optimam inde ▽am ophthalmicam paratam expertus eſt C. BISSET (*p*) ſequentem:

℞. ▽æ fontan. ℥ viij
Album. ovi No j
♎ rupei ʒj M. m. et v. inſtilletur oculo, et linteolum hac ▽a humectatum applicetur. Et J. PRINGLE (*q*) in de-

---

(*n*) Bemerkung. über epidem. Krankh. 5. Cap. p. 147.

(*o*) Med. rat. ſyſt. T. 4. P. 1. S. 2. C. 11. cautelar. §. 1.

(*p*) l. c. p. 111.

(*q*) l. c. p. m. 159.

terioribus quoque caſibus, ubi inflammatio evacuationibus aliquatenus ceſſit, aluminoſum coagulum lintei carpti ope ante ſomnum appoſitum ut efficaciſſimum remedium externum eſt expertus. Perinde „ multis fruſtra tentatis remediis in „ Patre meo, ait P. BORELLUS (*r*), „ ophthalmia detento ſequenti applica- „ tione curatus fuit: acc. albumen ovi, „ et cum aluminis fruſtulo tamdiu agite- „ tur, donec pultis conſiſtentiam acqui- „ rat, poſtea linteo ſubtili involvatur, „ et oculo clauſo palpebræ imponatur, „ ſæpe renovando „. Siquando igitur, quod contra hujus remedii uſum objicit M. LANGE (*s*), palpebras inde conglutinari accidat, poterit ab oculis ad tempora, ut non nulli faciunt, transferri; imo et ad nucham applicatum oculis inflammatis profuit narrante T. BARTHOLINO (*t*), cui J. JANUS Regius archiater „ de oculi rubore et inflamma- „ tione . . . fidem fecit, non ſemel al- „ bumen ovi cum alumine miſtum impo- „ ſitumque nuchæ ruborem oculorum fe- „ liciter exterſiſſe et deleviſſe „.

(*r*) l c. Cent. I. Obſ. 31.
(*s*) Diſs. cit. §. 29. p. 60. nota (b).
(*t*) Hiſtor. anatom. rar. Cent. 4. hiſt. 39. p. 318.

5. *Vitriola*, album, viride, cœruleum ejusdem pene ſunt energiæ, et quantum ad levius malum abolendum poſſint, vel moribunda RIEDLINI (*u*) vidua eſt experta; in graviori autem caſu pueri, cujus hiſtoriam e Commercio literar. Norico ſuperius (*x*) dedimus, non ſperandum inde auxilium eſt obtentum. Uſitatiſſima tamen hic vitriola ſunt

a) *Cœruleum*, de quo ita F. HOFFMANNUS (*y*): „notum . . . eſt, vitriolum, præſertim quod veneris particeps eſt, inter ophthalmica a practicis ceu ſummum arcanum prædicari. „At vero cum ferme promiſcue inter „omnium collyriorum formulas aſſumatur, maxima ſæpius exinde reſultat „noxa. Abſtinendum autem ab eo eſt „in omni inflammatione, in ſalſis quoque præcalidis acribus fluxionibus cum „rubore cum pruritu junctis; quoniam „ſua acrimonia hæc incommoda omnia „auget. Datur tamen ipſi locus aptiſſimus, quando aut humores ſunt craſſiores, et in lemas abeunt, aut quandocunque in tunica albuginea membra-

(*u*) Vide §. 14. d).
(*x*) Vide § 34. No 1. b).
(*y*) Diſſert. cit. §. 9.

„ nulas formare incipiunt, quod post „ morbillorum vel variolarum morbos, „ qui nimiam lymphæ introducunt lente- „ scentiam, non rarius contingit. Tali „ itaque in casu mirabilis effectus reme- „ dium est Vitrioli Cyprii gr. j in ℥ j „ ▽æ chelidonii solutum, quo liquore „ subtili pluma crebrius de die affecta „ pars tangenda est. Ubi autem mani „ festa corrodens et urens materia per- „ cipitur, temperantia demulcentia mu- „ cilaginosa, inter quæ mucilago sem. „ psyll. et Sieff alb. sine opio splendet, „ et ℥ sarcocollæ, operam non satis col- „ laudandam conferunt „. Quantum enim noxæ parere præpostere adhibitum valeat, sensit inter alios mulier BAEUMLEINII (z).

b) *Album* vero ceteris præferri solet, idque vel aqua solutum vel butyro remixtum. De posteriori F. HOFFMANNUS (a) „ neque . . . in chronica ophthalmia (ait), ubi continuum lymphæ „ salsæ acris est stillicidium, inglorium „ est HOECHSTETTERI medicamen- „ tum ophthalmicum ex butyri recentis „ insulsi ʒ ij et vitrioli albi ℈ j, de quo

„ granum

(z) Vide §. 34 No 1. a)
(a) Med. rat. systém. l. c. §. 6.

„ granum pisi majoris magnitudine in „ oculi canthum subinde indendum „. Et J. N. BINNINGER (*b*) „ophthalmicos „ plurimos cum tumore, dolore lanci- „ nante et intolerabili, ne quidem præ- „ missis ullis remediis aliis, ita felicissi- „ me sanavit:

℞. Butyr. rec. ▽a ros. vel plantag. q. s. loti ℥ ij

Vitriol. alb. pulv. ℈j plus minus- „ ve. M. F. unguentum. Hujus magni- „ tudo pisi minoris in oculi clausi angu- „ lum majorem intrudatur, et eodem „ palpebra illinatur. Dolor inde oritur „ mordicans brevis, dein aqua plurima „ expurgatus oculus tutissime et intra „ paucas horas omnino revalescit; nec „ fefellit remedium unquam „. Neque aquosa solutio minus est efficax: „ est... „ matrona, inquit M. GERBEZIUS (*c*), „ ad quam homines vulgares ut ad Hy- „ gieam ipsam pro aqua fontana solo vi- „ triolo albo ad oculorum tolerantiam „ saturara tanquam pro remedio in ocu- „ lorum indispositionibus probatissimo in „ copia confluunt; et ea re vera facit „ effectus optatissimos „. Quos si ne-

---

(*b*) Obs. et cur. medic. Cent. 5. Obs. 100.
(*c*) Chronol. med. pract. ann. I. §. 59. p. 46.

quaquam faceret, non erat PRINGLE (*d*) ſuis illam ægris adhibiturus. Et J. MUYS (*e*) „ puer 12 annorum „ (refert), corpore ſanus, inter ludendum „ fumum ex . . . crepitu lupi . . . „ ab alio puero emiſſum oculis ſuis excepit: unde ſpatio 2 horarum vix elapſo „ palpebræ adeo intumeſcebant, ut „ oculos aperire nequirent; oculi toti „ rubebant non aliter, ac ſi panno rubicundo „ fuiſſent cooperti, et talis quoque „ apparebat interior palpebrarum „ ſuperficies; ac dolor intenſus aderat. „ Patiens per biduum remedia neglexit, „ ac interea prædicta ſymptomata increſcebant, „ et præterea continuus erat „ lacrymarum acrium effluxus. . . . Ego „ igitur 3° læſionis die ad puerum vocatus „ inſtillavi calide in oculos guttas „ aliquot alicujus collyrii, quod ex vitriolo „ albo aliisque cum aquis convenientibus „ mixtis componitur; et ſuper „ oculum applicui emplaſtrum ex gummi „ ammoniaco, galbano, ſagapeno, lithargyrio, „ &c. conflatum, et ſuper linteum „ extenſum: hæc ego quotidie bis „ iteravi; et puerum in loco tenebroſo

(*d*) l. c.
(*e*) l. c. Dec. I. Obſ. I.

„ retineri juſſi; atque ita æger intra 2 „ ſeptimanas priſtinam ſanitatem in totum „ recuperavit„. Porro FISCHERI (*f*) in matrona, „ophthalmia . . . obſervaba- „ tur . . . ita vehemens, ut non tantum „ id, quod per ſanitatem album in oculo „ eſſe debet, ſed et oculorum vicinæ „ partes ob maximam inflammationem ru- „ berent ac tumerent. Atque hæc in- „ flammatio oculorum dolore, ardore, „ pulſationeque arteriarum circum ſita- „ rum, interdum etiam tanta cum pun- „ ctione, ut oculi tanquam ab infixa „ acu aut ſpina ſtimulari viderentur, „ ita urgebat, ut et caput in conſenſum „ traheretur et doleret . . . Et hoc ma- „ gis incommodum patienti erat, quod „ lacryma ferventi oculi ſemper perfun- „ debantur, ac ſordibus præſertim mane „ ne conſpurcabantur . . . Pilulas poly- „ chreſtas BECHER. primo exhibui, tan- „ dem collyria ex aqv. roſ. alb. cheli- „ don. euphras. plantag. addito vitriolo „ albo et ſacch. Sat. oculis externe appli- „ cari, iisque ſæpius de eodem collyrio „ per 2 guttas inſtillari curavi. Et ſic. . . . „ ab atroci hoc malo liberabatur„.

(*f*) Annal. Vratisl. Tent. 13. A. 1720 Aug. cl. 2. art. 3. §. 4. p. 175. ſq.

6. *Tutia* perinde vel aqua vel pinguibus excepta ophthalmiæ utiliter applicatur. Apud AMATUM (*g*) doctus quidam vir „ destillationem ad oculum sini-
„ strum patiebatur ; contra quam hoc
„ usus est remedio, et brevi sanus eva-
„ sit: tutiam præparatam linteo raro ex-
„ cipe et filo liga, et in vino Cretensi
„ austero immerge, et ea sic panno
„ excepta oculum lava; brevi enim vel
„ intra triduum sanus evasit. Bis autem
„ vel ter in die curari debet „. Ita etiam P. FORESTI (*h*) „ vir . . . cum
„ pilulas sequentes devorasset

℞. Pilul. sine quibus
—— lucis
Rhab. pulv. aa ℈j
Diagr. gr. ij. cum
Aqua fœnic. F. pilulæ v. D. post

„ mediam noctem; ceterum iis optime e-
„ gessit; sed non quod hac de causa dolor
„ aut rubedo discederent: sequenti ve-
„ ro die scapulis cucurbitulæ cum scari-
„ ficatione cutis sunt applicatæ. Tandem
„ 5° die (uti etiam apud AMATUM (*i*)
„ JOSEPHUS quidam cum oculum aqua

(*g*) l. c. Cent. 5. curat. 96.
(*h*) l. c. Obs. 5.
(*i*) Falsa citatio est Cent. 4. cur. 45.

„ ros. tutia ppt. excepta et per manicam „ trajecta lavaret) brevi sanitatem obtinuit „. Et GOERITZII (*k*) ancilla 20 annorum ophthalmiam oculi dextri cum dolore pungente capitis nacta, demptis ob plethoram sanguinis e mediana dextra ℥ vj, datisque pulveribus cephalicis nitrosis, et usu collyrii ex aqv. rosar. pap. rh. euphras. tut. alex. die 6° a dolore ruboreque prorsus est liberata. Siccis præsertim in ophthalmiis C. S. YVESIO (*l*) familiaris erat sequens aqua ophthalmica:

℞. Aquæ plantag.
—— rosar. aa ℥ ij
Tutiæ ppt. gr. xij.
℣ cochl. j. M. D. pro abluendis ter quotidie oculis. Perinde quoque tutia cum aqua rosarum in pultem redacta brevi ophthalmiam depulit RIEDLINI (*m*) hypochondriacus. Aliis ungventum inde magis arridet, ut inferius de unguento nihili albi (*n*) dicetur, laudatque ejus usum PRINGLE (*o*) pro marginibus pal-

---

(*k*) Annal. Vratisl. Tent. 33. A. 1725 Aug. Cl. 2. art. 3. §. 3. p. 159.
(*l*) l. c. Cap. 6. art. 1. p. m. 190.
(*m*) Vide §. 37 No 3. a).
(*n*) Vide infra II. No 2. a).
(*o*) l. c. p. m. 159.

pebrarum, in primis ſi excoriati doleant, ſub noctem illud illinendo; poſtmodo tamen ei prætulit linimentum e lapide calaminari optime lævigato et dupla axungiæ viperinæ copia remixto paratum (*p*). Interea „ tutia prout vulgo paratur, inquiunt Vratislavienſes (*q*), jam olim „ ſuſpecta fuit MONTANO (*r*); et ſane „ omnis dies docet, quod niſi in tenuiſſimum pulverem convertantur tutia, „ ceruſſa, æs uſtum, in oculorum affe„ ctibus vehementer noceant „.

7. *Zinci flores*, de quibus A. HAEN (*s*) „ inter ea (inquit) auxilia, quæ variis „ oculorum affectibus opitulari experimur et miramur, una cum Væ Se et „ iteratis purgantibus, laudare oportet „ flores Zinci, quorum drachma unciis „ quinque aquæ roſarum vel euphragiæ „ admiſta incipienti ac repetenti tunicæ conjunctivæ inflammationi efficax „ auxilium præſtat „. GYRSTING (*t*) hoc remedio feminam quandam ab inſigni ophthalmia liberavit, recordatus ſtudioſi

(*p*) Ibidem p. m. 160 nota (*c*).
(*q*) Hiſtor. morbor. Vratisl. p. m. 63.
(*r*) Conſultat. 142.
(*s*) l. c.
(*t*) TODE med. chir. Biblioth. 3 Band 4 Abſchn. p. 181. ſq.

cujusdam, qui dum inſtitutæ a GAUBIO florum Zinci ſublimationi intereſſet, ſubito inde a rubore oculorum levatus eſt. Perinde teſtatur MÜLLER (*u*) in ophthalmiis flores hos cum aqua vel ſimplici vel ſtillatitia idonea in collyrium aptatos omnibus pene aliis efficaciores fuiſſe repertos. Sane (*x*) mulieri plethoricæ et in ſcorbutum pronæ cum albuginea ruberrima tumore cultri dorſum æquante ultra corneam in pupilla emineret, flores Zinci cum aqua fontis per infuſionem ſemin. plantag. mucilaginoſa reddita oculo inſtillata, noctuque palpebræ ope ſplenioli impoſita, ſumptis item aliquot magneſiæ albæ doſibus, ruborem brevi diſſipavit.

8. *Saturnina* jam reſtant dicenda. Antiquus eorum in ophthalmiis eſt uſus, et ne ad priſca tempora excurrere neceſſum ſit, abunde noſtra ætas utilitatem illorum commonſtrat; HELWICHIUS apud Vratislavienſes (*y*) non facile ad remedium aliud confugit, ſiquidem „ lythargyrium cum aceto deſtillato ſolu-

(*u*) Annal. Vratisl. Tent. 25. A. 1723 Jul. Cl. 2. art. 3. §. 1. p. 34. (*).

(*x*) Ibidem p. 33. ſq.

(*y*) Hiſtor. morbor. Vratisl. A. 1699. p. m. 14.

„ tum ac aquis debita proportione mix-
„ tum ſpem ejus non eſt fruſtratum „.
Et G. E. STAHLIUS (z) in remittente jam oculorum inflammatione pro leni adſtrictione ac repercuſſione obtinenda ſaccharo Saturni in aqua roſarum ſoluto nihil æquiparari poſſe aſſerit, nempe

℞. Sacch. ♄ni puri ℈ß vel j
▽æ roſar. ℥ß. M. et vitro in aquam calidam indito, concutiendoque miſcelam digere. Pro uſu vetat miſcelam agitari, ne ſedimentum craſſiorum partium aquæ denuo remixtum oculum, dum ei tepide immittitur, irritet. Vel

℞. ▽æ roſar ℥ß, inſtilla
Aceti lithargyr. q. ſ. ad ſaporem uſque ſubdulcem (v. g. gtt. 20. 30. 50. &c. pro ratione nempe aceti plus minus concentrati), hujusque miſcelæ gtt. 2. 3. tepide oculo inſtillantur, linteolumque camphoratum (a) deſuper palpebris imponitur, egregio cum ſucceſſu. M. GERBEZ (b) narrat chemico ſub aquæ fortis præparatione vitro rupto guttulam ejus oculo illapſam ſubito dolorem in illo cauſaſſe intolerabilem, inflammationemque cum tumore et periculo cœcitatis; ap-

(z) l. c. p. 420.
(a) Vide præced No 3. c).
(b) Miſc. nat. cur. dec. 3. ann. 1. obſ. 133.

plicato autem linteolorum ope ſaccharo ♄ ni in aqua ſoluto intra paucos dies priſtinam recuperavit cum illæſo viſu ſanitatem. Ante vicenos demum annos ampliſſimum ſaturninorum ac præſertim extracti ♄ ni et ▽æ vegeto-mineralis dictæ uſum externum invexit GOULARD, compluribusque adductis obſervationibus efficaciam eorum in ophthalmiis oſtendit, nempe (*c*) GAUTIER chirurgus vidit ophthalmiam vehementiſſimam cum phlyctenis et inflammatione vicinarum partium diu ad omnia rebellem demum aqua vegeto-minerali intra breve tempus percuratam. CONSTRITI chirurgi (*d*) filia ab utriusque oculi inflammatione cum ſeri acris vicina inflammantis profluvio et palpebris clauſis ope ejusdem aquæ cito convaluit. BOUNHIOL (*e*) quoque monachum ab ophthalmia innumeris reſiſtente eodem remedio vindicavit. DELAN (*f*) perinde militi trimeſtrem utriusque oculi inflammationem cum lucis impatientia perpeſſo omnibus

---

(*c*) Traité ſur les Effets des preparat. de Plomb, et principalm. de l' Extr. de Saturne T. I. Ch. I. obſ. 19. p. 52.
(*d*) Ibidem obſ. 21. p. 53.
(*e*) Ibidem obſ. 22. p. 54.
(*f*) Ibidem obſ. 23. p. 54. ſq.

fruſtra adhibitis præſidiis (nempe Væ Se brachii pedisque iterata, crebris balneis domeſticis, variisque collyriis, &c), eodem tandem topico priſtinam reddidit ſanitatem. Porro (g) infans ab 8 menſibus ophthalmia cum levi corneæ pterygio viſum impediente laborans poſt plurima necquidquam adhibita demum continua aquæ ejusdem applicatione intra octiduum ſanus evaſit; eodemque topico negotiatoris filia vetuſtam ophthalmiam cum lucis impatientia paſſa convaluit (h), quod etiam chirurgiæ ſtudioſum (i) ab utriusque oculi ophthalmia in dies ingraveſcente, omniaque eludente remedia in ſanitatem aſſeruit. Oſtendæ quoque et Brabantiæ chirurgi (k) ophthalmias quasque, etiam inveteratas, huic remedio ceſſiſſe teſtati ſunt. Ita etiam cauſidici cujusdam (l) filia a graviſſima ophthalmia cœcitatem minante brevi tempore hoc ipſo remedio eſt conſanata. Narrat et DEIDIER (m) feminam ophthalmia totius bulbi vehe-

(g) Ibidem obſ. 24. p. 55.
(h) Ibidem obſ. 25. p. 56.
(i) Ibidem obſ. 26. p. 56.
(k) Ibidem obſ. 27 et 28. p. 57.
(l) Ibidem obſ. 29. p. 57.
(m) Ibidem obſ. 30. p. 58.

menti cum palpebrarum vicinarumque partium inflammatione correptam nullis remediis, diu licet usurpatis, ab ea liberari potuisse; applicata vero aqua vegeto-minerali intra 7 dies morbum fuisse profligatum. Alias (n) quoque hæc aqua ophthalmiam in viro 2½ annorum, et in famulo quodam (o) cum utriusque oculi periculo visus amittendi conjunctam sustulit. Haud secius COULAS Medicus (p) ophthalmia pessima correptus est cum vehementissimis inflammationis symptomatibus, ut atrocem dolorem nulla anodyna mitigare valerent: mucilago semin. psyllii ▽ª rosar. extracta, pulpa pomi acido-dulcis in lacte cocta, albumen ovi cum alumine conquassatum, crocus orientalis, frustra adhibebantur; nec abhinc plus profuere adstringentia cum resolventibus. At vero aqua vegeto-mineralis vix in usum vocata continuo profuit mitigato dolore, imminutoque rubore et vasorum corneæ infarctu. Visurus autem æger, quid intermissa eadem futurum esset, vix sepositam pristina inflammationis symptomatum vehementia reversa coe-

(n) Ibidem obs. 32. p. 59.
(o) Ibidem obs. 33.
(p) Ibidem obs. 34. p. 59. sq. et p. 265. sqq.

git resumere, postquam tentata ante remedia priora ne hilum iterum profuissent. Quod experimentum cum sæpius eodem semper eventu pertentasset, continuato tandem aquæ saturninæ usu cum aliis generalibus remediis conjuncto sanitatem est adeptus. Inde cum alius quoque medicus (*q*) morbo eodem ita fuisset correptus, ut unus oculus præ altero gravius laboraret, COULAS priori ▽am saturninam, alteri aquam rosarum et plantaginis applicuit, dispari eventu; nam die 3o finiente oculus gravius affectus ab aqua Saturnina prorsus erat curatus, altero nihil dum emendato, quoad et huic aqua Saturnina fuisset applicata. DELPUECH (*r*) Monspeliensis medicus refert feminam a bimestri utriusque oculi inflammatione cum palpebris inversis, cum Væ So, catharsis, potusque refrigerantes nil profuissent, aqua Saturnina adhibita intra 10 dies fuisse liberatam, inflammatione primis mox 24 horis remittente. Denique (*s*) chirurgiæ studiosus insignem nactus est ophthalmiam cum caruncularum lacrymalium infarctu, re-

---

(*q*) Ibidem Obs. 35. p. 61. sq.
(*r*) Ibidem Obs. 43. p. 68.
(*s*) Ibidem Obs. 45. p. 69.

laxatione levatorum palpebræ, et involuntario lacrymarum profluvio tam acri, ut circum oculum tumorem erysipelatosum causarit. Cum Væ So, et albumen ovi aqua rosar. et plantag. exceptum nil juvarent, ab aqua Saturnina morbus intra quatriduum plane decessit. Duos etiam id genus casus profert GUERIN (*t*), nempe puella ophthalmiæ insultus aliquot perpessa cum eos initio negligeret, illi tandem ita invaluere, ut malum pro habituali haberetur. Frustra variis per bimestre usurpatis demum aqua vegeto-minerali convaluit. Juveni quoque cuidam tam vehemens accidit ophthalmia, ut inflammatio in vicinas etiam oculo partes diffunderetur; morbusque jam seu ob neglectam seu frustraneam medelam satis diu duravit: donec eum aqua dicta intra breve tempus profligavit. TOUTANT (*u*) quoque insignem hanc in rem suppeditat observationem: juvenis 24 annos natus 15a Novembr. leve genarum ac palpebrarum erysipelas cum pulsu pleno rigidoque cum nactus esset, facta larga brachii Væ Se, imperataque severa diæta,

---

(*t*) l. c. p. 16. sq.
(*u*) ROUX Journal de Medecine T. 38 Septemb. 1772 p. 280. sqq.

juſſus eſt crebro uti fotu ex leni infuſo florum ſambuci; ac veſpere injectum enema cum oleo lini. Biduo lapſo levius habuit, eryſipelate evaneſcente, pulſuque molli facto; at ob linguam perquam ſordidam poſtridie datum catharticum e manna, rheo, et ſale Epſomenſi. Die 28a auriculæ admodum tumuere cum dolore; ſed poſtero die emergente materia quadam puriformi ſat copioſa præſertim ex lobulo auriculæ ſiniſtræ levamen ſenſit. Abhinc omnia bene cum procederent, die 5a Decembris æger a longa ſcriptione, et quod plures horas libero ſe ſe aeri ad feneſtram expoſuerit, tanta ocyus ophthalmia ingruit, ut die 7o æger nil prorſus videret, ac præter palpebras quoque tenſas et inflammatas dolor in oculis punctorius ſentiebatur, et materia prius ex auribus procedens ſubſtitit. Idcirco applicitum nuchæ veſicans, at exiguo fructu, veſperi enim ad horam 10 terribiles ſupervenere convulſiones cum ſenſuum abolitione: quæ tamen a MRa antiſpaſmodica pacante hora 1½ noctis ceſſarunt, æger ſui compos factus noctis reliquum ſic ſatis tranquille et cum aliquo etiam ſomno tranſegit. Die 8a Decembris, morbi 14a, perquam bene ſe habuit, procedente rurſus aurium materia copioſa præſertim lævo ex latere;

punctorius tamen dolor ac cœcitas oculos non dum reliquit. Proinde 3ª quaque hora adhibebatur cataplasma e mica panis ac vitello ovi cum aqua vegeto-minerali paratum, sub cujus renovatione interea semper fotus ex aqua vegeto-minerali oculis tepide impositus. Die 9ª melius inde habuit, ac 10ª videre cœpit, sicque in dies in melius proficiens 15ª Decembris prorsus convaluit, pristino quoque recuperato visu. Huicce casui præmisit jam unum primum (x), deinceps vero duos alios addidit POUPART (y), nempe mulier ab accensa copiosissima aqua vitæ passim in corpore, maxime vero circa oculos, ambusta fuit, cum insigni palpebrarum inversione; vasa albugineæ summe erant infarcta, et in interno oculi dextri cantho ulcus visebatur, puris pauxillum præbens; corneaque hujus oculi nimisquam corrugata lucis radios arcebat. Omnibus pene consanatis locis ambustis oculorum malum ingravescebat potius, quorum insignis dolor pluribus jam noctibus insomnia causavit. Eapropter severa injuncta diæta leviores aliquot ambustæ plagæ in suppuratione diutius tenebantur, ut humores ab

(x) Ibidem T. 36 Decemb. 1771 p. 555 sqq.
(y) Ibidem T. 39 Mai 1773 p. 438. sq.

oculis eo averterentur, et compluribus linteis oculum dextrum cooperientibus, inflammationemque augentibus detractis lotiones aqua Saturnina ſunt imperatæ eo cum ſucceſſu, ut dolore ſubito conquieſcente ſomnus redierit, et oculi intra 10 vel 12 dies prorſus fuerint conſanati. Alteri feminæ egenæ ophthalmiam ſat vetuſtam et ad remedia quæque rebellem paſſæ præter externum aquæ vegetomineralis uſum alia quoque morbi cauſæ oppoſita remedia ſvadebantur; illa vero cum iſthæc negligeret, ab ſola ▽æ Saturnina nihil profecit in melius, donec illis quoque uſurpatis, et ad aquam vegetomineralem guttis aliquot 🜅 camphorati adjectis, intra breve demum tempus convaluit. Cum igitur tanta ſit ▽æ vegeto-mineralis GOULARDO dictæ hic efficacia, ſcire quoque intereſt, quis ejus conficiendæ ſit modus, nempe (z):

℞. Lithargyr. auri (v. g.) ℔j
Aceti vini pint. j Gallicam. Coque ut minimum per horam ſub continua agitatione ope ligneæ ſpatulæ: tum repone loco quieto, ut craſſiora ſubſidant; quo

(z) GOULARD l. c. p. 274. ſqq.

quo facto liquor supernatans inclinatione vasis decantatus *extractum Saturni* dicitur. *Aqua vegeto-mineralis* ita inde conflatur:

℞. ▽æ communis circ. ℔ j.
▽æ vitæ cochl. Caffeac. ij.
Extracti ♄ni cochl. Caffeac j. M.

▽æ vitæ et extracti copia augeri minuive potest, pro ratione morbi vel oculi sensibilioris patientiorisve, ita ut Auctor morbi principio ad vitrum ▽æ communis non nisi gtt. x. xij. extracti ♄ni instillet, ejusque deinceps pro re nata plus adjiciat. Ubi deinceps in Germania et aliis orbis plagis tentamina hanc in rem instituta fuissent, eadem ubique se se utilitate hoc remedium probaverat. u. c. SALCHOW (*a*) lithargyrii in locum sufficit minium, utpote purius, indeque obtentum extractum ♄ni vocat TRam minii, nimirum

℞. ♁ minii subtiliss. et puriss. ℔j affunde
Aceti vini destill. et concentratiss. ℔ ij. jv.

Coque in vase vitreo repando, continuo lignea spatula miscelam agitando, jß vel ij horis (si acetum nimis evaporaret coctionis tempore, massaque nimis spissef-

---

(*a*) l. c. p. 12. 13. 17. 18.

ceret, affunde adhuc ℔ j aceti dicti, coctionemque continua): quo facto miscelam ab igne remotam repone loco frigidulo per 6 horas, ut refrigeretur, et crassiora subsidant. Tum liquor supernus flavus ac limpidus decantetur, et per bibulam chartam filtretur; denuoque evaporetur ad dimidium. Hocce residuum *TRa minii* audit, quod s. q. cum aqua pluvia destillata vel fontana purissima, adjecto Spir. Vini Gallico, mixtum constituit ante dictam aquam vegeto-mineralem. Duarum hoc remedio curatarum ophthalmiarum idem hic Auctor exempla adfert, videlicet (*b*) virgo 20 annorum a teneris fere continenter multas perpessa ophthalmias autumno rursus cum eodem malo conflictari cœpit, aderat intensus dolor, oculorum tumor, et lucis impatientia. Datæ itaque lenes pilulæ, et pro oculis sequens:

℞. ▽æ pluviæ destill. ℥ iij
TRæ minii
Spir. Vin. camphor. aa gtt. xij. M.

D. agitatum prius pro collyrio ac fotu. Unde intra triduum plane convaluit. Porro (*c*) mulier 22 annorum ante tres heb-

(*b*) Ibidem 21 Beobachtung p. 114.
(*c*) Ibidem 24 Beobachtung p. 117.

domades tertium puerpera a perfrigeratione (et forte nocturna etiam oculorum ad lumen diutina contentione, lochiisque parcioribus) in vehementem incidit ophthalmiam perquam dolorificam: cui, præter lenes pilulas balsamicas, datum

℞. ▽æ pluviæ destill. ℥iij
TRæ minii gtt. xij
Spir. Vin. Gallici rectificatiss. ʒß.

M. D. usui ut in casu præcedenti. Unde postridie mox insigne levamen ac plena sanitas est consecuta. Finito autem puerperio templum petens a nova perfrigeratione recidivam morbi pristina cum vehementia perpessa est, in qua cum alius opem exposcens varia cum interna tum externa nequidquam usurpasset, ab ingravescente in dies malo visum amisit nunquam forte recuperandum. Verum omnibus fere hactenus in medium allatis casibus luculentior est, quem SIBBERN apud C. TÖDE (*d*) literis prodidit: puer 13 annos natus tam diu ophthalmiæ fuit obnoxius, ut ea jam habitualis ferme evaserit. In progressu adeo invaluit, ut a minima luce dolor intolerabilis oreretur, palpebræ tumerent admodum rube-

(*d*) Medic. chir. Biblioth. 1 Band 3 St. 3 Abschn. p. 180. sq.

rentque, albuginea ſanguinem æmularetur, ſerumque acre genas excorians profluेret. Hocce in ſtatu Auctor ægro, poſt omnia quæque ante in caſſum tentata remedia, ▽am vegeto-mineralem ſub exhibitis ſæpius catharticis adhibere cœpit, puerque intra 8 hebdomades ab ophthalmia ex toto liber evaſit. Retinuit nihilo minus in brachio fonticulum, multos jam ante menſes geſtatum. Aliquanro inde poſt morbillis correptus ex oculis non plus ſolito laboravit (ut nempe in morbillis uſuvenit), qui finito morbo perinde ſanitatem adepti ſunt. Imo ne fonticulo quidem poſthac conſanato ophthalmia revertit. Judicat itaque Auctor morbi diuturnitatem inſolitæ irritabilitati partium affectarum fuiſſe tribuendam, quam remedium Saturninum ſuſtulit. Hæc Dani. Sed nec Germanis virtutes hujus remedii ſunt ignotæ; namque A. G. RICHTERUS (*e*) ad prævertendam poſt exemptionem cataractæ inflammationem „ ſtatim poſt operationem oculum „ obtegit ſpleniolo ♄ et ▽æ fontanæ „ æquali portione madido, quod frigidi- „ uſcule et ter omni die imponit; 4° „ poſt operationem die ſpleniolum, quo

---

(*e*) Obſerv. chirurg. faſcic. I. cap. II. p. III.

„ oculus tegitur, humectat liquore ve-
„ geto-minerali GOULARDI, egregio
„ in omni oculorum inflammatione re-
„ medio „. Perinde J. L. SCHMUCKERUS (*f*) de reliquiis ophthalmiæ discutiendis agens „ aqua vegeto-mineralis
„ GOULARDI (ait) etiam est proficua;
„ at spleniola illa humectata ne nimis
„ arcte oculo, sed laxe tantummodo
„ absque fasciis, applicata sunto. Præ-
„ fero tamen aquæ dictæ miscelam ex

∇æ rosarum ℥ x et
Aceti lithargyrii ℥ iij;

„ quandoquidem aceto huic plus quam
„ extracto GOULARDIANO inest acidi,
„ atque sic magis roborans ac resolvens
„ est. Neque minoris energiæ est se-
„ quens aqua ophthalmica:

℞. ∇æ rosarum ℥ viij
Aluminis crudi ʒij
Sacch. Saturni ℈j. M„. Et vero

etiam J. PRINGLE (*g*) „ in seriore
„ mea praxi (ait) bono cum successu
„ etiam adhibui collyrium ex aquæ ℥ viij,
„ aceti lithargyritis ʒj, aquæ vitæ Gal-

(*f*) l. c. p. 502.
(*g*) l. c. p. m. 160 nota (c).

„ licæ ℥ij paratum „. Neque J. JANINO (h) etiam extracti ♄ ni GOULARDIANI, indeque aquæ vegeto-mineralis parandæ ratio satis se se probavit, cujus in locum ille aliam extracti ♄ ni parandi methodum commendat, nempe

℞. Lithargyrii argent. ℔ij
Aceti vini albi opt. pint. ij.

Ollæ terreæ vitratæ indita coquantur super prunis, agitata continenter spatula lignea, donec omni aceto evaporato pasta solummodo superfuerit. Cui sensim affundantur aquæ fontanæ bullientis ℔jv. denuoque spatula agitentur per ¼ horæ; tum stent per 24 horas, ac demum liquor clarus decantetur sub nomine extracti ♄ ni asservandus. Extractum isthoc GOULARDIANO multo est melius; nam cum posterius non satis aquæ sit miscibile ob glebulas, quæ fundum petere observantur, illud hocce vitio caret: ac proinde citius etiam securiusque vim suam exserit. Præterea hacce methodo plus obtinetur extracti, nempe pintæ sexdecim, dum pinta tantum GOULARDI methodo acquiritur. Aquam porro Saturninam JANINUS ita conficit:

(h) l. c. p. 385 No 3.

℞. Aquæ fontis ℥ j
Extr. ſui ♄ni gtt. jv
🜄s camphor. gtt. iij. M. et dum uti voles, miſcelam concute.

E. *Mercurialia* denique ſuperſunt memoranda. „ In diuturnioribus ophthal„ miis, inquit H. BOERHAAVIUS (*i*), „ mercurius præcipitatus ruber mira ſæ„ pe præſtat ſequentem in modum adhi„ bitus :

℞. Butyri non ſaliti ʒij
Ceræ albæ ʒj
☿ ⨪ rubri ʒß
Opii gr. ij vel iii. M. ſuper le„ ni igne in mortario vitreo vel alaba„ ſtrino. Includatur linteo raro, conſer„ vetur in aqua roſarum in loco calido. „ Quater vel 5es de die premitur ſuper „ oculum, ut ejus particula oculum in„ grediatur : quod certe remedium in„ veteratas ſæpe ophthalmias curavit „. Sed cur, cui debeatur, diſſimulat? Primus ſane, quantum novi, remedii hujus famam vulgavit J. DOLAEUS (*k*): „ em„ pyricus quidam (narrat iile) omnes „ ophthalmias aliosque oculorum affectus

---

(*i*) l. c. §. 61. p. 53. ſq.
(*k*) Append. ad Encyclop. med. obſ. 71. p. m. 134.

„ promiſcue curavit feliciter illinitione „ unguenti ſequentis ad tempora, ſuper- „ cilia, imo et verticem applicati ; un- „ guentum ſequens nobis pro arcano „ communicatum eſt :

℞. Butyri recentis ℥ß
Præcipitati rubri ʒij
Album. ov. ſativ. q. ſ. „.

Interea tamen chronicæ id genus et ad omnia alia remedia pertinaces ophthalmiæ videntur a latente miaſmate venereo foveri, cui domando ac peſſumdando ſolus ☿ us par eſt. Confirmor mea hac in ſuſpicione, quod videam hujusmodi ophthalmias quocunque alio ☿ li remedio extus illito ſanari (*l*), idque etiam ex litu partium ab oculis remotarum. F. HOFFMANNUS (*m*) „ novit . . . „ viſum fere deperditum ex ophthalmi- „ co morbo linimento ☿li genibus et „ poplitibus illito, interpoſitisque bal- „ neis aquæ dulcis, redditum fuiſſe „. Neque dubium eſt recens nati infantis ophthalmiam ab THEDENIO (*n*) percuratam hujus fuiſſe furfuris. Si vero uſpiam ophthalmicis ☿ libus opus eſt, in

---

(*l*) Vide §. 49 No 3.
(*m*) l. c. §. 7.
(*n*) Vide infra in II No 2. e).

ophthalmia ſane illa, quam præpoſtera virulentæ gonorrhœæ ſuppreſſio cauſat (*o*), maxime omnium indicantur. In hocce enim ophthalmiæ genere „ curatio exi-„ git, inquit J. J. PLENCK (*p*), ut mox „ incipiente oculi inflammatione 1° vena „ ſecetur, ac purgans antiphlogiſticum de-„ tur: 2° ☿us gummoſus interne quotidie „ ad gr. 30 detur: 3° oculus inflammatus „ lacte mercuriali vel ſolutione dilutiſſi-„ ma ſublimati corroſivi mediante parva „ pelvi ophthalmica vel alio vaſculo „ omni hora balneetur. Hac ſola metho-„ do ego multos feliciter curavi, et „ cœcitatem præverti. Curatio huc us-„ que conſveta, nempe Væ Ses, hirudi-„ nes ad oculorum canthos, veſicatoria, „ fonticuli, purgantia per octiduum da-„ ta, cataplasmata diſcutientia ad ocu-„ lum et emollientia balnea ad penem, „ ut gonorrhœa revocetur, ophthalmo-„ xyſis et conjunctivæ exciſio nihil juve-„ runt: ego multos cum hac methodo ex-„ cœcatos vidi „. Conficitur autem lac ☿le hunc in modum (*q*): „

(*o*) Vide §. 22 No 7.
(*p*) Doctr. de morbis venereis p. 82.
(*q*) Ibidem p. 175.

℞. ☿ii vivi depuratiſſimi ℨj
Gumm. arab. pulv. ℥ſs
Syrupi diacod. q. ſ. M. conterantur in mortario marmoreo ſenſim addendo ſyrupum, donec omnia abeant in mucum, cui ſenſim adde lactis ebullientis vaccini ℥ viij. M. D. U. „. Solutio vero dilutiſſima ☿♎ corroſivi fit (r) ſequenti ratione:
℞. ☿ii ſublim. corroſ. gr. j ſs
Gumm. Arab. ℨj
▽æ fontanæ ℔ j. Solvantur conterendo exacte in mortario vitreo vel marmoreo. . . . In ipſa ophthalmia gonorrhoica hac ſolutione oculos elui curabam „. Nec non „ decoctum malvæ, in cujus ℔ j granum j ☿ii ſublimati ſolutum erat, quandoque cito profuit „ in ophthalmia a lue univerſali (s). „ Chemoſin veneream ex ſuppreſſa gonorrhœa natam poſt varia fruſtra tentata remedia bis curavit ☿io gummoſo in lacte cocto, quo oculos mediante parvo vaſculo vitreo balneabat, juncto ſimul interno ☿ii uſu, et puellæ 4 annorum eodem balneo ab hypopio venereo penitus jam cœcæ

(r) Ibidem p. 173.
(s) Ibidem p. 84.

„ visum restituit „ PLENCK teste M. LANGE (*t*). Curatæ hujusmodi chemoseos casum ipse Cl. Vir (*u*) ita refert: chirurgus 30 annorum gonorrhœam jam inde a 10 diebus ubertim, at parvo cum dolore, fluentem quatridui usu balsami sulph. terebinthinati in totum stitit. Paucis post diebus oculus dexter lacrymari, rubere, multumque prurire cœpit: hinc æger sumpto cathartico, tusa vena, et vesicante nuchæ admoto oculum in dies magis inflammatum aqua GOULARDI lavabat. Re autem in pejus ruente 10° a suppressa gonorrhœa die Auctorem consuluit. Palpebræ ambæ inflammatæ tumebant; adnata profunde rubebat crudæ carnis instar, magnopere dolens et elevata; cornea opacata velut in fovea tumentis adnatæ hærebat; visus fere omnis abiit; et materia puriformis gonorrhoica, qualis ex urethra fluere solet, copiosa continenter tum e bulbo tum glandulis MEIBOM. tarsorum scaturiebat. Secta igitur denuo pedis vena, 6 hirudines temporibus juxta canthum externum ad-

---

(*t*) Differt. ci. §. 40. p. 74. nota (*a*).

(*u*) Neue u. leichte Art den mit der Lustseüche angesteckten Kranken das Queckfilber zu geben (4te Auflage Vienn 1778) 24 Beobacht. p. 93. sqq.

motæ, datumque catharticum hydragogum, et poſtridie exhibitæ pilulæ e ☿io gummoſo nec non lac amygdalinum cum nitro et ſyrupo diacodii: at omnia ſine levamine; quin potius craſſum leucoma obortum, dimidiam corneam opacans, ejus etiam ſuppurationem cauſavit. Hoc in ſtatu cum æger ſcarificationem adnatæ reſpueret, atque collyrium ex aqua roſarum cum vitriolo, et alumen cum ovi albo conquaſſatum nihil opis tuliſſent, nec plus profuiſſet 10 dierum internus Mercurii gummoſi uſus, venit in mentem ſequens ☿le balneum oculo adhibere:

℞. ☿ii vivi puriſſimi ʒj
Gummi Arab. ℥ ſ
Syr. diac. q. ſ. trita in mucum coq. in
Lactis ℥ viij parumper lacque

hoc ope vitri ophthalmici quotidie quater ſexiesve oculo applicetur. Unde poſt 24 horas tumor palpebrarum et adnatæ aliquatenus ſubſedit, plus etiam poſt 48 horas; ſicque uſus hujus remedii recenter ſemper parati in dies 10 continuatus oculum in priſtinum ſtatum reduxit, ſuperſtite tantum ampla craſſaque macula flava, ½ corneam obſidente; ſed quam etiam adhibitum 4 hebdomadis unguentum ophthalmicum S. YVESII ex toto ſuſtulit.

F. *Electricitas* ne etiam huc referenda? Ophthalmiæ casum ita percuratæ a M. PARTINGTONO sibi communicatum suppeditat T. CAVALLO (*x*), nimirum viro 36 annorum robusto nigra primum idola variæ figuræ ac magnitudinis ob oculos obvolitabant; secuta dein est amborum oculorum inflammatio tam celeri incremento, ut intra 7 dies visum aboleverit. Tentatis frustra in bimestre quibusvis consvetis præsidiis æger tandem ad PARTINGTONI machinam electricam est missus. Palpebræ non nisi digitis aperiri poterant, ac tum oculi tunicæ ruberrimæ visebantur. Dextri oculi gravius affecti visus tam erat debilis, ut eo in fenestram converso vi diductis palpebris æger nil nisi rubrum jubar globo igneo simile conspicaretur, reliquo conclavi adeo obscuro apparente nullum ut in illo objectum discerneret; oculo sinistro colorem figuramque vicinissimorum corporum dignoverat, sed in eorum magnitudine hallucinabatur plerumque. Atroces aderant dolores ac vagi, tempora tamen præ primis affligentes, unde interdum vehementes punctu-

(*x*) Vers. über die Theor. und Anwend. der medicinisch. Electricität 3. Th. p. 50. sqq.

ræ vel in occiput vel oculorum in centra excurrebant. Electricitas igitur ope instrumenti FERGUSONIANI a PARTINGTONO emendati oculis, ne scintillæ in illos eliderentur, quotidie administrabatur. Post triduum ophthalmia manifeste decrescebat, et intra 14 dies plane evanuit, pupilla tamen usque adeo contracta superstite, ut vix tantillum illius viseretur. Protracta vero in 5 hebdomades quotidie electricitate pupilla magis magisque relaxabatur, donec æger objecta in platea discerneret. Dolores prorsus conquievere; atque tum ab electricitate etiam cessatum est. Abhinc vero homo nil amplius molestiæ sensit.

II. *Composita* quoque simplicibus haud sunt pauciora, quæ adversus ophthalmias a variis fuerunt commendata; nec facile videas pharmaceuticum dispensatorium, in quo non occurreret aut aqua ophthalmica aut unguentum ejusdem nominis. Conflantur hæc ophthalmica e simplicibus jam ante ut plurimum recensitis, ut ita uno remedio applicato pluribus simul indicationibus fiat satis. Verum si usp am, in his certe prudenti opus est delectu pro vario ophthalmiæ statu; de quo cautelæ e simplicibus jam recensitis eruendæ erunt. Ex omni autem ophthalmicorum farragine, quæ sola justum efficeret

libellum illa tantum hic sum in medium allaturus, quæ insignis aliqua probaverat experientia, reliquis suo relictis loco una cum iis, quæ CELSUS (y) aliique Veterum haud exiguo numero memoriæ prodidere. Non sum nescius, præstabilius esse. ut si composito id genus ophthalmico uspiam sit opus, illud pro dato ophthalmiæ casu quisque sibi conficiat potius, quam aliunde promat; sed cum horum notitia ad absolutam ophthalmiæ historiam permultum faciat, et cum luculentis haud raro ejus casibus connexa sit, his quoque hic locum dare oportuit. Horum autem ophthalmicorum alia aquosa sunt, unctuosa alia.

1. *Aquæ ophthalmicæ* sunt

a) AMATI (z. „ Vigente (inquit ille) divite autumno satis temperato 1560 magna pars populi ophthalmia . . . oppressa fuit, pro qua curanda raro medici accersebantur, etiamsi difficilis esset; ita enim hominibus communis jam et familiaris morbus evaserat (et revera morbus hic paucis curatur abigiturve): perduravit autem lues hæc unum vel alterum mensem

(y) l. c. art. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
(z) l. c. Cent. 7. curat. 80.

„ . . . Ceterum ſiqui remediis ſubjicie-
„ bantur, habitis forte primo vacuatio-
„ nibus univerſalibus, iis topicis uteban-
„ tur: ovi aquato roſarum ſtillatitia mix-
„ to et ſæpe linteo applicato, vel tem-
„ poris ſucceſſu decocto fœnugræci tan-
„ topere a GALENO laudato, vel hoc
„ alio potentiori:

℞. Sacchari candi part. iij
Sarcocollæ part. ij
Viridis æris partem ſextam. O-
„ mnia in tenuiſſimum pollinem redigan-
„ tur, et ovi aquato excipiantur, et ro-
„ ſacea paretur collyrium, et utatur„.

b) FORESTI (*a*) in epidemica illa ophthalmia contagioſa ſuperius (*b*) memorata „ quibus inflammatio aderat, iis
„ miſſio ſanguinis admodum profuit; qui-
„ bus vero acriores fluxiones, purgatio
„ magis utilis fuit ex ſennæ et rhab. in-
„ fuſo aut pilulis lucis devoratis, tum
„ aliis ad hanc cauſam magis appropria-
„ tis. Ceterum inflammationibus magis
„ acrioribus hoc collyrium ſequens præ
„ aliis omnibus valde commodum fuit:

℞. Ceruſſæ

(*a*) i. e. obſerv. 4.
(*b*) Vide §. 24.

℞. Ceruſſæ lotæ ℥j
Amyli ʒvj
Gummi tragac.
Sarcocollæ
Tutiæ ppt. aa ℥ß
Camphoræ
Opii thebaic. aa ʒj
▽æ roſar. q. ſ. F. maſſa uſui reſervanda. „ Atque hujus portio exigua „ diſſolvebatur cum aqua roſarum, ubi „ uſus poſtulabat, et collyrii inſtar pluma in oculum affectum ſtillabatur, „ præcedentibus tamen purgationibus. „ Infiniti hoc ſolo remedio convaluere: „ et propterea in officina paratum reſervabatur. Attamen iis, qui ſimul catarrho obnoxii erant, minus conveniebat ob opium; alios autem, quibus „ acres fluxiones erant et oculi rubicundi cum pruritu palpebrarum, egregie „ juvabat „.

c) GERBEZII (c), quæ in levioribus ophthalmiis ſæpe profuit:

℞. Aqv. plantag.
—— euphraſ.
—— fœnic. aa ℥ß
Sief alb. ſ. opio ʒß

(c) Chronol. med. pract. ann. 1. §. 59. p. 45. ſq.

Tutiæ ppt.
Sacch. ♄ ni aa gr. v.
Vitriol. alb. gr. ij
Camphoræ gr. iij. M. F. Collyrium.

d) F. GHERLII (*d*):

℞. ▽æ rosar. alb.
— plantag. aa ℥ij
Tutiæ ppt. ʒj
Viridis æris
Salis ♄ ni aa ʒß
⊖✱ ℈j. M. F. collyrium;

quo non modo se ipsum a semestri pene ophthalmia contumaci sed plurimos quoque alios utriusque sexus ægros a trimestribus longioribusque gravissimis et ad omnia alia rebellibus ophthalmiis Auctor liberavit.

e) GRÜLINGII (*e*), qua virgo 20 annorum a 14 dierum ophthalmia humida acri intra biduum ad miraculum convaluit, ter eam in dies oculis ex spongiola instillando:

℞. ▽æ rosarum ℥ijß
Tutiæ ppt. ʒß
Lapid. calaminar.
Sacch. ♄ ni aa ℈j. M.

(*d*) Rare Osservaz. di Medicina e Cirusia Cent. 1. Osserv. 13. 14. Cent. 2. Osserv. 10.
(*e*) Obs. et cur. medic. Cent. 1. Obs. 51.

De hujus collyrii energia P. R. VICAT (f) ſequenti caſu edoctus eſt: ophthalmia (inquit) humida pertinaci oculi dextri „ jam dudum . . . laborabat „ . . . virgo 28 annos circiter nata, habitus bilioſo-ſanguinei; et jam eidem „ malo ante biennium obnoxia ab eo liberata fuerat excitato in tibia fonticulo, qui ſibi poſtea permiſſus ſiccabatur. Verum cum aliquot poſt menſes „ ex acuta febre convaleſceret, rediit „ ophthalmia ut prius, ſed ita pertinax, „ ut omnibus remediis tam internis quam „ externis . . . tentatis reſiſteret, etſi „ fonticuli fluxus de induſtria reſtitutus „ fuiſſet; qui quidem malum tolerabilius „ reddiderat, adeo ut poſtea ſolitis negotiis operam dare non impediretur. „ . . . Sic ſe habebat 21ª Julii; ſed „ cum tunc per totam diem occupata „ fuiſſet in lavandis ad lacum linteis, „ ophthalmia inde adeo exaſperabatur, „ ut prorſus intolerabilis fieret, accedente dolore acuto et tenſivo temporis „ dextri . . . Lacrymarum copia et „ acrimonia tanta erat, ut continuo „ puſtulas in genis acriter dolentes et

---

(f) Delect. obſerv. pract. e diar. clin. append. obſ. 21. p. 256.

„ calentes excitarent. Sed . . . oportet monere, fonticulum nuper rursus ficcatum fuiffe. Præmitto 22ª Julii validam purgationem ope pilularum ☿lium laxantium pharm. Edinb. Præterea . . . affiduo lavatur oculus lotione tepida ex aqua et lacte cum pauxillo croci parata, quæ multum minuit dolorem et calorem. Cicatrici a fonticulo relictæ imponi fvadeo emplaftrum oxycroceum ad modum pifi efformatum. Inde jam vefpera levatam fe fenfit ægra; crus antea tumefactum detumet fluente aliquo per cicatricem humore, magis autem poftridie, cum ipfe fanguis flueret. Eadem die, 23ª nempe decoctum avenaceum LOWERI propino, et impero ufum pediluviorum quavis vefpera præcipue repetendum. Sequenti die 24ª . . . admoventur 4 hirudines ad canthum exteriorem oculi. Sic multum minuuntur dolor, rubor, et lacrymatio. Supervenit 25ª cephalalgia, quæ maxima pro parte diffipatur infpirato odore falis volatilis urinofi. Tempeftas admodum pluviofa, quæ per hos dies locum habebat, videbatur curationis progreffum non parum retardare, ita ut 26ª dolor etiam alterum oculum occuparet, mitior quidem in utroque; fed

„ majori calore ſtipatus. Quare ut ſanatio-
„ nem efficacius promoverem, periculum
„ facere volui collyrii . . . P. GRÜLIN-
„ GII . . . Et revera ejus inſtillatio bis tan-
„ tum de die repetita mire ſtatim oculum
„ juvit. Huic tamen auxilio non ſatis
„ fidens ante cubitum curavi applicari ad
„ nucham emplaſtrum veſicatorium. Po-
„ ſtridie (27ª) puſtulæ genæ diſparue-
„ rant remanente tantum pruritu. Nec
„ æquivoca mihi viſa eſt collyrii effica-
„ cia; nam quævis ejus inſtillatio poſt
„ excitatum quidem primo momento a-
„ cutum dolorem oculum omnino nota-
„ biliter levabat, et ita emendabat, ut
„ 29ª mane jam abeſſent ſordes et gra-
„ miæ, quæ hucuſque palpebras noctu
„ agglutinaverant. Sic pergendo ſanatio
„ ad ultimum gradum perfectionis 5ª
„ Auguſti perducta eſt „.

f) HEISTERI (g) familiares aquæ ophthalmicæ ſunt ſequentes:

℞. Aquæ flor. cyan. ℥ß
—— plantag. ℥j
🜄 camphorat. ℨj
Lap. calam. pp. ℈j
Vitriol. alb. gr. ij. M. Applice-

(g) Medic. chir. und anat. Wahrnehm. I, Band No 549.

tur tepide ope ſplenioli 3ª quaque hora. Hac aqua puellum trimulum a vehementi palpebrarum præſertim circa majorem canthum inflammatione lacrymalem fere fiſtulam minitante liberavit, propinato ſimul cathartico e ſyr. roſar. ſol. ℥ j, ♂ jalapp. gr. xii, et aqv. euphraſ. ℨj pro biduo binis doſibus ſumendo. Alteri vero Senatori (*h*) vehementem ac dolorificam ophthalmiam ſequentibus profligavit: Væ Se larga in pede præmiſſa, ſubjunctoque cathartico, præbuit ♂es reſolventes antiphlogiſticos cum infuſo perinde reſolvente leniterque diaphoretico; externe vero adhibuit aquam ophthalmicam

℞. Aquæ euphraſ.
—— plantag. aa ℥jß
—— roſar. ℥ß
🜄 vulgaris ℥ ij
Lap. calam. ppt. ℈ß
Opii puriſſ. gr. iij
Eſſent. croci gtt. x. M. pro

eluendis crebro tepideque oculis. Denique omni bihorio e 🜄 camphorati ℥ j ß aliquid illinendum erat circum oculos, temporibusque infricandum. Atque ſic æger convaluit, ubi 8 dies his remediis fuiſſet uſus. Meminit porro (*i*) et ado-

(*h*) Ibidem No 580.
(*i*) Ibidem No 492.

lescentis 14 annorum, cui mica lapidis illapsa in oculum corneæ vulnusculo inflicto adnatæ causavit inflammationem cum uberi continuoque lacrymarum profluvio. Huic præter dosin cathartici e ♁ jalapp. ℈j cum ♀ri vitriolati gr. v. sequens etiam collyrium præscripsit:

℞. Aquæ fœniculi
—— plantag.
—— rosar. aa ℥j
Album. ovi N°j. M. conquassando adde
Lap. calaminar. ℈ß
Vitriol. albi gr. iij
Opii gr. ij. M. D. pro oculo sæpius colliniendo, et linteo puro octuplicato desuper alligando. Convaluit illæso prorsus visu,

ff) HOFFMANNI (*k*), qui „ efficax et securum (ait) hoc collyrium:

℞. ▽æ fl. samb. sclopetar. aa ℥j
Camphoræ gr. iij.
Sacch. ♄ni gr. x. M. quod cum „ linteo triplicato crebrius tepide oculis „ applicandum. Quando autem nimis „ mordax adest acrimonia, mucilaginem „ corticis medii florum tiliæ, item sem. „ cydoniorum cum aqua rosarum, addi-

(*k*) l. c. curat. §. 2.

„ to pauxillo croci ſine vel cum opio „ admovere expedit„.

g) JANINI (*l*) ▽ᵃ *ophthalmica reſolvens*:

℞. Vini generoſi albi ℔j
Aloes ſuccotr.
Tutiæ ppt.
Croc. metall. aa ℥j. Indita lagenæ probe obturatæ agitentur per ¼ horæ, tum bimeſtre in ſole digerantur identidem agitata. Efficax eſt remedium in ophthalmia, palpebrarum obſtructione, ulceribus maculisque corneæ, viſumque roborat, ſi mane, meridie, et veſperi gtt. iij. ij capite reclinato in majorem canthum immittantur, palpebræque dein alternis vicibus aperiantur et claudantur, ut ſic liquor, tota bulbi ſuperficie diffluat. Aliam quoque magis compoſitam (*m*) aquam deſcribit, in cujus confectionem omnia pene ab omni ævo uſurpari ſolita adverſus ophthalmiam remedia ſimplicia cum multis aliis adjectis congeſſit. Sed ne quid nimis!

h) C. LAHME (*n*) „ degit hic „ (refert) Hafniæ vir ſeptuagenarius, qui

---

(*l*) l. c. p. 388 No 7.
(*m*) Ibidem p. 389 No 8.
(*n*) Miſc. nat. cur. dec. 3. ann. 7. Obſ. 185.

„ ferme quotannis ophthalmia laborat,
„ quam Væ Sę, purgantibus, veſicato-
„ riis, ſudoriferis, et inſtillatione 🜄s
„ camphorati feliciter hactenus curatam
„ notavi. Enim vero fruſtraneo cum
„ ſucceſſu citata remedia omnia et ſin-
„ gula nuperrime in uſum vocata adeo,
„ ut pejor magis quam melior contuma-
„ ciſſimæ ophthalmiæ ſtatus eſſet, alter-
„ utro præ primis oculo peſſime ſe haben-
„ te, ut omnimoda facultatis videndi
„ privatio quoad hunc oculum metuenda
„ foret. Aſt ecce . . . quidam . . .
„ conſultus ſequens remedium ſuggerit;

℞. Aquæ fœniculi ℥ ij
—— chelidon. maj.
—— fragorum
—— roſar. alb. aa ℥ j
Ωus valerian.
—— ſal. ammon. aa ʒ ß M . . .

„ Hanc MRam non oculis inſtillare inſtar
„ aliorum collyriorum, ſed ſaltim pal-
„ pebris . . . illinere, easque quaſi la-
„ vare eadem jubet; nimirum Ophthal-
„ micus clauſis oculis ſera nocte valvu-
„ las (palpebras) collyrio dicto probe
„ lavare ſolet. Die ſubſequente mo-
„ leſtiſſimis ſymptomatibus ophthalmicis
„ pene ſublatis ex voto luminibus ocu-
„ lorum utitur clariſſimis denuo et pel-
„ lucidis „.

i) RIDLEY aqua ophthalmica in ſuperioribus (*o*) jam deſcripta eſt.

k) S. YVESII (*p*) collyrium pro ophthalmia cum ſiccis marginibus:

℞. Aquæ roſar.
——— plantag. aa ℥jv
Salis ammoniaci
——— ♄ ni aa gr. vij. M. D. pro eluendis quotidie bis terve oculis. Commendat illud etiam ROSENSTEIN (*q*); ſed ſalia ad gr. jv tantum addit.

l) SYDENHAMI *laudanum liquidum*. Opii externum in ophthalmia uſum jam paſſim in formulis variis videre fuit. Verum ſolo puroque laudano liquido ſeu TRa thebaica diſpenſatorii Londinenſis collyrii inſtar primus J. WARE (*r*) cœpit uti, quam admodum efficacem eſt expertus. „ Bis terve per diem (inquit „ ille) gtt. ij. iij illius pro varia ſym„ ptomatum vehementia oculo inſtillo, „ a queis primum inſignis oboritur do„ lor cum illacrymatione uberi; ſed „ queis poſt pauca minuta ſenſim evani-

(*o*) Vide §. 41. No 1.
(*p*) l. c. Cap. 6. art. 4. p. m. 196.
(*q*) Reiſe u. Hausapoth. No 19. p. m. 75.
(*r*) Auserl. Samml. zum Gebrauch pract. Aerzte 6 Bandes 2 Stück p. 366. ſqq.

„ dis dolores insigniter remittunt. Sub-
„ inde primæ mox guttulæ inflammatio-
„ nem magnopere minuunt, et usù hujus
„ remedii numerosæ ophthalmiæ pessimæ
„ ad omnia alia remedia multis hebdomadis
„ imo mensibus usurpata rebelles ante
„ 14 diem sanatæ sunt. Hic tamen suc-
„ cessus non ubique sperandus est; quip-
„ pe qui alias serius eveniat; imo obti-
„ gere mihi casus, in queis laudanum
„ per principia sine ullo levamine adhi-
„ bitum fuerat: verum ophthalmiæ hæ
„ ut plurimum erant recentes, splen-
„ dentibus adhuc oculis et multum ab
„ admissa luce dolentibus; ut ut vel in
„ his etiam quandoque fructuose fuerit
„ adhibitum. Unde non nisi periculo fa-
„ cto de successu certiores reddimur, a
„ quo præter brevem dolorem nihil por-
„ ro molestiæ propullulat. Quod si igi-
„ tur TRa thebaica nil opituletur, dif-
„ ferre ejus usum oportebit, quoad va-
„ cuationes aliaque idonea præsidia mor-
„ bosam irritationem infregere. Quam-
„ vis autem opium TRæ hujus res sit
„ primaria; utilitas tamen ejusdem in
„ ophthalmia soli illi tribui nequit: si-
„ quidem sæpius saturatam ejus solutio-
„ nem aquosam frustra tentavi, quæ do-
„ lores licet aliquo pro tempore lenive-
„ rit, inflammationis tamen vehemen-

„ tiam non minuit. Fotus calidus e de-
„ coctis capitibus papaveris aliquatenus
„ profuit, imo leviorem morbum ali-
„ quando plane sustulit; at gravioribus
„ in casibus iteratus etiam illius usus
„ frustra fuit, donec TRa thebaica ei
„ jungeretur. Ut itaque liqueret, cui-
„ nam potissimum TRæ parti successus
„ curationis tribuendus sit, una etiam
„ alterave vice idem cum vino Hispani-
„ co in oculum instillato periculum feci;
„ at vehementior inde quam a TRa diu-
„ turniorque dolor sequebatur sine ullo
„ levamine. Cum igitur nec opio nec
„ vino seorsim, sed simul tantum junctis
„ curatio peragatur, ab longo jam tem-
„ pore solam TRam thebaicam in usum
„ duxi, eamque cum ante dictis adhibi-
„ tam cautelis velut remedium in quali-
„ bet ophthalmia omnique ejus gradu
„ (ut ex dandis deinceps historiis ube-
„ rius patebit) perquam efficax com-
„ mendare ausim. Quod modum, quo
„ TRa thebaica externe ad ophthalmiam
„ usurpata utilem se præbet, attinet,
„ excitat illa, ut omnis alius stimulus,
„ oculo immissa ardorem ac dolorem.
„ Oculo tunc inspecto numerus ac ma-
„ gnitudo vasorum inflammatorum insi-
„ gne augmentum cepisse conspicientur,
„ simulque lacrymatio oboritur vehe-

„ mens, ac forte etiam humorum e vasis „ in omnem bulbi superficiem exhalan- „ tibus secretio; quæ omnia procul du- „ bio vino aromatibusque TRæ thebaicæ „ debentur, et quorum ope (ut reor) „ motus humorum augetur, ac forsitan „ parvæ quædam obstructiones reseran- „ tur. Unde lacrymatio a TRæ stimulo „ effecta ceu immediata ex affecta parte „ vacuatio eam aliquatenus deplens et „ onere molesto liberans considerari po- „ test. At vehemens illa irritatio ne- „ quaquam est diuturna, qua cessante „ oculus continuo quieti redditur, tunc- „ que videre est, vasa rubra et exiliora „ evasisse, et numero multo, quam ante „ remedii applicationem fuerint, pau- „ ciora. Doloris hæc mitigatio et con- „ quiescentia qua vacuationi ab opio „ causatæ qua specificæ ejus vi anodynæ „ et irritabilitatem destruenti est tri- „ buenda „. Demum hæc ipsa Auctor compluribus in medium allatis observationibus confirmat, quarum in prima (*s*) mulier 26 annorum post abortum incidit mense Novembri 1778 a perfrigeratione in vehementem catarrhum cum magna oculi sinistri inflammatione. Post varia

(*s*) Ibidem p. 375.

collyria in caſſum adhibita hirudines ter intra paucos dies ad tempus lævum admotæ inflammationem minuerunt, quam tamen nova perfrigeratio ita revocavit, ut brevi priſtinam ad vehementiam venerit. Poſt 6 hebdomades TR[a] thebaica primum adhiberi cœpta, quo tempore tanta jam adfuit inflammatio, ut minima lux dolores cauſaret acerrimos, corneam ſimul dextro e latere inſigni obſidente jam macula, pupillæque partem tegente. Dolor inde gravis obortus pauca poſt minuta deſiit, inſigni poſt ſe relicto morbi levamine. Die poſtero ægra melius habuit, inflammatioque imminuta videbatur: idcirco TR[a] iterum eo cum ſucceſſu adhibita, ut abhinc nullo alio fuerit opus remedio. Poſt triduum ægra oculum denuo potuit aperire; inflammatio intra 14 dies ex toto evanuit, cornea ita inclareſcente, ut mulier tantum denuo videret, quantum ad conſveta negotia ſatis erat. Porro (*t*) puellæ decenni Auguſto menſe vehementi oculi dextri ophthalmia citra manifeſtam cauſam correptæ facta V[æ] S[o], multaque interne remedia data, et oculo aqua vegeto-mineralis applicata; ſed omnia fruſtra.

(*t*) Ibidem p. 377.

Post aliquot hebdomades accitus WARE palpebras reperit adeo tumentes, ut status oculi nullatenus posset explorari. Ocyus ergo TRª thebaica modo ante dicto in oculum instillata cum solito dolore consecuto; at non dum lapsa hora dolores multo evasere leviores, quam inde ab initio jam fuerint. Porro eadem adhuc vespera hirudines etiam tempori applicatæ, locoque dein vesicans admotum, Postridie TRª thebaica denuo instillata lætum iterum præbuit effectum. Die 3° puella ægrum oculum jam eatenus aperire poterat, ut objecta videre valeret; sed lux tantos adhuc movebat dolores, ut oculos citissime iterum ægrota clauderet. Oculo velum semper prætensum, puellæque dies aliquot obscuro in loco morandum fuit. Totis 3 hebdomadis TRª semel quotidie usurpata insigne semper levamen attulit, emendationemque constantem, ut ut lentam, efficiebat. Abhinc in 4 hebdomades TRª alternis tantum diebus adhibebatur, queis elapsis puella tam bene videbat, ut ne velo quidem amplius opus foret. Deinceps vero oculus mane ac vesperi eluebatur dilutissima ☿ ♎ solutione, maculæque corneam obsidenti vitrum pulveratum inspergebatur. His cunctis remediis puella ultra annum eo cum fructu utebatur,

ut et macula inde minor ſit facta, et viſus multo quam ante evaſerit acutior. Tertius (*u*) ægrorum auriga fuit, qui Aprili 1778 in itinere vehementi e febre lectum petere coactus, eam diaphoreticis biduo poſt inſigniter quidem minuit, ſed magnus repente dolor dextrum oculum invaſit, per encephalon ad occiput uſque excurrens, cui inflammatio valde levis ſe junxit. Væ So facta, datum catharticum, ac pone aures veſicantia applicata, identidemque temporibus 5 hirudines admotæ, et oculus decocto capitum papav. fotus; at omnia exiguo cum levamine. Poſt bimeſtre ita exactum dolor ſenſim ſponte remittebat, verum viſus oculi hujus in totum periit. Finiente ergo Junio ad labores ſuos rediit æger, ad finem usque Auguſti uno tantum oculo uſus. Tum vero noctu repente dolor priſtinus ægrum ante oculum invaſit cum ſumma inflammatione et pupillæ dilatatione et marginis ejus imi inæqualitate. Væ So facta, capitique unguentum anodynum illitum, at citra levamen. Auctor itaque conſultus illico laudanum inſtillavit, veſperique 3 hirudines tempori dextro admotæ, ac deinde

veſicans

(*u*) Ibidem p. 378.

veſicans ibidem applicatum. Poſtero mane datum eccoproticum, et meridie jam pene omnis abfuit dolor. Poſthac ergo quotidie mane ac veſperi eluebatur oculus dilutiſſima ſolutione ☿ ♎, et per 14 dies ſemel quotidie laudanum inſtillatum, poſt quos dolor omnis, inflammatio vero maximam partem, ita diſparuere, ut homo poſt 3 hebdomades ad ſuos redierit labores. Juvenis item femina (*x*) jam inde a variolis circiter ante 6 annos toleratis continuum fere ac terebrantem lævo in oculo dolorem patiebatur cum exigua vel nulla inflammatione ſenſibili. Oculus hic jam ante variolas identidem inflammatione tentabatur; ſub variolis autem puſtula in cornea pupillæ adverſa enata eſt, profundam in abitu poſt ſe relinquens cicatricem, propter quam ægrota objecta velut trans nebuloſum vitrum conſpicabatur. Poſt varia potiſſimum interna remedia necquidquam uſurpata, Januario 1779 dolore ſolito acrius vexante TRæ thebaicæ aliquid oculo eſt immiſſum: dolor inde auctus brevi deſiit, ea ſimul poſt ſe relicta quiete, quali ægra jam dudum ante non fruebatur:

(*x*) Ibidem p. 380.

idcirco per 14 dies ufus TRæ quotidie factus ita profuit, ut abhinc recidiva haud amplius acciderit. Perinde (y) matrona ad 53 annos nata ante 15 circiter annos ex gravi capitis dolore cum variarum corporis partium efflorefcentia obfurduit, fimulque vehemens oculum lævum ophthalmia corripuit, amplam poft fe relinquens corneæ maculam, quæ etfi oculi hujus vifum non ex toto fuftulit, inutilem tamen oculum effecit. Octobri 1778 ophthalmia rurfus gravis eundem invafit oculum magno cum dolore, plenaque ejus cum cœcitate: quæ ubi jam aliquot hebdomades durarunt, accitus WARE utroque in oculo reperit maculas, queis læva pupilla tota tegebatur. Inftillato in dextrum oculum laudano tantum paucis poft minutis levamen adfuit, ut et in alterum oculum inftillationem ægra expofceret. Poftero die ambobus in oculis ophthalmoxyfis ope fpicarum hordei inftituta cum dolorifica fuit admodum, tum omnino etiam inutilis. Abhinc ergo laudanum quotidie tota hebdomade ufurpatum fub ejus finem fymptomata magnopere minuit; verum ob non levem adhuc inflammationem fuper-

(y) Ibidem p. 380. fqq.

ſtitem cuilibet tempori 3 hirudines admotæ, ac ibidem poſtea veſicantia applicata, et 3° quovis die catharticum datum: ceteroquin in quotidiano TRæ theb. uſu tres ſeptimanas pergebatur; queis elapſis ægra eatenus jam recuperavit viſum, ut ſine duce per haud exiguum ſpatium ire poſſet. Propter præſentaneum ſemper ab uſu TRæ levamen ægra poſt diſcuſſam jam ophthalmiam nihilo minus ejus inſtillationem in bimeſtre adhuc continuavit: unde, ubi ab ulteriori illius uſu deſtitit, macula corneæ ſiniſtræ manifeſte minor tenuiorque facta obſervabatur, ita ut ægra objecta, ſi e latere intuebatur, oculo illo dignoverit; dextri autem oculi viſus erat integerrimus. WATHEN quoque tres hanc in rem caſus Auctori ſuppeditavit, nempe (z) infans quidam mox a morbillis 1752 toleratis corneæ leucoma cum ophthalmia contraxit. Iſta jam levior erat, jam gravior; illud vero ita ſenſim crevit, ut evoluto anno viſui multum obſtaret. Cum ante jam et vena tuſa fuerit, et veſicans admotum, et multa cathartica ſanguinemque depurantia uſurpata, WATHEN ſolum laudanum liquidum adhi-

(z) Ibidem 3 Stück p. 388. ſq.

buit; quod etſi multum doloris excitarit, ut ille metuerit, ne præmaturus ejus uſus eſſet, poſtridie tamen infans oculum aperuit, lucemque tulit, quod jam a longo tempore nequiverat; unde per 14 dies inſtillato quovis mane laudano omnis inflammatio diſcuſſa eſt, leucomaque imminutum. Poſthac vero varia collyria cum admiſto ſemper laudano adhibita, et quoties vel dolere oculus vel inflammari leviſſime etiam occiperet, ſolum denuo laudanum inſtillatum. Sicque lapſis aliquot menſibus leucoma ex toto deceſſit, oculusque Novembri 1754 cum altero ſanitate certavit. Porro (*a*) feminæ 12 annos utriusque oculi ophthalmiæ a frigido balneo contractæ obnoxiæ fruſtra in binis Angliæ noſocomiis ultra triennium ope quæſita demum etiam WATHEN poſt innumera alia in caſſum tentata laudanum inſtillare cœpit cum tam præſentaneo levamine, ut ægra intra breve tempus et lucem tulerit, et homines dignoverit. Cumque ante laudani uſum cornea valde fuiſſet incraſſata, ab illo extenuabatur etiam; et ſemel quotidie eodem per aliquot menſes ita adhibito femina uſque adeo profecit in

(*a*) Ibidem p. 389. ſq.

melius, ut minimæ acui filum indere posset. Abhinc quidem interdum levior adhuc ophthalmia recurrebat; sed laudani semper instillatio graviorem ejus gradum præpediebat. Quantopere autem cavenda sit laudani in oculum in vigore morbi recentis, non dum satis vacuato corpore, instillatio, WATHEN sequenti casu (*b*) est edoctus: homo 35 annorum Febr. 1779 valida ac perquam dolorifica ophthalmia correptus eam sedula negotiorum procuratione effecit graviorem; cujus 3° die instillatum oculo laudanum summum unius fere horæ dolorem caussavit sine ullo subsecuto levamine. Eodem ergo vespere tempori dextro primum hirudines dein vesicans admotum non sine fructu; siquidem lateris hujus dolores per aliquot abhinc menses ambo tempora vexantes, multum inde sunt imminuti. Die 4° iterata laudani instillatio pristinos creavit dolores; quod ipsum etiam a tertia instillatione accidit sine levamine. Sinistro ergo tempori etiam et hirudines et vesicans applicatum dolores sustulit, perstante nihilo minus eodem inflammationis

(*b*) Ibidem p. 387.

vigore. Hinc ſaturata opii ſolutio aquoſa ad gtt. iij oculo immiſſa etſi dolorem fugaſſe videbatur, vehementia tamen inflammationis ab ejusdem uſu tota licet hebdomade continuato nihilo evaſit minor. Quocirca tertium dextro tempori hirudines et veſicans appoſitum, hocque facto quartum tentata laudani immiſſio jam haud majorem, quam in aliis ægris, dolorem cauſavit, quem paucis poſt minutis ſolenne levamen ſecutum eſt; ac per 10 inde dies continuatus ejusdem mane et veſperi uſus diſcuſſa omni inflammatione ægrum priſtinæ reſtituit ſanitati. Idem hic Cl. Vir teſtatur (*c*) TRam thebaicam perquam eſſe efficacem etiam in inflammatione diſcutienda, quæ operationes oculares (*d*), ac præſertim extractionem cataractæ, nec non corneæ in hypopii curatione inciſionem, conſequi ſolet. Plures etiam de laudani adverſus ophthalmiam efficacia caſus WARE in pſorophthalmia (*e*) narrat; ſed quos brevitatis cauſa hic ſilentio præterire oportet.

(*c*) Ibidem p. 391.
(*d*) Vide §. 79.
(*e*) l. c. p. 407. ſqq.

m) A. THONERI (*f*) in obſervationibus complures MRæ utiles reperiuntur. Sic mulier „ per aliquot ſeptimanas ophthalmia graviſſima laborans, „ aliis in caſſum admotis, cum rubore „ et palpebrarum agglutinatione: ℞. M. „ P. ſine quib. ʒß aur. coch. aa ℈j. „ cum ▽a bet. F. pil. xxvij. Propoſui ve„ ſicatorium; recuſavit obſequium.

℞. Tutiæ ppt.
Sarcoc. aa ℈j
Vitriol. Rom.
Sumach aa ℈ß. lig. in nodul. inf. in
Aqv. roſar.
—— plant.
—— fœnic. aa ℥j. calef. et expr.
adde
Lap. calam. ppt. ℈j. F. collyr.

„ cum penna inſtill. Cum ſubitaneo ad„ jumento, ut nullis aliis (fuerit) opus „ præſidiis. Femina plebeja dextri oculi „ rubedine longe lateque ſerpente cum „ inſigni calore et ardore detenta, alio„ rum conſiliis vanis,

℞. Aquæ roſarum
—— plantag. aa ℥ij
—— ſolani ℥j

(*f*) Obſ. med. Lib. 2. Cap. de affectib. ocul. Obſ. 1. ſqq. p. 116.

Vitriol. albi ℈j. Diſ. et col. adde
Tutiæ ppt. ℈j. M. cum linteolo
„ imbuto et expreſſo appl. Intra pau-
„ cos dies cum admiratione, qui malum
„ illud prius conſpexerunt, libera eva-
„ ſit. Quidam juvenis plebeius lippitu-
„ dine oculorum cum inſigni tumore,
„ ut eos aperire non poſſet, ultra ſe-
„ meſtre moleſtatus, multorum præſidiis
„ fruſtra adhibitis,

℞. Aquæ plantag.
—— roſar.
—— fragor. aa ℥j
—— ſolani ℥ß
Vitriol. albi ʒß
Camphoræ gr. ij. Diſ. et col. adde
Tutiæ ppt. ℈jß. M. pro collyrio.

„ Brevi reſtitutus eſt. Juvenis 24 anno-
„ rum . . . naturæ melancholicæ, oph-
„ thalmia ſat gravi infeſtatus ex deflu-
„ xione ſeroſorum humorum ℞. M. P.
„ aur. coch. ſine quib. aa ℈j cum ▽
„ beton. F. P. xxvij. Poſt uſus ♁e ſter-
„ nut. per nares attracto: ℞. ♁ ſternut.
„ ℈ij, ſpec. diambr. ℈j, major. ℈ß. F.
„ ♁. Tandem ordinata ▽a roſ. cum
„ Vitriol. alb. et tutia ppt. exterius ap-
„ plic. cum optato ſucceſſu „.

n) *Viennense dispensatorium* (g) duplicem aquam ophthalmicam descriptam habet, sapphiream aliam, aliam cum sapone. Sapphireæ formula est:

℞. ▽æ ♆ vivæ mediocris cum
▽a chelidoniæ
— euphrasiæ
— cyani
— rosarum aa q. s. factæ ℔. vj.
⊖✱ electi ʒ vj. Stent per noctem in vase cupreo; mane filtretur, et sapphiri in formam colorata servetur usui. Alterius vero confectio hunc in modum fit:

℞. Vitrioli albi ℥ß
Saponis Veneti ʒiij
▽æ font. ℔ij. Coq. in olla ad remanentiam ℔jß, refrigescat, filtretur, et servetur usui.

2. *Ungventa ophthalmica* porro celebratiora sunt

a) *Nihili albi*, quod secundum dispensatorium Viennense (*h*) ita conficitur:

℞. Nihili albi
Tutiæ ppt. aa ℥j.
Corall. r. ppt.

(g) Classe 2. p. 20.
(*h*) Classe 17. p. 232.

Matr. perl. ppt. aa ℥ſs
Camphoræ ʒj
Axung. porc. mundatæ ℔j. M. in Ungv. De quo M. GERBEZ (*i*) „ ophthalmiis (ait) levius laborantibus ſæpe ſolum ungventum nihili ad oculos ſatisfecit, ante ſomnum palpebrarum commiſſuris inunctum „. Et V. RIEDLINUS (*k*) „ a certa (inquit) tutiæ ſpecie, quæ in officinis nihili albi nomen ſortita eſt, ungventum, cujus ingrediens cum tutia primarium eſt, denominatur, ungventum ſane, quod (quidquid etiam nonnulli recentiorum, quibus omnia Veterum inventa immerito ſordent, contra hoc et alia oggannìant) in hunc uſque diem ut commendetur, meretur, dum quæ ei vires ophthalmicæ adſcribuntur, egregie exſerit, et in oculorum ardore et defluxionibus quin et incipiente inflammatione haud fruſtra adhibetur. Sic cum ego nuper cum dictis malis aliquamdiu conflictatus fuiſſem, et nec abſtinentia a vino, nec aqua roſarum, nec cataplaſma ex mica panis, lacte, croco, et pomo cocto confectum, nec

(*i*) l. c.
(*k*) Lin. med. ann. 1. Decembr. 26 p. 455 ſq.

„ decocta laudatissima herbæ theæ et „ coffee (alia enim interne, in primis „ purgans, adhibere negotia non per- „ mittebant) quicquam conferrent, di- „ ctum ungventum in usum ducere cœ- „ pi, et quidem cum tam laudando ef- „ fectu, ut prima statim nocte non ut „ alias conglutinati quasi oculi fuerint, „ sed eosdem sine dolore et molestia ape- „ rire potuerim, et postea etiam . . . „ continuata hujus ungventi applicatione „ per pauculos dies omne malum ces- „ saverit „.

b) P. FRAUENDORFFERI (l): „ puella elegans 5 annorum pustulis „ compluribus ac rubore oculorum non „ sine cœcitatis periculo vexata mihi „ (ait Auctor) curanda oblata est. Huic „ præter medicamenta purgantia, vesi- „ cantia, hirudines, cucuphas exsiccan- „ tes, &c. etiam multa alia topica oculis „ applicanda præscripsi, sed sine fru- „ ctu: tandem ungventum sequens, quod

℞. Butyr. rec. sine sale in
Aqua euphrag. aliquoties loti ℥jß
Tutiæ ppt. ʒjß
Camphoræ ℈j. M.

„ ordinavi, et palpebris non tantum illi- „ niri, sed etiam cum petiolis applicari

(l) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 5. obs. 19.

„ præcepi. Et ecce! intra paucos dies et „ rubor et pustulæ cum omnium admiratio- „ ne disparuerunt, et ægra plus quam per „ ½ annum optima sanitate est usa. Post- „ ea tamen propter errores, ut opinor, „ in diæta commissos idem morbus denuo „ rediit, pustulis non tantum album sed „ et nigrum oculorum copiose obsiden- „ tibus, ac toto fere albo intenso ru- „ bore obducto cum venulis turgidis et „ non sine dolore. Ego vocatus præ- „ misso per 4 continuos dies laxativo ja- „ lappato idem unguentum repetii, et „ rursus quidem cum fructu ut supra, „ et ægra bene habuit quasi per 9 men- „ ses: tandem una iterum pustula in al- „ bo oculi est suborta cum aliquali ru- „ bore; sed mox iterum methodo mo- „ do laudata sublata. Et jam fere ab in- „ tegro anno ægra nihil mali est passa „.

c) J. JANINI (*m*):

℞. Axung. porc. mund. ℥ß
Tutiæ ppt.
Boli Armen. aa ʒij
☿ii præcip. alb. ʒj.

Axungiæ ter prius aqua rosarum lotæ reliqua in 🜍em tenuissimum redacta admiscentur in mortario vitreo. Hujus mi-

(*m*) l. c. p. 396 No 16.

ſcelæ molecula piſum minus æquans mane ac veſperi in oculum indenda eſt quotidie uſque ad finem morbi; cujus virtute varices quoque oculi, maculæque corneæ abolentur, ulcera ejusdem ac tarſorum ſanantur, palpebrarumque tumor abigitur.

d) PENOTI apud R. LENTILIUM (n):

℞. Butyri rec. cum ▽ roſ. ℨij bullit. ℥ij
Tutiæ ppt. ℥ijß
Camphoræ ℨij
Æruginis gr. xij.

Camphora ſubtiliſſime prius cum tutia trita miſcetur dein butyro, additur poſtmodo ærugo trita, et omnia probe aliquamdiu agitata colantur tranſprimunturque per ſericum. Unguentum hoc arcanum PENOTO fuit, et Paſtor quidam magnum ſibi ope ejusdem nomen inſignis ophthalmiatri comparavit. Illinitur illo mane ac noctu palpebra frigide, et lentis magnitudine in canthum majorem oculi inditur.

e) SAINT-YVESII apud J. C. A. THEDEN (o), qui „ in ophthalmia

---

(n) Miſc. med. pract. P. 3. p. 108.

(o) Neue Bemerk. u. Erfahrung. zur Bereicherung der Wundarzn. u. Arzneygel. 1 Th. 26 Abſchn. p. 192.

„ (inquit) cum purulentia balſamus oph-
„ thalmicus ruber s. YVESIO arcanus
„ habitus in mille caſibus a me præcipuæ
„ efficaciæ eſt obſervatus, cujus confi-
„ ciendi modum hic vulgo:

℞. Butyr. rec. inſulſi ℥ iij
Ceræ albæ ℥ ß
☿ ii præcip. rubr. ʒ ij ß
Tutiæ ppt. ʒ j
Camphoræ gr. XLV
Ol. ovor. ʒ ß. M.

„ Butyrum primum liquatur, ut omne
„ caſeoſum ſub refrigeratione ſeparetur,
„ tum ejus ℥ iij cum cera liquantur igne
„ leni, queis coeuntibus miſcetur præ-
„ cipitatus in pollinem redactus ac tutia,
„ ultimumque camphora ovorum oleo
„ ſoluta adjicitur, intimeque omnia mi-
„ ſcentur. Hujus balſami quod ſpinthe-
„ ris caput æquat, quotidie m. et v.
„ oculo infricatur ad perfectam uſque
„ convaleſcentiam. In pterygiis maculis-
„ que corneæ prorſus eximia utilitate
„ eum adhibui, quod cum numeroſa ex-
„ empla evincere poſſent, unicum hic
„ ſuffecturum arbitror. Infans mox, ubi
„ in lucem eſt editus, in utriusque o-
„ culi incidit ophthalmiam, quam pro-
„ cul dubio obſtetrix digitorum preſſione
„ ſub partu cauſaverit. In 7am uſque
„ hebdomadem cataplaſmata fruſtra fuere

„ adhibita; cornea utriusque oculi vi-
„ sebatur alba scleroticæque similis, nisi
„ quod in meditullio una parumper ad-
„ huc cœrulescens esset. Interrogatus,
„ quid opinionis de ægro haberem? eam
„ ob adjuncta quædam diserte edicere
„ prohibebar; negavi hypopion esse, at
„ staphyloma posse inde enasci asserui: ali-
„ is hypopion videbatur. Curæ meæ cre-
„ ditum infantem intra 18 hebdomades ope
„ hujus balsami pristinæ restitui sanitati.
„ Abhinc ambo oculi, quantum ad corneam
„ trasparentem, optimo in statu sunt; at
„ in uno oculo punctum album meditul-
„ lio nervi optici insidens superstes man-
„ sit, nullo remedio delendum „. Huic balsamo non multum absimile est unguentum, quod Ill. A. STÖRCK (p) multum eo in casu, ubi dolore et inflammatione im-
„ minutis oculi tamen rubri adhuc, turbi-
„ di et opaci manent „ prodesse ait:

℞. Butyr. recent. ℥j
♁ Tutiæ ppt. ʒj
— vitriol. cyprii gr. vj
☿ ii præcip. rubr. gr. xxv. M.
exactissime, ut fiat unguentum.

(p) Præcept. med. pract. T. 1. p. 83. 84. & formula 50.

f) HANS SLOANI (q) linimentum ophthalmicum:

℞. Tutiæ ppt. ℥j
Lap. hæmatit. ppt. ℈ij
Aloes opt. ppt. gr. xij
Margaritar. ppt. gr. jv. optime singulis in mortario marmoreo lævigatis et mixtis adde

Axung. viperar. q. ſ. pro linimento; quotidie m. & v. ope penicilli ex pilis fibrinis compacti palpebris parumper hiantibus applicando. De cujus efficacia Auctor „ poſtea . . . quam . . . „ hoc remedio experimenta feciſſem (in- „ quit), diffiteri non poteram, quod „ ejus me compoſitio in ſui admiratio- „ nem converterit; quoniam ejus effe- „ ctus tam erat certus et indubius, ut „ ſi vel 100 hominibus applicatum eſſet, „ ne in uno quidem ejus falleret effica- „ cia, excepto illo caſu, ubi oculis la- „ boratur malo venereo læſis, utpote „ quibus in calſum ſemper applicari ſo- „ let . . . Hoc linimentum multum opis „ tulit illis, quorum oculi membrana „ quadam opaca tecti erant, quam poſt „ ſe

(q) Act. nat. cur. Vol. 10. append. No 7. p. 287. ſqq.

„ ſe relinquunt cicatrices ulcuſculorum in „ tunica tranſparente . . . Iſthoc malo „ affecti adeo privabantur viſu, ut du- „ ce uſi ad me acceſſerint; ſed poſt ali- „ quod temporis intervallum viſus illis „ tam feliciter reſtitutus e , ut ſine „ duce viam ad ædes meas ducentem in- „ venire potuerint. Linimentum iſtud „ non tantum egregie conducit in enar- „ ratis caſibus, ſed etiam in doloribus „ oculorum nimiis, quibus cephalalgia „ excitari ſolet. Ita bene memini cu- „ jusdam matronæ, quæ cum eam pri- „ mum inviſerem, effrænatis ejusmodi „ oculorum et capitis correpta erat do- „ loribus, ut tanti mali impatientiſſima „ intra unum nycthemeron laudani li- „ quidi (ſi recte memini) gtt. 50 ternis „ vicibus ſumeret; per meum vero lini- „ mentum tam illa quam alii multi ab „ hoc malo liberati ſunt ſine adhibito „ opio „ &c.

g) J. V. WILLII (*r*). „ Vitri- „ cus meus . . . (narrat ipſe) cum Ba- „ ſileæ ſtudiis litaret, tanta corripieba- „ tur ophthalmia atque epiphora, ut lu- „ minis impatiens horrendos inter dolo- „ res in calamitoſa obſcuritate non pau-

---

(*r*) Act. med. Hafnienſ. Vol. 2. Obſ. 120.

„ cos menſes tranſigere fuerit coactus.
„ Nihil inexpertum a medicis relinque-
„ batur, intactum nihil; ſed tanta erat
„ vis morbi, ut nulli auxilio cedere
„ voluerit. Tandem cum lumina tantum
„ non occœcata methodice curari re-
„ ſpuiſſent, ad empyrica tranſitum eſt.
„ Commendatum inter alia hoc etiam
„ ungventum, quod

℞. Ungv. nihili et
—— de tutia aa ℥ij
Margaritar.
Corall. rubr.
Oculor. 69
Tutiæ, omnium ppt. aa ℈j
Camphoræ gr. vj
Fol. ☉ et ☽ aa N° jv. M. F. Un-

„ gventum hora decubitus lentis magni-
„ tudine cantho oculi majori indendum,
„ et infra palpebras allinendum. Dici
„ non poteſt, quam cito ungventi hujus
„ uſu violentia morbi laxabatur, adeo
„ ut manu fere abſtergi malum videre-
„ tur, gaudeatque hodiedum vir laborio-
„ ſiſſimus ſatis acie oculorum acuta; quæ
„ tamen manifeſte obtunditur, quoties
„ per biduum aut triduum abſtinet illi-
„ nitione hujus charismatis, e veſtigio
„ redux, ubi repetitur . . . Feci ex-
„ perimentum ita: addidi ſacchari ♄ ni
„ ℈j, et camphoræ pondus duplicavi,

„ senſque manifeſte effectus promptio-
„ rem felicitatem. Quin præmiſſis uni-
„ verſalibus prædictum ungventum in
„ ophthalmia cognatisque affectibus tem-
„ peſtive adhibitum uſque adeo raro fe-
„ fellit ſpem, ut Colmariæ, Ratisbonæ,
„ Viennæ, &c. quam plurimis in pre-
„ tio habeatur, feliciſſime illo et fre-
„ quentiſſime tum ad præſervandum tum
„ curandum uti ſoliti „. Periculum quo-
que huius remedii fecit in ophthalmia
R. LENTILIUS (s): „ hanc in puero 8
„ annorum (ait ipſe) cum intenſo rubo-
„ re et inflammatione coniunctam, et
„ per aliquot jam ſeptimanas durantem,
„ veſicatoriis, cucurbitulis ſcarificatis,
„ aliisque multis irrito prorſus conatu ap-
„ plicatis, ungvento ſolo ophthalmico
„ WILLII brevi tempore ſanavi; quod
„ frequenter etiam in ſimilibus caſibus
„ nunquam non ſine multo levamine ad-
„ hibere conſvevi: atque adeo non poſ-
„ ſum non commendare . . . Ubi ſolum
„ id noto, quod . . . folia . . . ☉ et
„ ☽ aliquando omittere ſoleam „. Atque
hæc jam remediis ophthalmicis cum ſim-
plicibus tum compoſitis finem imponant.
Multa quidem circa legitimum eorum

(s) l. c. P. I. p. 206.

uſum ſuperius in medium allata ſunt; nihilo tamen minus aliquæ hanc in rem adhuc

§. 73.

Cautelæ ſuperſunt adjiciendæ, nimirum

1. *Tempus* iis utendi non nulli religioſe obſervandum eſſe voluere; quandoquidem id a Veteribus accepiſſent, qui fronti tantum viciniſque locis aliis topica primo die adhibentes oculum ipſum tangi, præſertim vero bulbum, vetuere. Sic CELSUS (*t*) „ protinus autem (inquit) primo die croci p. j et farinæ „ candidæ quam tenuiſſimæ p. ij excipere „ oportet ovi albo, donec mellis craſſi„ tudinem habeat, idque in linteolum „ illinere et fronti agglutinare, ut com„ preſſis venis pituitæ impetum cohi„ beat . . . In ipſum vero oculum pri„ mo die, niſi immodica inflammatio eſt, „ nihil recte conjicitur; ſæpe enim po„ tius concitatur eo pituita, quam mi„ nuitur. At 2° die gravi quoque lippitu„ dini per indita medicamenta recte ſuc„ curritur, ubi vel jam ſanguis miſſus „ vel alvus ducta eſt, aut neutrum ne-

(*t*) l. c. art. 1. p. m. 281. ſq.

„ cessarium esse manifestum est „. Unde etiam F. HOFFMANNUS (*u*) „ ego (ait) „ potius auctor sum, ut seponantur to- „ pica omnia ante 3um diem, et ante- „ quam convenientia interna jam usur- „ pata, exceptis solis sacculis ex pare- „ goricis et demulcentibus compositis ; „ postea vero omnium optima, quæ su- „ pra commendata „. Et profecto haud vana est cautela hæc, ut ophthalmicorum usui vacuationes necessariæ aliaque interna idonea semper præmittantur ; quandoquidem his pro eo ac par est ante præstitis vel ipsa etiam repercutientia minori cum periculo per errorem adhibentur ; iisdem vero neglectis ne illa quidem, quæ morbi ratio postulare videtur, momentum sunt factura, imo et interdum obfutura etiam.

2. *Modus applicandi* perinde circumspectionem sæpe haud exiguam deposcit, præsertim dum ipsam remedii indolem vel intendere vel alienam efficere valet. Sunt autem in applicatione ophthalmicorum sequentia vel maxime animadvertenda :

a) *Calidene an frigide* applicanda? „ Ut quæ auribus injiciuntur, in-

(*u*) l. c. cautelar. §. 6.

„ quit AMATUS (*x*) calida eſſe oportet, „ ita oculis applicata frigida ut ſint, ne- „ ceſſe eſt „: idque a multis poſtea te- nebatur. Contra autem Vratislavienſes (*y*) calida ſemper eſſe ophthalmica voluerunt, poſcente id experientia, et F. HOFFMANNUS (*z*) „ vulgatiſſimus . . . error eſt „ (ait), oculis frigida eſſe amica, cali- „ da autem inimica. Valet hoc ipſum „ et veriſſimum eſt, ſi oculi ſani ſunt, „ ubi eos aqua frigida lavare conſultius „ eſt, quam calida; quoniam hæc fibras „ relaxando oculos ad fluxiones diſpo- „ nit, frigida autem poros tunicarum et „ parietes vaſorum roborando nimium „ ſanguinis et humorum fluxum abarcet, „ et ita oculos ſerenos, vividos et ſanos „ ſervat. At vero hæc regula haud pro- „ cedit in oculorum conſtitutione, quæ „ eſt præter naturam, minime omnium „ autem in eorum inflammatione, quæ „ nomine venit ophthalmiæ, ubi frigi- „ dorum uſus perniciosiſſimus eſt . . . „ Vidimus hac ratione non ſemel ſed „ creberrimis vicibus ab inſtillatione col- „ lyriorum frigidorum in oculos æſtu

(*x*) l. c. Cent. 5. curat. 59.
(*y*) Hiſtor. morbor. Vratisl. p. m. 14.
(*z*) Diſſ. cit. §. 7.

„ inflammatorio dolentes turbidos factos „ fuisse oculos, et inflammationem in„ tensius auctam, adeo ut intra paucos „ dies penitus visus fuerit obscuratus, „ imo plane in defectu expertæ medici„ næ abolitus (*a*). Nam quemadmodum „ in omni inflammatione non sine fun„ damento exterius applicata frigida et „ constringentia, incrassantia cordatiores „ medici acriter rejiciunt: ita cur talia „ admittere velimus in oculi inflamma„ tione, cui vasa longe magis tenera „ capillaria insunt, quam in aliis par„ tibus, equidem non pervideo; causa „ enim et ortus omnis inflammationis est „ infarctus sanguinis vel humorum in „ vasis propter obstructionem in vicinis „ vasculis; jam autem obstructionem ni„ hil magis firmat, quam actu frigidum, „ dum fluiditatem liquidis succis demit, „ eosque spissos et crassos reddit „. Hæc ille: et ne exemplo desit, (*b*) „ vir „ quadragenarius (inquit), sanguineo„ cholericus, subito affectus est dolore „ oculi ac rubore, quem sibi accidisse „ putavit a festuca minima ferri sub ictu „ clavi cum malleo in oculum saliente;

(*a*) Vide §. 17. et histor. II.
(*b*) Med. rat. syst. l. c. obs. 3.

„ licet nihil omnino de ea in oculo „ compareret. Ipſe igitur ad tollendam „ paſſionem oculo ſubinde inſtillavit col- „ lyrium frigidum ex aquis ophthalmi- „ cis: quo quidem calor et ardor de- „ linitus, ſed bulbus turbidus et obſcu- „ rus comparuit, ac omnis viſus periit. „ Me hinc vocavit in auxilium, qui ne „ cœcitas ingrueret perfecta, obviam „ ivi hiſce: ſal volatile ammoniacum ſic- „ cum oleo majoranæ imbutum crebrius „ naribus admovere, fronti et tempori- „ bus emplaſtrum ex gummi elemi, a- „ nimæ, maſtiches, olei nuciſtæ aa ℥ij, „ camphoræ et balſ. Peruv. aa drachma, „ applicare, et frequentius ac copioſe „ bibere juſſi infuſum ſeminis fœniculi „ cum aqua. Quibus intra aliquot heb- „ domades oculus recepit ſplendorem et „ viſus aciem „. Verum ſi quæ ſupe- rius (*c*) de duplici inflammationis reſol- vendæ modo dicta ſunt, memoria tenea- mus, facile apparebit, ophthalmica jam calida (ſi nempe laxanda ſunt vaſa) jam frigida (ſi repercutiendum) eſſe opor- tere; neque hodie aquæ frigidæ in cu- randis inflammationibus uſus amplius ignoratur.

(*c*) Vide §. 69. ſq.

b) *Terrea* vero, ſiqua ophthalmicis admiſcentur, ita in pollinem prius redacta ac lævigata eſſe oportet, ut nihil irritationis mechanicæ in oculis producere queant. Quod quia ars efficere poteſt, non eſt, cur eos audias, qui ſimilia ab oculis ob mechanicam irritationem quam longiſſime remota eſſe volunt; ſecus ob eandem rationem et aqua vegeto-mineralis rejicienda eſſet, in qua Saturninorum perfecta ſolutio ſine ullo terreo ſedimento obtineri neutiquam poteſt.

c) *Adhæſio arcta* ophthalmicorum ad oculum cane pejus et angve eſt devitanda, omnisque ab illis preſſio oculi cavenda; ne acrium lacrymarum fluxu cohibito tarſi et cornea exulcerentur, &c. Hinc vel ſine faſciis topica oculis imponenda, vel ſi abeſſe nequeant, quam laxiſſime ſunt applicandæ.

d) *Supino capite* ſub eorum applicatione ſæpe opus eſt, ut humor medicatus e cataplaſmate vel fotu vel collyrio ipſa ſua gravitate oculum ſubeat, ibique diutius immoretur; ſecus cito inde elapſus non multum virium ſuarum oculo impertietur. „ Ceterum cum ſit „ ſatis clarum, medicamenta, quæ oculis imponuntur, non tam diu inhære„ re, donec vires ſuas exſerant, optan„ dum omnino, ut tandem

e) „ *Vaſcula* illa vitrea inſtar cu-
„ curbitularum oculi orbitæ reſponden-
„ tia ab H. F. AB AQVAPENDENTE (*d*)
„ excogitata in uſum trahantur; nam li-
„ quore repleta oculo commode admo-
„ veri poterunt: iis etiam cum fructu
„ SILVATICUM, CAPIVACCIUM,
„ aliosque (*e*) eſſe uſos novimus „ in-
quiunt Vratislavienſes (*f*).

3. *Delectus* denique remediorum duo præ primis reſpicit, videlicet ut hujusmodi ſint, queis

a) *Pelluciditas oculi* non peſſumdetur. „ In curatione, inquit H. BOER-
„ HAAVE (*g*), in primis attendendum eſt,
„ ut canales vel vaſa maneant pellucida,
„ quod in aliis inflammationibus ſuſque
„ deque habetur. Verum hic maximo-
„ pere attendendum eſt, an medica-
„ menta applicanda vaſa opaca reddant?
„ Requiritur ergo, ut canales in ea con-
„ ſiſtentia, ut antea, et liquida ſimul
„ pellucida maneant. Hoc obtinetur ca-
„ vendo a nimio calore nimiaque ſiccita-
„ te; calor enim nimius coagulat partes

(*d*) De chirurg. operat. Cap. de ſuffuſione p. m. 22.
(*e*) Conf. J. SCULTET. armam. tab. 8. fig. 10.
(*f*) Hiſt. n. orb. Vratisl. p. m. 63.
(*g*) l. c. §. 64. p. m. 57.

„ tenuiores dissipando, vasaque contra-
„ hit et exsiccat, ut nihil nunc affluere
„ possit. Hinc attendendum est, num
„ oculus forte nimis caleat; et si hoc fit,
„ refrigerari debet: quod fit, oculum
„ tepidis fovendo, ne exsiccetur, et
„ continuo aqueis calidis humectando.
„ Interne quoque assumat continuo po-
„ tum diluentem aquosum. Quando ea
„ a primo morbi initio observantur, va-
„ sa sæpe pellucida manent „. Porro ophthalmica pro varia inflammationis imminutione ita perinde varianda sunt, ne

b) *Dispositio ad recidivas* oculo iis inducatur. Accidit id tum vel maxime, dum remittente vehementia inflammationis nihilo minus emollientium usui justo diutius insistitur; sic enim ophthalmia evadit diuturna, et si in suppurationem non abit, relinquit certe post se oculum ad recidivas perquam habilem, cui dispositioni præpediendæ, imo et interdum abolendæ, optime adstringentia ac roborantia mature opponuntur. Sane omnia ophthalmica composita ante enumerata vel maxime in diuturnis jam ophthalmiis profuisse, ob adstringentia, quæ habent, referuntur.

CAPUT IX.

STIMULI EXTERNI ABLATIO.

§. 74.

Inter procatarcticas ophthalmiæ caufas oftenfum eft, quam variæ et illæ fint, quæ extus oculo applicatæ eum inflammatione lædere foleant (*h*); quæ nifi mature inde rurfus auferantur, fruftra funt omnia alia cum interna tum externa hactenus memorata remedia; perftante enim caufa effectus quoque perennet, eft neceffe. Unde recte A. G. RICHTERUS (*i*) „ quoties (inquit) fponte ophthalmia oboritur, follicite femper inquirendum „ foret, num externum id genus corpus „ occafionem ei præbuerit? Complures „ novi cafus ophthalmiarum contumacium, diuturnarumque, et pro immedicabilibus jam habitarum, ablato demum hujusmodi corpore hactenus inobfervato intra paucos dies perfanatarum „. Luculentum hujus rei exemplum præbet J. B. MORGAGNIUS (*k*) in

---

(*h*) Vide §. 16.
(*i*) Chirurg. Biblioth. 3 Band. 1 Stück No 4. p. 89.
(*k*) l. c. No 23.

hæc verba: „ multo levior cauſa diuturnio-
„ rem et periculoſiorem ophthalmiam at-
„ tulit affini meo ... Nemo enim fuit me-
„ dicorum aut chirurgorum, quibus ocu-
„ lum inſpectandum homo ſane remedio-
„ rum non ita amans tandem oſtendere co-
„ actus eſt, quin procul dubio cenſeret,
„ inflammationis vi obortum jam ulcus
„ in cornea tunica, ejusque curandi
„ cauſa alius aliis cum internis tum ex-
„ ternis auxiliis metu obtemperantem
„ jam ægrum diu, ſed in caſſum fati-
„ garet. Denique caſu factum eſt, ut
„ chirurgus animadverteret, incipere ex
„ ulcuſculi fundo neſcio quid non nihil
„ exſtare ſquamulæ inſtar; quod cum
„ tentantis ſpecillo facile obſequeretur,
„ integrum exemit. Exemptum dum
„ curioſius contemplatur, alam eſſe a-
„ gnoſcit minoris muſcæ, et ſane eſſe,
„ omnes qui tunc et poſtea viderunt,
„ ſine ulla dubitatione, ut in re eviden-
„ tiſſima, confirmarunt. Tum enim ve-
„ ro in memoriam rediit . . . ſibi in-
„ flammationem haud ante incepiſſe,
„ quam muſca in oculum forte involaſ-
„ ſet, quam ibi inter palpebras celerius,
„ ut fit, injecta manu occidiſſet, atque
„ abjeciſſet; totam vero non abjecerat:
„ ala enim reſtitans ſic ad corneam ſe
„ applicuerat, ut illinc ſine chirurgi ope

„ prorſus dimoveri et reglutinari non „ potuerit. Sua igitur adhæſione irritan- „ do eiusmodi moverat inflammationem; „ ut circum turgentibus fibrillis et mi- „ nimis vaſculis hæc ulceris labella, ala „ autem illa craſſiuſculo humore obſita, „ per ipſumque tranſpecta ſordidum ul- „ ceris fundum mentiretur. Certe ipſa „ detracta contiruo omnibus in melius „ verſis cito ac facile, nulla relicta ci- „ catrice, convaluit oculus „. Triplex autem ſtimulus talis externus eſſe poteſt, videlicet aut peregrinum quoddam corpus oculo illapſum (ut pulvis, inſectum, micæ lapidum aut metallorum, &c.), aut excreſcentiæ in interna palpebrarum facie enatæ contactu ſuo bulbum oculi perpetuo irritantes, aut denique cilia in bulbum converſa: Pro multiplici itaque horum varietate varia etiam opus eſt methodo ad eorum ſtimulum auferendum.

§. 75.

I. TUMORES *exſtirpandi*, ſi fieri poteſt; methodo maxime idonea. Pulchrum hujus rei exemplum ad poſteros dedit F. H. L. MUZELL (*l*): viro 30 annis

(*l*) Medic. und chir. Wahrnehm. 2 Samml. Caſ. 7. p. 29. ſqq.

majori diuturna ophthalmia sanguinea et ad plurima quæque remedia contumaci laboranti, bono cetera habitu, nullaque peculiaris acrimoniæ indicia præbente, prædito, cum rursus cathartica cum aliis internis remediis porrecta, acria applicata vesicantia, iterratæque Væ Ses, et aquæ ophthalmicæ adstringentes inflammationem nullatenus mutassent; continuo insolitæ causæ suspicio est oborta, et inspectis curatissime oculis cum magnus adnatæ rubor observaretur, multo is etiam major inferioris erat palpebræ, quæ fere holoserici instar tumebat: quod quia mirabile insolensque erat, stilo tenuissimo interna inferioris palpebræ inversæ superficies explorabatur, repertaque est tota hæc membrana (quæ est adnatæ continuatio) degenerasse in minutissimos rubros boletos lato capitello, at pedunculo tanto breviore, qui tenuitate cum filo sericeo tenerrimo, qualium plurima collecta vulgare filum constituunt, certabat. Quo viso continuo unus horum pedunculorum filo tenuissimo constringebatur: unde cum cito decidisset sine ullo dolore aliove symptomate consequente, ceteri alius ex alio prehensis tenaculo capitellis exscindebantur sensim forfice; ablatisque sic universis adhibebatur collyrium adstringens, cujus ab usu æger

intra breve tempus priſtinam recuperavit ſanitatem.

§. 76.

II. ILLAPSA *eximenda*. Peregrinorum quidem in oculos illapſorum expulſionem ipſa molitur natura, idque binis vel maxime modis, nempe aut concitato lacrymarum profluvio, quo ſæpe inde eluuntur, aut levi circum circa ſuppuratione inducta, quæ pure obvolutum ejusmodi corpus foras urget, aut ita ſaltem a loco, cui ante æquabiliter adhæſit ſine ulla uſpiam eminentia, attollit, ut prehendi jam avellique facile poſſit (*m*). J. WARE (*n*) vidit aliquoties ferri ſcorias in oculum fortuito illapſas aliquot ibi dies hæſiſſe; donec facta circum circa illas ſuppuratio loco illas movit, ut ſponte deinde exciderint. Verum cum prior horum naturæ conatuum ſæpe ſit ad id efficiendum inſufficiens, poſterior autem non ſemper abſque majore oculi periculo exſpectari poſſit, antevertendus arte erit, quæ varia hanc in rem

(*m*) AETIUS Tetrab. 2. Serm. 3. Cap. 19.
(*n*) l. c. p. 358.

rem auxilia, ut apud AETIUM (o) ac FORESTUM (p) videre eſt, ſuppeditat, ut ſunt

a) *Collyria* eluentia, inviſcantia, lacrymas provocantia. Sic P. FORESTUS (q) „ cui pulvis in oculum (ait) „ cadebat; fluxionem quamdam et rubedinem in conjunctiva tunica poſtea incurrebat. Juſſi, ut oculum aqua dulci aſpergeret frequenter; ac in oculum ſæpius projiceret lac muliebre ab ubere ſtatim mulctum: iisque præſidiis adhibitis mox pulvis exibat, et a fluxione ac rubedine æger liberatus eſt „. Perinde (r) „ cum divideretur lignum, „ pars ligni impacta eſt in oculum filiæ „ cujusdam mulieris. Ipſa autem ſtatim „ cepit rubrum ovi, ceruſſam, et oleum „ roſatum; ac in circuitu totius oculi „ poſuit hanc mixtionem loco defenſivi, „ et intra oculum aquam albuminis ovi. „ Alii vero commode imponunt aquam „ albuminis ovi una cum lacte muliebri „ et aqua roſarum. Sed hæc priori medicamento ſanitati reſtituta fuit; ac

(o) l. c. C. 16.
(p) l. c. Lib. 11. Obſ. 16. cum ſcholio.
(q) Ibidem in Obſ.
(r) Ibidem in ſchol.

Kk

„ pars ligni hoc modo exſiliit. Lapidis „ ſculptori fruſtum lapilli in oculum il- „ lapſum eſt. Factæ ſunt fomentationes „ ex mollitivis, ut malva, anetho, fœ- „ nugr. meliloto per biduum; poſtea fuit „ tutia cum ſaccharo candi impoſita: et „ ab hoc tædio evadens ſanus factus eſt „. At „ ſi calx viva in oculum inciderit, „ inquit AETIUS (s), aqua quidem et „ lac infuſa attrahunt et exurunt; verum „ albumen ovi infuſum vim uſtoriam „ calcis obtundit, et eo adhuc magis „ oleum roſaceum „. Interdum diligens conſtansque oculi humectatio plus quam omnia alia adminicula efficit, ut in caſu G. F. HILDANI (t) accidit: „ fabro cui- „ dam ferrario . . . in officina ſua oc- „ cupato fruſtulum ſcoriæ cum impetu „ ad oculum proſiliens ipſi infixum fuit „ profundius. Ego poſt dies aliquot ac- „ cerſitus ex inferiori parte pupillæ, „ ubi iris apparet, ſcoriam reperi; ma- „ cula enim nigra minima et literam „ hanc o vix excedens belle ibi conſpici „ potuit. Dolor aderat maximus et fere „ continuus præcipue clauſo oculo; tunc „ enim inferior palpebra ad ſcoriam fer-

(s) l. c. Cap. 17.
(t) l. c. Cent. 4. Obſ. 17.

„ ri, quæ aſpera erat, confricabatur: „ quapropter noctu in primis ipſum ex- „ ercebant dolores. Ceterum quamvis „ omnem diligentiam omnemque indu- „ ſtriam adhiberem, nec tantum ſemel, „ imo ter quaterve rem aggrederer, ex- „ tractionemque tentarem, oleum tamen „ et operam perdidi; tam exigua enim „ erat ſcoria, tamque profunde infixa, „ ut neque volſellis neque quovis alio „ modo extrahi poſſet: cum autem acuto „ aliquo inſtrumento illam propter con- „ tinuum motum oculi effodere auſus „ non eſſem; et dolor ſimul et inflam- „ matio de die in diem augeretur, ne- „ gotium naturæ et medicamentis com- „ mittere ſtatui. Quapropter ſemel at- „ que iterum expurgato corpore pilu- „ lis capitalibus collyrium anodynum et „ non nihil repellens applicui, venam in „ brachio ſecui, et cucurbitulas ſcapulis „ et nuchæ admovi; ſed parum cum fru- „ ctu; dolor enim et macula illa nigra „ aut potius infixa ſcoria in eodem re- „ manſerunt ſtatu. Tandem ſequenti „ applicato ſacculo macula intra paucos „ dies ablata et dolor ſedatus fuit, pe- „ nitusque convaluit vir iſte. Sacculi „ autem deſcriptio hæc eſt:

℞. Rad. alth. minutiss. incis. et contus. ℥j
Flor. et fol. betonicæ
—— —— euphras.
—— —— chamom.
—— —— meliloti aa M. ß
—— rosar. odoriferar. M. j.
Sem. fœnugræci contusi ℥ß.

„ Incidantur minutim, misceanturque o-
„ mnia, et fiant sacculi intersuti. . . .
„ Horum sacculorum singulis diebus unum
„ lacte vaccino recenter mulcto coque-
„ bam, et calide applicabam ter quater-
„ que in die „. Magis etiam insignis est
casus E. GOCKELII (*u*): „auriga Die-
„ tenheimensis 45 annum agens cum cla-
„ vum rotarium . . . malleo rostrato al-
„ tius infigeret, mica quædam disrupta
„ ferrea lentis magnitudine in oculum
„ sinistrum infra iridem prosiliit, ac se
„ inter tunicam conjunctivam et cor-
„ neam insinuavit, iisdemque tenacissi-
„ me adhæsit, quam nec ipse patiens nec
„ loci balneator eximere potuit. Reli-
„ cta igitur hac ferrea in oculo portiun-
„ cula, postpositis exinde conceptis do-
„ loribus, merces et materias vectibiles
„ variis cœli et aeris injuriis expositus

(*u*) Gallicinii med. pract. Cent. 2. Obs. 80. p. 575.

„ per 16 integras ſeptimanas (quod ſum-
„ me mirandum) non ſine ſingulari et
„ continuo oculi incommodo ex uno lo-
„ co ad alterum vexit, donec præter-
„ lapſo hoc tempore patientem ingens
„ et ferme intolerabilis capitis et oculi
„ dolor cum totius corporis horrore fe-
„ brili, membrorum laſſitudine, ſiti, et
„ animi deliquiis invaſit, ac in lectum
„ conjecit. . . . ſtatim indicavi, quod
„ niſi ferrea hæc oculo inhærens por-
„ tiuncula extrahatur, nulla patientis
„ reſtitutio ſperanda ſit: quapropter hu-
„ juscemodi heterogenei extractionem
„ ſine omni mora per expertum chirur-
„ gum tentandam eſſe. Ne autem hic
„ patiens interim remediis deſtitueretur,
„ aquam ipſi cephalicam ex ▽ª ceraſor.
„ nigr. 4 cordialib. et confortante offici-
„ nali perlata, admixtis ʒbus C. C. ppt.
„ corall. r. ppt. matr. perl. ppt. ſyr. ru-
„ bi idæi et julapio roſar. paratam, nec
„ non ſyrupos refrigerantes pro julapio,
„ ac ſequens collyrium præſcripſi:

℞. Tutiæ ppt. ʒ j
Sief alb. ſine opio ℈j
Camphoræ gr. iij
Sacch. candi alb. ʒ j
Aquæ euphraſ.
—— fœnic.
—— roſar. aa ℥j. F. MRª oculo

„ tepide inſtillanda, ac intinctis linteo-
„ lis externe etiam oculo applicanda.
„ Cum itaque patiens dicta remedia ac-
„ cepiſſet, balneatorem incolam, ut ea
„ ſibi legitime applicaret, accerſivit:
„ qui ægrotum ſupinum ſuper ſcamno
„ collocavit, et ante adhibita remedia
„ ſubtiliſſima ſpatula ſquamulam hanc
„ ferream iterato eximere tentavit, eam-
„ que aliquantiſper ad latus movit; ſed
„ ex formidine, ne altius oculo infige-
„ ret, illam reliquit, et aquam ophthal-
„ micam oculo guttatim inſtillavit, ac
„ ut conjux idem poſt ſuum abitum repe-
„ titis vicibus faceret, adhortatus eſt:
„ cui admonitioni hæc patientis uxor mo-
„ rem geſſit, aquam diductis palpebris
„ infudit, ac intincto in ea linteolo ocu-
„ lum exterſit, et ſic forte fortuna fer-
„ ream hanc per 4 menſes cruciantem
„ ſcoriam minutiſſimam, moleſtiſſimum-
„ que aculeum ex oculo inſcia deturba-
„ vit: quo facto patiens confeſtim me-
„ lius habuit, et ſe ab hoc diro hoſpite
„ liberatum eſſe autumavit. Ne autem
„ in opinione ſua falleretur, altero ſta-
„ tim die . . . me cum chirurgo exer-
„ citatiſſimo G. RIEDLINO . . . ad ſe
„ . . . transportari curavit, ubi inſpecto
„ oculo nil niſi relictum vulnuſculum
„ deprehendimus; quapropter dictam a-

„ quam ophthalmicam oculo identidem „ instillavimus, externe linimentum simplex SCULTETI linteamento indu„ ctum imposuimus, et huic stuppam „ cannabinam ovi albumine cum alumine „ crudo conquassato imbutam applicavi„ mus. Quibus adhibitis . . . omnia „ symptomata remiserunt, dictusque pa„ tiens cum gaudio proprio et domesti„ corum convaluit „. Alter illapsa exigendi modus est

b) *Globulosæ moleculæ* solidæ oculo palpebram inter ac bulbum immissæ, quarum ibi volutatione illapsum aliud corpus ab adnata avellitur, forasque eliditur. Unde lapilli cancrorum vel hormini semen, et id genus alia huc faciunt. G. F. HILDANUS (v) „ sine periculo „ . . . et parvo negotio (ait) arenam et „ pulverem ex oculis (uti ego non raro „ expertus sum) expurgant oculi can„ crorum fluviatilium, sive lapilli, qui „ in capitibus cancrorum inveniuntur. „ Sinistra itaque manu elevanda est pal„ pebra, dextra vero circumspecte et „ blande unus ex lapillis imponendus est, „ mox oculus claudendus, et quocunque „ modo fieri poterit, excitandus est

(v) l. c. Cent. 2, Obs. 13.

„ ſomnus. Si vero æger in peregrina-
„ tione fuerit, oculum ſtrophiolo obve-
„ lando colliget; ſic enim lapillus non
„ excidet oculo, niſi prius ipſo expur-
„ gato. Idque abſque dolore et incom-
„ modo fieri affirmare auſus ſum . . .
„ Alii gr. j ſeminis ormini ſativi oculis
„ non ſine fructu imponunt; quando-
„ quidem ſemen hoc oculis et viſui ma-
„ xime prodeſſe, oculosque a ſegmentis
„ et pulvere expurgare experientia com-
„ probatum eſt „.

c) *Magnes* artificialis etiam permagnæ hic utilitatis eſt, dum nimirum ferri ſcoria tam exilis oculo illiſa eſt, ut in albugineam velut immerſa nec inſtrumentis apprehendi nec ulla alia methodo loco moveri poſſit. Admoto tunc magnete attracta, eique adhærens feliciter ſæpe educitur. Prima id tentavit G. F. HILDANI (*x*) conjux: „ ruſticus qui-
„ dam (narrat ille) . . . cum chalybem
„ apud mercatorem emeret, optimumque
„ eligere vellet, et proinde (ut fieri ſo-
„ let) fruſtum contra fruſtum allideret,
„ ſcintilla ipſi in illam corneæ partem,
„ ubi iris conſpicitur, proſiliit, ibidem-
„ que membranæ firmiter inhæſit, id-

(*x*) Ibidem Cent. 5. Obſ. 21.

„ que non ſine dolore maximo. Adſtan-
„ tes cum per plures dies fruſtra omnem
„ adhibuiſſent diligentiam, dolores quin
„ etiam atque inflammationes mirum in
„ modum adauctæ fuiſſent, venit ad me.
„ . . . Tunc prius inſtituta optima vi-
„ ctus ratione, et evacuato corpore tam
„ per pharmacum quam Væ Sem (eſt
„ enim plethoricus), primo inſtrumen-
„ tis et quidem diverſis vicibus et per
„ dies aliquot tentavi, an ſcoriam ex-
„ trahere poſſem; ſed adeo erat exigua,
„ ut inſtrumentis illam extrahere non li-
„ cuerit. Quapropter aliam viam inire,
„ et beneficio ſacculi (y) . . . illam ex-
„ trahere conſtitui; ſed iterum oleum
„ et operam perdidi. En uxor mea re-
„ medium longe aptiſſimum excogitat;
„ interim enim dum ego ambabus mani-
„ bus palpebras aperio, illa magnetem
„ oculo, quam proxime æger id ſufferre
„ potuit, admovet. Id cum aliquoties
„ et quidem repetitis vicibus feciſſemus
„ (non diu enim lucem, qua tamen hac
„ in re ſummopere opus fuit, ſufferre po-
„ tuit), tandem ſcoria ex oculo nobis
„ omnibus videntibus ad lapidem proſi-
„ liit. Poſtea applicato collyrio anody-

(y) Vide præced. a).

„ no brevi convaluit „. Cum autem ſubdat HILDANUS polum magnetis attrahentem prius eſſe detegendum, cavendumque, ne repellens polus oculo obvertatur, qui ferri ſcoriam tanto plus oculo impelleret; MORGAGNIUS (z) cautela hac minime opus eſſe, niſi forte ſcobs ferri magnetis vi fuiſſet prius imbuta, recte commonuit. Neque aliis poſtea idem experimentum ſecius cecidit; ſic enim et hominis cujusdam BÜCHOZ (a) meminit, cui in officina fabri ſerrarii verſanti mica ferri in oculum inſiliit. Poſt fruſtra adhibita varia ad eandem educendam, demum neſcio quis naturæ ſcrutator conſilium dedit, ut magnetis periculum faceret; qui prope admotus moleculam ferri ad ſe allicuit, oculumque ita liberavit. „ Illud autem hortor, inquit „ J. B. MORGAGNIUS (b), ut modi„ carum virium magnetem, eumque „ caute ac ſenſim magis, ut licere in„ telligas, magisque admoveas; ne for„ te ferrum arctius hærens nec dum „ tempeſtiva tractione ejus, cui infixum

(z) De ſedibus et cauſis morbor. Epiſt. 13. No 22.

(a) Neuſte Heilkunde 19 Haubſt. No 1. p. 257. ſq.

(b) l. c.

„ eſt, partis dolores augeat „. Cui cautelæ ſequens ejusdem obſervatio (c) occaſionem dedit: „ molitore . . . ad me „ adducto, ut quid vitii in cornea ex „ gravi ophthalmia oriri inciperet, edo„ cerem. In illius medio exiguam ma„ culam animadverti circuli forma, al„ bidam in ambitu, in centro ſubni„ gram. Cum ſciſcitarer, quid cauſæ „ dediſſet inflammationi, ipſe autem in„ choatam diceret, ex quo ſibi molam „ malleo exaſperanti quædam in oculum „ reſiliverant, quæ tamen continuo eluiſ„ ſet; ſuſpicatus, quod erat, infixam „ aliquam lapidis vel potius ferri parti„ culam in cornea, ubi erat macula, „ reſtitiſſe, indeque ortam, quæ male „ haberet, inflammationem, magnetem „ modicarum virium ſemel atque iterum „ propius admovi, et ſubnigrum illud, „ de quo antea dictum eſt, e macula „ jam non nihil exſtare continuo intel„ lexi, propterea quod in claudendo „ oculo ſuperior palpebra aſperi aliquid „ eo in loco percipere incipiebat. Sed „ ſive illa ferreæ ſcoriæ figura eſſet, ut „ profundiorem partem haberet paulo „ latiorem, ſive potius imbutæ humori,

---

(c) Ibidem No 21.

„ bus turgentesque corneæ fibræ, quam „ inter initia remiſſuræ fuiſſent; poſtea „ arctius complexæ infixam particulam „ retinerent; non licuit eo quidem die „ extrahere, imo ceſſandum potius cen- „ ſui, ex quo homo ait, quoties magnes „ admoveretur, toties oculum quaſi rapi „ magnetem verſus non ſine doloris in- „ cremento ſentire. Igitur imperatis, „ quæ hactenus omiſſæ fuerant, alvi ſub- „ ductione et ſangvinis detractione, tum „ quæ dolorem mulcendo fibras leniter „ laxarent, oculo adhibitis non ita mul- „ to poſt ſimul cum lacrymis excidit ſco- „ ria: qua elapſa facillime omnia eva- „ nuere. Niſi autem per ſe excidiſſet, „ magnetem rurſus experiri in animo „ erat, firmato per aptum aliquod in- „ ſtrumentum oculo, ne moleſte adeo ſi- „ mul cum ſcoria attraheretur „.

d) *Anthelmintica* vermiculos ex oculis evocantia. J. N. PECHLINUS (*d*) „ de oculis . . . nec dum ſcio (ait), „ an obſervatum ſit, inflammationem eo- „ rum minutulis deberi inſenſilibusque „ vermiculis. Committebatur curæ meæ „ puella 8 annorum, quæ a 5 inde annis

(*d*) Obſerv. phyſ. med. Lib. 2. Obſ. 35. p. 300.

„ morbo laboraverat oculorum; cilia „ ſemper rubebant, et prurigine mole„ ſtiſſima manuum quærebat temperamen„ tum; ſed neque tutum ab illis auxi„ lium, quando magis magisque effer„ veſcere ſerum, inque oculos deſcen„ dere ad manus frictionem geſtiebat. „ Quare omni ope allaboratum, ut pru„ rigo hæc tolleretur prohibito humoris „ ſeroſi influxu; ſed in caſſum, quando „ nec a calidis nec frigidis levari ſe ſen„ tiebat. Neque enim vel vitrioli deli„ quatus ovi albo liquor, aut ſaturni ſal, „ neque etiam quæ alias vermiculos qui„ busvis e partibus evocant, ſacchari „ candi pollen aut mella, quorum unum „ illud fucorum ad miraculum uſque ab „ aniculis celebratur, quidquam pro„ fuere. Mater autem pertæſa eorum, „ quæ hactenus a medicis exhibita erant, „ vetulæ cujusdam conſilium ſequi ſta„ tuit. Svadet ergo, ovum ut coquant „ ad duritiem, inde albumen ejus findant „ medium, et exempto vitello cavum „ albuminis, ut adhuc calet, oculi ap„ plicent convexo. Nec mora quin ſta„ tim prurigo deficeret, nidoreque ovi „ et fumo evocata animalcula minutarum „ lendium inſtar albumen ovi occupa„ rent. At cum tenella eſſent iſta cor„ puſcula, nudisque oculis vix diſtin-

„ guenda, ad nitidiorem lucem umbræ „ eorum, ad microſcopium vero figuræ „ ipſæ et lineamenta, quamvis confuſius, „ apparuere. Sane cum flammanti can- „ delæ admoverentur, crepitum edi- „ dere „.

e) *Inſtrumenta* denique, ſi alia quavis ratione illapſa exterminari nequeunt, ſunt admovenda, qualia HILDANUS (*e*), WARE (*f*), aliique deſcribunt, et quorum ſelectus pro magnitudine, ſituque ac numero illapſorum eſt faciendus. GUERIN (*g*) bis occaſionem nactus eſt illapſa hujusmodi eximendi; ſemel corpus trans corneam uſque in cameram anteriorem penetravit; alterum in adnata hæſit; ophthalmia utroque in caſu erat inſignis: prius acu ad cataractam extractum eſt, oculo ante ope ſpeculi ophthalmici firmato; alterum vero anatomico tenaculo eſt eductum. Similes quoque bini caſus obvenere C. BISSETO (*h*). Aqua etiam tepida ex ſyringa violente peregrino corpori illiſa tutum certumque eſt remedium,

(*e*) l. c. Cent. 2. Obſ. 13.
(*f*) l. c. p. 357. ſq.
(*g*) l. c. p. 38. ſq.
(*h*) l. c. p. 111.

quod ipſum nunquam fefellit, præſertim ſi illapſa ſint numeroſiora, nullisque inſtrumentis apprehendenda; ſic enim torrente fluidi averruntur, eluunturque. Flexa item corpora vinculo e ſeta porcina injecto educi poſſe animadvertit. Quam varii autem ſe ſe hic offerre caſus poſſint, uno alterove exemplo illuſtrare id non inutile fuerit. „ Famulæ meæ, „ inquit P. FORESTUS (*i*), cum culex oculum intraſſet, . . . leviter palpebra ſurſum tracta cum linteo molliori eximebam„. Gravioris paulo commatis eſt caſus a G. F. HILDANO (*k*) obſervatus: „ puer . . . cum . . . in „ culina plumbum liquefactum imprudenter et nimis velociter in aquam frigidam projiceret, eo impetu in altum „ reſiliit, ut non ſolum pileo verum „ etiam oculo ſiniſtro infigeretur. Parens, qui in proximo conclavi erat, intelligens ſtrepitum (puer enim ex ictu „ in terram recidit) accurrit, puerumque ſolum ſed ſemianimem reperit, „ protinusque ipſum ad me adduxit. Oculum cum inſpexiſſem, gr. j plumbi „ ad lentis fere magnitudinem palpebræ

(*i*) l. c. Obſ. 16.
(*k*) l. c. Cent. 4. Obſ. 17.

„ superiori, ubi crines erumpunt, alte-
„ rum adnatæ infixum reperi, et quidem
„ adeo profunde, ut vix volsellis extra-
„ here possem. Extracto tandem plumbo
„ oculo collyrium anodynum et repel-
„ lens instillavi et applicui, oculumque
„ diligenter fascia clausi, frontem oleo
„ rosaceo inunxi, deinde defensivum ap-
„ plicui; altera die corpus syrupo rosato
„ solutivo, parumque pulveris sennæ,
„ in decocto agrimoniæ, betonicæ, eu-
„ phrasiæ dissoluti expurgavi, et quoti-
„ die bis oculo collyrium applicui. Sic
„ intra paucos dies plenissime convaluit,
„ nullo superveniente symptomate „. Isto vero difficilior etiam est casus ab HENZE apud C. TODE (l) notatus: ancilla a 7 annis ophthalmiæ crebriori oculi sinistri obnoxia cum postremum rursus eandem a 3 jam hebdomadis nacta esset, accitus Auctor invenit corneam opacatam, totumque bulbum cum albuginea admodum inflammatum cum acri dolore uberique lacrymarum profluvio, at citra febrim. Cephalalgia quoque identidem non levis intercurrebat. Cum ægra vesicans renueret, hirudinesque non tanti esse

(l) l. c. 7 Band. 1 Stück 2 Abschn. p. 189. sqq.

esse viderentur. Facta Væ Se et catharsibus aquæ ophthalmicæ adhibebantur, primum aqua alba dispensatorii Danici, dein decoctum radicis althææ, demum solutio facch. ♄ ni; at omnia in cassum. Increscente deinceps dolore oculi punctorio oculus inspiciebatur, detectumque in iride punctulum, velut ulcusculum esset, at ubi tangebatur, prodidit præsentiam duri corporis angulosi; tum vero ægrotæ post scisscitationes factas venit in mentem, micam illud esse debere lithanthracis sub sectione ante 7 annos in oculum insilientis, ex quo tempore ophthalmia recursabat. Idcirco mox incisione ope lanceolæ inter prominentiam illam et albugineam facta mica tenaculo exili exempta est, paucis tantum guttulis cruoris elapsis, humore autem aqueo nullatenus consecuto, manifesto indicio micam illam ita inter corneæ lamellas delituisse, ut intimam illarum nequaquam penetrarit. Mica educta quadrangularis fuit, 4 lineas longa lataque, dimidiam vero lineam crassa, uno sui angulo utcunque scindente. Oculo spleniolum impositum, quod aqua saturnina identidem humectabatur, deligatioque non ante sublata, quam incisio cicatricem duxisset, quod intra 8 dies evenit. Cicatrix pupillæ partem obtegebat; sed cornea jam

multo ante ſuam amiſit pelluciditatem. Ancilla nihilo minus hodiedum aliis famulatur.

§. 77.

III. PHALANGOSIS *evellenda.* Inter externos ſtimulos cilia quoque ſunt referenda, quæ vitioſa ſua directione introrſum flexa bulbum oculi continenter irritando inſignem ſæpe illius producunt inflammationem haud prius deſinentem, quam evulſa fuerint. Cum autem affectio hæc ſui ſit generis morbus, doctrinæ paulo prolixioris, ac proinde alïorſum referendus, aliis *trichiaſis* aut *dyſtichiaſis* dictus, unicum iſthic ejus exemplum, quatenus ad præſentem rem facit, adduxiſſe ſufficiet. Convenerat M. F. ALIXIUM (*m*) adoleſcens 13 annorum conſilium rogaturus pro oculi dextri ophthalmia jam inde ab 11° ætatis anno affligente atque ad omnia remedia contumaci. Oculo inſpecto cauſa mali continuo patebat; cilia namque ambarum ejus palpebrarum bulbo obverſa illum perpetuo irritabant. His itaque ordine evul-

(*m*) Obſerv. chirurg. faſcic. 2. obſ. 10. p. 49. ſq.

ſis hirudines 4 palpebræ admotæ; quæ ubi inſigni copia ſanguinem elicuiſſent, aqua vegeto-mineralis oculo ſpleniorum ope eſt applicata. Hisque æger intra 10 dies prorſus convaluit. Incidunt vero caſus, ubi evulſio ciliorum nihil opis ophthalmiæ affert, dum nempe eorum in bulbum converſio non tam a proprio vitio, quam potius muſculorum palpebræ aut convulſione aut paralyſi ita proficiſcitur, ut nova cilia poſt priorum evulſionem ſuccreſcentia perinde in bulbum tendant, ob marginem videlicet palpebræ alterutrius aut utriusque actione muſculari bulbo oculi vitioſo obverſum. Duo ejusmodi exempla ſuppeditat J. WARE (*n*), nimirum feminæ 50 annorum convulſionibus totius corporis multos annos obnoxiæ unus illarum paroxyſmus ante 2 prope jam annos palpebræ inferioris lævo in oculo trichiaſin, ob marginem ejus bulbo oculi ſolito magis obverſum, poſt ſe reliquit: unde ophthalmia nullis fuganda remediis ortum duxit. Opem Majo 1779 petenti WARE palpebram ope tenacis emplaſtri ei appoſiti ita detractam tenebat, ut cutis ejus plicam in mala faceret: unde palpebræ margo tamdiu ex-

(*n*) l. c. p. 391. ſq.

trorſum verſus manſit, quamdiu emplaſtrum palpebræ adhæſit. Verum periculo rei dies aliquot ita facto obſervavit, marginem, ſi palpebra ab emplaſtro ſe ſe expedivit (quod ſæpius accidit), protinus iterum ad morboſum ſuum ſitum rediiſſe. Idcirco miſſo emplaſtro cuti palpebræ affixit inſtrumentum BARTISCHII, HEISTERIANO (o) ſimile, quod in genam pendulum ſuo pondere marginem palpebræ extrorſum verſum tenebat, quin priorem ſitum repetere poſſet: ſed cum nec diuturnum inde auxilium eſſet, nec prehenſa inſtrumento cutis dolore vacaret, rejecto etiam hoc præſidio operatio inſtituta eſt, videlicet cutem infra palpebram in transverſam plicam contractam excidit, tribusque in punctis vulneris labia conſuit. Poſtridie quidem cutis circum oculum valde intumuit; brevi tamen tumor a fotu aqua vegeto-minerali ſubſedit. Abhinc omnibus bene procedentibus, palpebra naturali in ſitu manente, ophthalmia confeſtim diſparuit, ac femina brevi ex toto convaluit. Inſequenti Decembri ophthalmia dextrum oculum ab eadem cauſa corripuit, quam ſimilis iterum operatio ſuſtulit. Lævus

(o) Tom. I, tab. 15. fig. 19 et 20.

autem oculus hactenus semper sanus mansit. Perinde (*p*) juvenis 18 annorum a trichiasi palpebræ superioris vehementi ac dolorifica ophthalmia laborans, cum nec evulsis sæpius ciliis ab ea liberari posset, quod illa eadem semper directione recreverint, nec V. S. catharses, vesicantia, setacea, cortex Peruv. sanguinem depurantia, omnisque generis ophthalmica, &c. quidquam proficerent, visu tandem privatus est. Cutis supra palpebram excisio hic inutilis futura videbatur; quod morbus a levatoris palpebræ paralysi profectus esset: alia proinde operatio instituta, nimirum incisione trans cutem superioris palpebræ ab interno cantho usque ad externum producta fibras orbicularis musculi WARE ita separavit, ut expansio fibrarum levatoris proxime (quoad fieri posset) ejus insertionem in marginem palpebræ nudaretur; ac dein exiguo ferramento, figura sua convexitati palpebræ congruente, satis calido fibras tendineas et carneas musculi bis terve cauterisavit, eo scilicet fine, ut irritatio ac jactura substantiæ inde ortæ musculi hujus fibras contraherent, ceu id sæpe post ambustionem passim in cor-

(*p*) l. c. p. 393. sq.

pore accidit: quod etiam evenerat; ac licet palpebra deinceps ſemper juſto altior manſerit, quam cupiebatur, trichiaſis tamen vel potius marginis palpebræ introverſio ſanata eſt, et evaneſcente ophthalmia æger oculo rurſus eſt uſus.

§. 78.

Monendum hic unum ſupereſt, ut quotiescunque externus ſtimulus ophthalmiam accerſit, ſimul hujus quoque ita ratio habeatur, ut et ante memorati ſtimuli ablationem ſanguis detrahatur, alvusque ducatur (quo fit, ut detumeſcentibus partibus affectis eo facilior ad corpus irritans acceſſus detur), ſi tumor inflammatorius fuerit inſignis, et poſt eundem ſublatum oculus roborantibus adſtringentibusque foveatur, quoad omnis rubor fuerit diſcuſſus; id quod ex adductis hic exemplis abunde eluceſcit.

CAPUT X.

EXSTIRPATIO OCULI.

§. 79.

Ubi ab inflammationis vi bulbus oculi tantopere degeneravit a ſtatu ſano, ut encephalo etiam vicino a pravitate ejus (ſeu quod in cancrum abierit, ſeu quod tantum undique puris collegerit, ut caries oſſibus orbitæ, purisque in encephalum ita progreſſus ſit extimeſcendus) pernicies immineat; matura illius exſtirpatio neutiquam erit differenda: quam citra vitæ periculum hic inſtitui poſſe, docet obſervatio D. P. LAYARDI (*q*), nimirum adoleſcenti ad 14 annos nato ſub improbo labore agreſti in Paſchate A. 1756 ſubito lævus oculus vehementer indoluit, creſcentique dolori ſupervenit inflammatio, magnitudine ſimul bulbi in dies increſcente. Poſt varia nequicquam tentata remedia die 7a Octobris æger Auctori videndus obtigit: oculus extra orbitam propulſus ad ſuperius uſque la-

(*q*) LESKE Auserl. Abhandl. pract. und chir. Innhalts aus den Philoſ. Transact. 5 Th. No 18 p. 85. ſqq.

bium propendebat; ejus tunicæ perquam alienum habebant colorem, vaſaque omnia turgebant, et humores intra hunc oculum viſu prorſus orbatum puris ad modum fluctuabant. Cumque dexter etiam oculus admodum jam eſſet inflammatus, ocyſſima exſtirpatio indicata erat. Interea vero dum chirurgorum quidam oculum lævum digito verſus pupillam premebat, bulbus ad iridis marginem crepans puris aliquid profudit. Illico igitur operatio ſuſcepta, et facto in cantho externo lanceola vulnere oculum chirurgus forfice curva proxime palpebras exſciſſum exemit, cavumque pure deterſum linteo carpto explevit, extusque ſplenia calido vino lymphato madida ſuperimpoſuit, ac monocula faſcia omnia firmavit. His peractis vena brachii tuſa, anodynaque data, et idonea injuncta diæta. Inflammatio inde ac puris proventus minuebantur, et paucis poſt diebus pus bonum proceſſit; palpebræ prius diſtentæ pedetentim detumuere, omniaque citam pollicebantur ſanationem. Sed æger diei 7a Novembris veſpere frigido pluvioque aeri ſe ſe fortuito expoſuit, dum in januam domus aperientem ventus cum impulſa pluvia irruit: unde illico evaſit deterior. Inſequenti enim nocte vulnus denuo vehementer dolere occepit, palpebræ iterum

tumuere, ac poſtridie cum reliquis intra orbitam etiam tum ſuperſtitibus partibus ſub deligatione perquam inflammatæ apparuere, brevique poſt caro fungoſa ex ulcere pullulabat, atque febris intermittens ſupervenit: contra quam cum emetico locus non eſſet, datum rheum, ac deinceps infuſum corticis Peruviani illam aliquanto poſt profligavit. At partium intra orbitam tumor continenter augebatur, ac fungoſa caro uſque adeo accreverat, ut quantum ante operationem ipſe oculus, tantumdem nunc illa extra orbitam prominuerit. Omnia abſumentia et adſtringentia in caſſum illi applicata; cauſticis vero, ne in cancroſam ulcus indolem ab iis adhibitis degeneraret, diffidebatur. Cum vero ex ulcere nil niſi aqua purulenta procederet, a principio Novembris æger in ſicca ſemper diæta tenebatur. Inſequentis anni Februario tunicarum oculi ſemiexſtirpati laciniæ intra orbitam ſuperſtites cœpere in parte carnis fungoſæ, quæ maxime proſtabat, in conſpectum venire, albugineæ oculi inſtar albæ, quibus digito contrectatis manifeſta humorum in iis concluſorum fluctuatio percipiebatur, hydrophthalmiam præſentem prodens; verum craſſities earum, ac partium ſenſilitas vetabant prius ſaccum ex una tunicarum oculi

diſtenta enatum, humoresque coercentem, pertundi, quam a carne fungoſa tegente evaſiſſet liberior. Accreſcente autem in dies illius magnitudine, ſecedentibusque fungoſis marginibus humorum incluſorum fluctuatio ſemper fiebat manifeſtior, ac membranæ tenuiores. Tandem 15ª Junii chirurgus ſaccum lanceola rupit citra notabilem ab ægro perceptum dolorem, unde magnum theatum vaſculum plenum aquæ limpidæ, inodoræ ac inſipidæ effluxit. Inde cavum ſicco linteo carpto expletum, et ſplenia calido vino lymphato imbuta ſuperimpoſita. Nocte ſequenti et aliquot porro diebus multum denuo aquæ ex oculo elapſum eſt, et die 19ª Junii, 4ª poſt operationem, fungoſa caro multum jam imminuta fuit. Vulnus dein calido ungvento e gummi elemi deligatum, caro autem fungoſa abluebatur MRª ex aquis roſarum et calcis ac TRª myrrhæ. Die 23ª Junii ſoluta deligatione ſaccus adeo apparuit laxus et collapſus, ut ſine ullo prorſus dolore ſe ſe pateretur extrahi, qui 3½ pollices longus, et ſeſquipollicis diametro præditus, magnum adhuc theatum vaſculum aquæ continebat, et e ſclerotica enatus fuiſſe videbatur, coloris fuit albi ac pellucidi, et uſque adeo tener, ut ſub exſiccatione perquam fra-

gilis evaſerit. Abhinc fungoſa caro quotidie decreſcebat, vulnusque poſt ſuppurationem ita conſanabatur, ut æger 7ª Auguſti prorſus iterum ſanus fuerit. Oculus dexter priſtinum recepit vigorem, et adoleſcens ex illo tempore omnis moleſtiæ expers fuit, reliquiis tunicarum muſculorumque oculi ita nihilo minus palpebras explentibus, ut oculus velut clauſus tantum videretur. Juſſus tamen eſt æger oculum hunc tota hyeme contra frigoris vim tectum habere. Alterum hujusmodi caſum vulgavit J. WARE (*r*) a WATHENIO communicatum: puero cuidam dexter oculus vehementer intumeſcens intra breve tempus tantam adeptus eſt molem, ut magnum ſarcoma ſpongioſum referret multo cum dolore. Ubi V. S. fotus, aliaque aliquot hebdomadis fruſtra fuiſſent adhibita, WATHEN demum conſultus oculi tumorem tantum jam reperit, ut bulbum extra palpebras proſtantem, puero in dies magis ægreſcente ac debilitato, exſtirpare debuerit. Quo facto omnibus ad 3um uſque diem rite procedentibus repente tunc in vulnere et orbita ingens dolor ac pravi ominis obortus eſt. Hunc

(*r*) l. c. p. 390. ſq.

vero instillatum laudanum liquidum continuo sedavit: unde placido redeunte somno, cunctisque symptomatibus pravis disparentibus, ac vulnere jam bene constituto, puer non multo post convaluit.

SECTIO III.

DIAETETICUM REGIMEN.

CAPUT UNICUM.

§. 80.

1. QUIES *corporis animique* inter prima diætetici regiminis capita est referenda. „ Prima omnium, inquit CELSUS (*s*), „ sunt quies et abstinentia. Ergo primo „ die loco obscuro cubare debet sic, ut a „ sermone quoque abstineat „. Quantum enim corporis motus ad accelerandum humorum motum conferat, nemini nisi in medicina peregrino ignotum esse potest; quod quantopere hic vitandum sit, ratio juxta ac experientia abunde docent. Animi porro motus quam noxii

(*s*) l. c. art. 1. p. m. 281.

hic sint, dum bilioso in systemate turbas cient, jam in causarum pertractatione (*t*) est ostensum. Ut proinde sedulo ophthalmia præsertim graviore laborantibus cum corporis tum animi quietem inculcare oporteat.

§. 81.

2. ALIMENTA vero quod attinet, in iis per omnia haud secius ac in alia quavis inflammatione curanda tenor est servandus, seu indole illorum seu copia spectata. Per principia, et in vehementiori vel maxime morbo severam CELSUS (*u*) imperat abstinentiam, oportet, inquit ille „ nullum cibum assumere, si „ fieri potest, ne aquam quidem; sin „ minus, certe quam minimum ejus „. Atque ita sola sæpe quiete et abstinentia, paucisque externe oculo applicatis, ophthalmias curari asserit. Hoc forte magistro W. ROWLEY (*x*) præter vacuationes alvi et sanguinis uberiores iteratasque consulit omnimodam fere a potu

---

(*t*) Vide §. 19.
(*u*) l. c.
(*x*) A Teatrise on the principal Diseases of the Eyes.

quocunque et vel ipſius etiam aquæ abſtinentiam; quid enim, ait ille, profuerit vaſa alvi ductione ſanguinisque demptione depleviſſe, ſi ſub idem tempus aſſumpto potu repleantur? Tantum vero huic a potu abſtinentiæ tribuit, ut plus ab ipſa quam ab iteratis vacuationibus præſtoletur, nec niſi ejus impatientibus ægris potum concedat, et ne tum quidem dimidia pinta per diem amplius: contra ea commendat impenſe fructus aliaque aceſcentia. Verum iſthæc tam aperte rerum uſui ſunt oppoſita, ut notante A. G. RICHTERO (y) refutatione vix indigeant. Ubi autem ophthalmia paulo eſt diuturnior, aut in vetuſtatem plane incidit, multum a primo diætæ rigore eſt remittendum, vitæque viribus conſulendum: unde et CELSUS (z) „ neque tamen (ait) in lippientibus longum jejunium neceſſarium eſt, ne pituita tenuior atque acrior fiat; ſed „ ſecundo die dari debet id, quod leviſſimum videri poteſt ex iis, quæ „ pituitam faciunt craſſiorem, qualia „ ſunt ova ſorbilia: ſi minor vis urget,

---

(y) Chirurg. Biblioth. 3 Band. 1 St. No 4. p. 90. ſq.
(z) l. c.

„ pulticula quoque aut panis ex lacte. „ Insequentibus diebus quantum inflam- „ mationi detrahetur, tantum adjici ci- „ bis poterit, sed generis ejusdem, uti- „ que ut nihil salsum, nihil acre, nihil „ ex his quæ extenuant, sumatur, nihil „ potui præter aquam „. Imo vero et vino quoque interdum, ut superius (*a*) jam multis vidimus, indulgere est salubre; et sola hic cerevisia nescio quid insalubre adfert.

§. 82.

3. AER quoque, in quo ægro versandum est, pro ratione status solidorum varius sit, oportet. Ubi vasorum laxitas ophthalmiam fovet, nihil aere humido, in primis si calidus simul sit, est deterius. Rarum hujus rei exemplum refert M. E. BLOCH (*b*): mulier juvenis ac sana ante, ex quo nupsit, perpetuo fere oculorum rubore vexata est. Cognita quæque remedia usurpata breve tantummodo levamen attulere. Cum vero nunquam ante malo ulli oculorum fuerit obnoxia, et nupta etiam ordinate vixerit,

(*a*) Vide §. 47.
(*b*) l. c. No 13. p. 102. sq.

causa alibi quam in victu vel humoribus tam pertinacis mali quærenda fuit, uti et reperta est. Lectus enim conjugalis cum nescio juxta quem parietem situs esset, cui pone virum mulier accubare nocte qualibet solebat, svasit BLOCH, ut uxor mariti, hic illius locum in lecto caperet. Verbo audientes fuere conjuges: mulier inde ab oculorum rubore convaluit; vir contra ægrotare occipiens jam odontalgiam, jam cervicis immobilitatem, et id genus alia perpetiebatur. Quoniam autem domicilii adjuncta lecti alium in locum translationem non admittebant, et viri ægritudo mulieri plus negotii facessebat, quam propriorum oculorum rubor, maluit denuo juxta parietem cubare, et continuo in pristinum relapsa est malum, a quo non ante liberata est, quam ad aliud migrasset domicilium.

§. 83.

4. STIMULUS *externus quivis ab oculis arceatur*, lucis præcipue, fumi, pulverum, &c. ut ut RIEDLINI (c) Senator fumo exstinctæ candelæ oculis mederi

(c) Vide §. 72. I. D. No 1.

mederi consveverit. Quantum vero doloris admissa lux in oculos inflammatos excitare soleat, in superioribus fusius dictum est (*d*); imo ipsam quoque inflammationem ad exitium usque oculorum intendere est observata. A. 1757 utroque ex oculo lentem a 10 circiter annis jam opacam viro cuidam exemit J. JANIN (*e*) felicissimo cum successu, nec ante 6um post operationem diem ullum symptoma est consecutum. Sed homo desiderium conjugis ac liberorum intuendorum haud ulterius ferens, oculos revelavit, et spretis doloribus, quos lux diurna attulit, horam integram eosdem objectis dignoscendis fatigavit. Abhinc dolores capitis et oculorum consecuti, accessit oculorum ac palpebrarum tumor, vigiliæ, ac demum etiam febris, Væ Ses, vesicantia, severa diæta, externaque anodina ac derivantia impedire non poterant, quo minus pus oculi colligerent, quo pessumdati conciderunt. Hinc „ curandum est, monente BOERHAA„ VIO (*f*), ut dolor a luce productus „ toto curationis tempore caveatur „.

(*d*) Vide §. 31 No 3.
(*e*) l. c. p. 255 sq.
(*f*) l. c. §. 64. p. m. 57. sq.

Imo teste A. G. RICHTERO (g) „ plerumque diu satis post inflammationem
„ dissipatam tanta oculi remanet sensibilitas, ut lucem vix ferant ægri, parum vel confuse videant in loco lucido, melius in obscuriori. Inde aliquamdiu in loco obscuriori versentur ægri, vel oculum peplo tegant, ut sensim admittatur lux ad oculum, sensim illi assvescat oculus „. Laxa fascia aut velo viridi prætenso toto curationis tempore lucem medentes ab utroque oculo arcere solent, et vel tum etiam, ubi unus tantum oculus laborat; nam perfecta palpebrarum quiete hic opus est; secus alterna earum diductio et coitus affrictum perpetuum causant; qui dolorem et inflammationem adaugeat, est necesse. Quod si vero sanus oculus sibi relinquatur, fiet, ut motus palpebrarum in isthoc etiam eundem in alterius oculi velati palpebris e mutuo consensu oculorum aliquatenus efficiat. Interea tamen vetat J. L. ODHELIUS (h) quidquam lucis arcendæ causa oculis applicari; quod fascia eos premat, irritetque; ac liberum lacrymarum effluxum cohibeat, non sine

---

(g) Observ. chirurg. fascic. I. cap. II. p. 116.
(h) l. c.

peſſimis ſequelis, et quod oculus, ut ab aere tangatur, ſit creatus. At breviter hæc omnia convellit A. G. RICHTER (*i*), monens priora a faſcia laxa, qualem hic eſſe oportet, ac tenui nunquam effici poſſe; neque argumentum a creatione petitum tanti eſt: nam et creatus eſt oculus, ut a luce colluſtretur; et quis ægrorum ophthalmia laborantium eam ſine noxa pertulerit? JANINI homo utique pœnas propterea luit. Imo ipſa natura lucem aeremque ab oculis inflammatis, dum palpebras tumentes claudit, abarcet. Unde neque GENDRON (*k*) audiendus, qui ſvadet, ut quandoque lux in oculum affectum admittatur, ne iris diuturna quiete contractilitatem ſuam ſenſim deperdat; niſi forte id exſpirante jam inflammatione cenſeat faciundum, quod multo ante jam H. SLOAN (*l*) quoque factitarat „ obſervatu dignum (ajens), „ illud ſcilicet hominibus oculis laborantibus admodum ſolenne eſſe, ut oculos „ umbraculis aliisque ſimilibus tegere „ ſtudeant, quod ſæpe curationem re„ moratur; quia ejusmodi regimen ocu-

---

(*i*) Ibidem.
(*k*) l. c. p 177.
(*l*) l. c. p. 292.

„ lorum juſto calidius eſt. Quamobrem „ ſemper illis ſvaſi, ut quamprimum lu„ cem perferre oculi poſſent, tegumen„ ta illa ab oculis removerent„.

HISTORIA I.

F. DECKERI (*m*)

Siſtens exemplum planiſſimum ophthalmiæ humidæ, quibusdam tamen adjunctis non ſpernendis præditæ, quæ recta medendi methodo tractata tironibus paradigmatis loco habenda erit.

Juvenis 26 circiter annos natus calidioris temperamenti, Bacchi caſtra plus ſolito ſecutus, indeque calefactus frigidum aera diu ſubiit, corporis æſtum ut temperaret (*n*). Mane ingentem in dextro oculo obſervavit pruritum: quare digitis valde oculum fricavit. Quo facto acutum in utroque oculo ſenſit dolorem ardoremque, ac veſperi ruborem ingentem in oculorum albo obſervavit. Noctu

(*m*) Exercit. medic. pract. Cap. 6. p. m. 405. ſqq.

(*n*) Confer §. 22 No 1.

moderate quiescens curatos oculos putavit; ast eosdem ob pruritum mane iterum fricans talem in oculorum dolorem, ardorem, ruboremque incidit, ut neutiquam lucem tolerare, verum clausis oculis continuo sedere cogeretur: nec diu post maxima quoque lacrymarum copia ex oculis effluxit. Quare aquam rosaceam tepidam oculis ipsemet imposuit: unde malum non tam intolerabile minusque dolorificum fuit redditum. Tertio ab affectus hujus invasione die vocatus sequentem præscripsi clysterem:

℞. Decoct. vulg. pro clystere emoll. ℥ viij
Elect. diaphœnic. ℥ jß
Mellis anthosat. ʒ vj
Sal. gemm. ℈ j. M.F. clyster pro viro.

Quo injecto ter alvum deposuit. Victum refrigerantem et humectantem statim mandavi, omniaque acria, spirituosa, aromatica, &c. interdixi, quietem et somnum oculorumque clausuram valde imperavi, omnemque corporis motum sermonemque . . . ac pleraque animi pathemata, præ ceteris tamen iram, vitari oportere monui (*o*): hocque facto venam secandam, . . . sanguinemque ad ℥ x abs-

(*o*) Confer §. 80. sqq.

trahendum juſſi. oculiſque ſequens cataplaſma imponendum, ſingulisque 3 horis renovandum præſcripſi (*p*):

℞. Pulp. pomi dulc. ſub ciner. aſſat. ℥j
Micæ panis alb. recent. ℥ij
Album. ovi diu agitati et in liqv. converſi ʒj ß
Croci opt. lævigati ℈ij
Lact. muliebr. recent. mulcti q. ſ.

F. catapl. ſupra linteum extendendum, ac moderate tepidum oculis admovendum; quod admodum dolorem et inflammationem ſedavit. Secundo vocationis die mane ſequentem hauſtum purgantem . . . aſſumpſit:

℞. Elect. cholagogi SYLVII (*q*) ʒiij
Tart. vitriolat. ℈j
Aquæ fœnic. q. ſ. M. F. hauſtus.

Quo aſſumpto ſepties alvum depoſuit. In potu quotidie non niſi ſpiritum nitri uſurpavit: 3° 4° que vocationis die omnia curata putabat ægrotans, 5° vero omnia pejora. Hujus mutationis cauſam cum indagarem, nullam, præterquam quod poſt purgationem alvum non dum depoſuerat, invenire poteram cauſam: quare clyſterem ſupra dictum ſtatim reiteran-

(*p*) Confer. §. 72. I. C. No 2.
(*q*) Pag. 180 deſcripti.

dum præſcripſi; quo facto bis alvum depoſuit. Sexto omnia iterum meliora: quare ſingulis diebus clyſterem injiciendum mandavi; atque brevi ab ophthalmia fuit poſtea curatus. Attamen 5° vocationis die loco cataplaſmatis ſequens collyrium uſurpavit:

℞. TRæ ♀ (per ♌um ⊖* æri uſto infuſum ac per octiduum leni calore digeſtum, ſicque TRa cœrulea viſu jucundiſſima extr.) ʒß

Aquæ euphrag. roſar. aa ℥j.

Croci optimi lævigati ℈j. M. F. collyrium. Hoc uſurpato et rubedo et dolor et pruritus &c. brevi evanuere.

HISTORIA II.

P. FORESTI (r)

Exhibens ophthalmiam priori ſimilem GALENICA *methodo percuratam.*

Juvenis Alcmarinus annos 18 natus, plenitudine ſatis laborans, cum tempus vernum eſſet, ac fluxiones acres tum deſtillationes quosdam ſubito invaderent,

(r) l. c. Obſerv. I.

in ophthalmiam . . . veram lapſus eſt; ita ut adnata oculi tunica, quæ tota candida eſſe ſolet, ob ſanguinis confluxum rubea effecta ſit cum ſumma inflammatione et dolore, lacrymis ex oculo refudantibus admodum fervidis. Cum alvum non deponeret, et clyſterem lenientem non admitteret, poſt caſſiam propinatam die ſubſequenti a ſanguinis miſſione curationem auſpicati ſumus, vena cephalica inciſa in brachio oculum affectum reſpiciente (*s*), et in magna ſatis quantitate, ultra 8 uncias ſanguinis vel paulo plus extraximus . . . ſtatim vero a V^æ S^e ſyrupum hunc propinavi;

℞. Syr. de endivia
— — granatis aa ℥ß.
Aquæ endiv.
— — cichor.
— — euphrag. aa ℥j. M. pro julebo. Purgavi cum infuſ. rhab. in aquæ end. ℥jß, ſyr. ex infuſ. roſ. ſolut. ℥jß, aquæ cichorii ℥iij. M. Cucurbitulas quoque dorſo tum ſcapulis cum ſcarificatione admovimus (*t*), ſanguine copioſe ſatis extracto. Et ſtatim ſanguine extracto, atque corpore repurgato, ovi albumen inſtar aquæ fortiter agitatum cum

(*s*) Confer. §. 55. B.
(*t*) Confer §. 60.

farina fabarum et ſemperviva cruda ſimul commixta (*u*) oculo apponebamus; et ſtatim tota inflammatio ac oculi inflatio ceſſarunt. Quemadmodum et alteri profuit ſola ſemperviva cum foliis fœniculi contuſa et appoſita, præcedentibus univerſalibus evacuationibus.

HISTORIA III.

EJUSDEM (*x*)

Proponens ophthalmiæ humidæ acerrimæ bilioſæ methodo antibilioſa citra ſanguinem miſſum curationem.

Juvenis quidam temperaturæ bilioſæ cum longa triſtitia et quidem curis afficeretur (*y*), et diu vigil perſtitiſſet ob obitum parentis, ut ſollicitudines illas mitigaret, cum amicis vina potentia largius ſumebat; alliis et acribus cibis delectabatur, ſæpe in ſole verſabatur media æſtate: unde acribus humoribus collectis in ophthalmiam incidit ex rodente et acri humore ſubito catarrhi inſtar in ocu-

(*u*) Confer §. 72 I. A. No 1.
(*x*) l. c. Obſerv. 2.
(*y*) Confer. §. 19.

los prolapſo cum ingenti dolore. Ad quem cum ſubintraſſem, et plane bilioſus eſſet, et animadverterem totum corpus minime plethoricum eſſe, ſed potius præditum vitioſo humore, lacrymamque rodentem adeo oculum infeſtare, ut anguli oculorum ſimul et genæ tali influxu roderentur, ita ut æger uri videretur, et roſionem non tolerans exſiliret (z), facile intellexi, hanc ophthalmiam a bile erodente originem ſumpſiſſe. Cum hic igitur rubor paucus in oculis adeſſet, et punctura ac dolor vehementior, et lacrymæ tenues acutæ, et tumor exiguus appareret, et ſigna totius plenitudinis abeſſent, et bilioſa humorum pravitas in corpore ſatis macilento ſuperaret, curationem auſpicati ſumus ab iis, quæ totum corpus purgarent, et a recrementis liberarent; ſtatim hanc potionem exhibui:

℞. Caſſiæ recens ex cannis tractæ ℥vj
Pulpæ tamarind. extr. cum ▽æ viol. ℥ij
Syr. ex infuſ. roſ. pallid.
—— violar. aa ℥ß Diſſolve cum ℥iij
Seri lactis. Quibus ter alvum depoſuit. Deinde propinavi ad humores

(z) Confer. §. 31. No 4.

acres et mordaces contemperandos syrupos refrigerantes, incrassantes hoc modo:

℞. Syr. ros. ex rosis siccis
—— nymphææ
—— papav. aa ℥j
Aquæ solatri
—— plantag.
—— cichor. aa ℥ij. M. pro ij dosibus. Postea etiam purgavi cum infuso rhab. adjecto syr. viol. Oculis vero candidum ovi liquorem instar aquæ concussum infundebam (*a*) . . . et cum dolor urgeret, accipiebam

aquæ album. ovi ℥ij
lactis mulieris ℥iij
Succi plantag. ℥j. M.

Panni duplicati ex lino in eo infusi oculis imponebantur. Interea et collyrii albi RHASIS ʒß modo cum lacte muliebri soluti, modo cum aqua ros. oculis instillabam; fovebam etiam oculos cum decocto foliorum malvæ, viol. et fœnugræci prius loti a pulvere ad sedationem doloris.

(*a*) Confer. §. 72 I. A. No. 1.

HISTORIA IV.

EJUSDEM (b)

De ophthalmia cum variis ſymptomatibus ab imprudenti odontalgiæ medicatione oborta, feliciterque perſanata.

Cognata uxoris meæ nata annos 29, A. 1556 menſe Majo cum ingenti dolore dentium torqueretur, ut ex dolore decumbere coacta fuerit, temperatura ſanguinea, facie admodum pulchra, imprudenter neſcio cujus mulierculæ conſilio, corpore nequaquam repurgato . . . aquæ vitæ gargarismo cum uſa eſſet, ac nodulos quosdam ſtaphide agria repletos in ore deinde detinuiſſet ad dolorem dentium mitigandum, et pituitam ab ore eliciendam, in febrem ſatis acutam eamque continuam incidit, et ex impetu vehementioris fluxionis tota maxilla ſubito inflammationem paſſa etiam in ophthalmiam non ſimplicem tantum collapſa eſt et admodum gravem, verum etiam in oculi ac palpebræ inflammationem cum ingenti inflatione earumdem partium, ut ovi magnitudinem excederet

(b) l. c. Obſerv. 3.

adeo, ut nec palpebram ipſam aperire poſſet (*c*); erat enim palpebra ad ovi gallinæ magnitudinem inflata, ſimiliter inflammata cum rubedine quadam purpuraſcente, et ad nigrum colorem quodammodo inclinante anthracis inſtar. Primo enim intuitu de carbunculo peſtifero ſeu anthrace dubitabam; at originem hujus mali cum intellexiſſem, quod ex acribus medicamentis toto corpore pleno exſiſtente, tum capite repleto, eveniſſet: alvo per balanum ſoluta cum clyſterem non admitteret, ſanguinem ſatis copioſe detrahere juſſi ex cephalica vena in brachio e directo oculi affecti (*d*). Nam malum dextram fere partem faciei, potiſſimum vero oculum dextrum et palpebram occupaverat. Et ſtatim a Væ Se propter febrem acutam ſyrupum iſtum ut ebiberet, ſvaſi:

℞. Syr. roſati
— de end.
— cichoreæ aa ℥ß
▽ cichoreæ
— end.
— boragin. aa ℥j. M.

Adeo enim poſt hæc ſubito in ſudorem

(*c*) Confer. §. 28.
(*d*) Confer §. 55. B. No 1. b).

aliquo modo prorupit, quem per 4 horas meis monitis ſervavit, ita ut febris deinde minus eam affligeret. At tumore circa oculum et palpebram remanente rurſus ſyrupum propinavi, et cucurbitulas cum ſcarificatione ſcapulis admoveri præcepi, utcunque etiam ſanguine extracto (*e*). Oculo vero tum palpebris ipſis inflammatis continuo applicabam linteolum duplicatum aqua roſ. et lacte muliebri tum liquore albi ovi (*f*), idque ter quaterve in die: quo dolor mitigari cœpit ac palpebræ inflatio, ut tandem oculum aperire potuerit; et inſpecta tunica conjunctiva omnino rubra apparebat: quare liquorem albi ovi cum aqua roſacea in oculum ſtillabam, et poſtea facta fomentatione cum decocto foliorum malvæ, ſem. cydon. & fænugræci ſeminis prius abluti, paulatim inflammatio oculi tum palpebræ ceſſarunt; maxilla tamen inflata ac inflammata permanente. Præſcripta victus ratione tenui, cataplaſma ſequens appoſui:

℞. Rad. althææ mund. ℥ß
Fol. malvæ M. iij. Coqv. in
Aqua, ad mollitudinem piſtentur,
adde

(*e*) Confer §. 55 B.
(*f*) Confer §. 72 I. A. No 1.

Farinæ ſem. lini
—— —— hordei aa ℥ß
Olei amygd. dulc. q. ſ. F. cataplaſma,

et aſſumpto medicamento leviori in hunc modum concinnato:

℞. Caſſiæ recens extractæ
Diacatholici aa ʒ iij
Diaprun. ſimpl. ʒ ij, cum ℥ iij
Aquæ caſei F. potio,

qua alvum (dictu mirum) decies depoſuit, et intus in faucibus latens abſceſſus per ſe ruptus eſt, pure ex ore defluente ſatis copioſe, ac maxilla detumeſcente. Vires tamen tunc non nihil proſtratæ erant: ideo victum reſtaurantem non nihil, qui convaleſcentibus utilis eſt, præſcripſi; cum hactenus tenuiori victu, ut ratio poſtulabat, uſa fuiſſet. Utebatur tunc gargariſmis non nihil materiam attrahentibus ex ficubus, hyſſopo, et uvis paſſis paratis; deinde magis mundificantibus et abſtergentibus ex hordei communis decocto, melle roſ. adjecto; poſtremo vero magis conſolidante ex lacte, cui plantago incocta erat. Et iſtis præſidiis recte habuit.

HISTORIA V.

EJUSDEM (g)

De ophthalmia male tractata in ſuppurationem adnatæ abeunte, tandem tamen percurata: in qua emollientia collyria ſola (quæ tamen aliqui ex toto rejiciunt) profuere, aliis officientibus.

Mulier . . . ſub finem æſtatis A. 1563 in oculi dextri acutiſſimum dolorem incidit una cum ophthalmia. Empyrica ocularia ad hanc ingreſſa raſuram ex lapide Talck dicto . . . capiebat, atque eam neſcio qua aqua deſtillata immixtam collyrii modo in oculum ſtillabat. At non diu poſtea dolore ac ardore ingenti ſubſequente etiam ulcus ſubſecutum eſt, acribus humoribus adnatam primo, deinde etiam tunicam corneam, corrodentibus (*h*). Cum igitur ad hanc vocati eſſemus, et ulcus una cum ophthalmia et inflammatione ſpectaretur, atque Væ So prætermiſſa eſſet, alvo prius inanita cum caſſia recens extracta et pulpa tamarindorum, ſanguinem in brachio dextro oculo

(*g*) l. c. Obſerv. 18.
(*h*) Confer §. 34 No 1. b) d).

oculo affecto correspondente detrahere jussimus . . . Cum . . . que illam purgassemus cum infuso rhab. et decocto sennæ, cucurbitulas spatulis admovimus cum scarificatione. Deinde pilulas lucis ut deglutiret, imperavimus (*i*). . . . Interea et humorum defluxum . . . ad inferiores partes etiam vinculis injectis et frictionibus avertebamus . . . Dolor, qui vehementissimus erat, tum inflammatio cessarunt, ovi albumine (*k*) omnium primo in oculum instillato, ita ut ab ulteriori curatione abstineret. Verum paulo post cum chirurgum nescio quem vocasset, is collyrium quoddam ex aqua chelidoniæ, fœniculi, euphragiæ cum succo rutæ confectum in oculum mittebat; quo denuo et dolorem et calorem ac fluxionem auxit, ut rursus me revocarint; et imposito iterum collyrio ex aqua rosacea et albumine ovi dolor paulatim mitigatus est. Cum enim ulcus simul cum inflammatione infestabat, curationem ex iis, quoad topica remedia, auspicabamur, quæ inflammationem lenire poterant et concoquere, non neglectis iis, quæ ad ulcus proprie pertinent . . .

(*i*) Confer §. 41 No 2.
(*k*) Confer §. 72 I. A. No 1.

Non ſolum per initia collyrium album muliebri lacte diſſolutum immittebam, ſed et illud, quod ex albumine ovi conſtabat, inſtillabam. Interea abſtinebam a vino uſque ad declinationem, ſummopere cavendo ea, quæ caput replent, et fluxionem irritant, adhibitis poſtea quoque fomentis ex malva, floribus roſ. et meliloti. Cum dolor præcedentibus præſidiis et evacuationibus ſedatus eſſet, ut pus magis detergeretur, collyrium tale fieri præcepi ex aqua roſ. fœnic. lacte muliebri et modico melle roſaceo per pannum lineum colatum, ut purius evaderet, quod ſæpius inſtillatum faciebat ad ophthalmiam, ulceris abſterſionem, et doloris ſedationem. Demum ulcere utcunque repurgato per collyrium prædictum tandem huic adjecimus aliquid ſarcocollæ nutritæ, thuris et croci pauxillum, et mucilaginis fænugræci exiguum: quibus remediis optime hæc mulier ſe habuit. Ceterum corniformis tunica non erat plane perrupta; et ſic poſtremo ad reliquam curationem perficiendam, ut magis epuloticum fieret collyrium, id eſt cicatricem inducens, tale præſcripſimus:

℞. Antimonii
Plumbi uſti aa ʒj
Aloes

Sarcocollæ nutritæ aa ʒß, cum
Succo rubi F. collyrium.

Usus tempore dilui potest cum lacte aut ovi liquore. . . . Hæc inquam mulier brevi curata fuit ab ulceratione, parvo tamen foramine instar arenulæ impressæ permanente et conjunctivam tunicam transeunte, ad corneam etiam pervenien-te, sed non in totum penetrante.

HISTORIA VI.

L. HEISTERI (l)

De vehementi ophthalmia ab ictu flagelli enata cum sanguinis pone corneam effusione, feliciter percurata.

Judicis cujusdam filius fortuito oculum sinistrum ictu flagelli usque adeo afflixit, ut palpebræ intumuerint magno cum ru-bore, albugineaque ruberrima evaserit, et cornea opacata fuerit, pone quam in humore aqueo sanguis effusus visebatur. Consultus Auctor demptis e pede sangui-nis ℥x, ductaque postridie alvo, oculo applicari jussit sequentes sacculos resol-ventes :

(l) l. c. 1 Band No 204.

℞. Herb. roſmarin.
—— majoran.
—— ſalviæ aa M ß
Flor. ſtœchad.
—— lavend. aa p. ij. M. inciſ. cr. m.

Dividantur in duos ſacculos ante applicationem parumper leniterque in vino coquendos; alternatimque oculo calide poſt expreſſionem applicandos. Poſt triduum cornea jam paulo pellucidior facta eſt; ſanguine pone illam aliquatenus diſcuſſo; at albugineæ rubor, ut ante, manſit. Idcirco iteratum catharticum, nuchæ veſicans admotum, et ſacculorum applicatio, inditis cuilibet camphoræ gr. vj continuata oculo priſtinam valetudinem viſuinque integrum reddidere.

HISTORIA VII.

EJUSDEM (*m*)

Exemplum ophthalmiæ ſiccæ curandæ tironibus proponens.

MARIA DE AUERSPERG Comes 20 annos nata, cetera ſana, aliquamdiu tamen ab hinc oculorum ruborem ardorem-

(*m*) Ibidem No 217.

que, ut ut ſine epiphora, dolore, viſusque imminutione, paſſa opem ab Auctore popoſcit. Ille imperata V^æ S^e in pede præſcripſit:

℞. Extr. panchym. CROL. ʒß
☿ii dulc. ℈j
Reſin. jalapp. gr. x.
Eſſ. lign. q. ſ. F. pil. 45 conſperg.
Specif. ceph. Sumat veſpere poſt V. S. N^o xv pro doſi, eamque 5° quoque die ſub noctem repetat. Porro

℞. Succin. ppt.
Conch. acet. ppt.
♁ii diaph. non abl.
Arcan. dupl. aa ʒij
Nitri depur. ʒj. M. F. ♁ tenuis, cujus quotidie ante ſomnum ſumat ℈ij ex aqua acaciæ vel ceraſorum. Pro oculis

℞. Aquæ fl. roſar.
—— plantag. aa ℥ij
🜄 vulgaris ℥ß.
Sacch. ♄ni gr. ij. M. D. pro oculis ſæpius frigide per diem colluendis; monitaque, ut et aqua frigida pura communi mane ac ſæpius interdiu oculos lavaret, quod a morbo intra 8 vel 10 dies liberatæ, ut ad recidivam ejus prohibendam in poſterum etiam faceret, ſerio inculcabatur (n).

(n) Confer §. 72. I. D. No 1.

HISTORIA VIII.

EJUSDEM (o)

De ophthalmia a ſcrophulis colli remediis ☿ libus conſanata.

Mulier a 14 diebus vehementi oculorum inflammatione laborans magna cum cephalalgia collique ſcrophulis, a ſequentibus convaluit:

℞. M. P. polychr. noſtr. ʒjß
Eſſ. ſuccini q. ſ. F. pil. gr. j conſpergendæ
Cinnabari nat.

Sumat quovis veſpere No 5.

℞. Herb. euphraſ.
—— hyſſop. aa M. j
Raſ. lign. Saſſafr. ℥j M. conc. gr. m. D. pro infuſo quotidie bis ad 4. 5 vaſcula hauriendo, vaporeque calide oculis admittendo. Præterea

℞. Aqv. plantag. ℥ij
—— roſar. ℥j
Lap. ophthalm. noſtr. gr. x. M. D. pro oculis tepide ſæpius collinendis. Imperata etiam pedis phlebotomia; veſicans vero pone aures jam tum aderat.

(o) l. c. 2 Band No 112.

Die 3° desiit dolor, et reliqua omnia in melius ibant, continuatisque remediis mulier ex toto convaluit. Pilularum autem polychrestarum et lapidis ophthalmici Auctoris confectio est sequens (*p*):

℞. Vitriol. cypr. et alb. aa ℥ j
Alum. crud. ʒ j ß
Sacch. ♄ni ʒ j. Coq. c.
Aqv. rosar.
—— euphras. aa part. æqv. Solutio iterum inspissetur, ad lapidis duritiem, in fine adde
Camphoræ ʒ j. M. F. lapis ophth.
℞. Extr. panchym. CROL.
☿ dulc. rit. par. aa ʒ jv
Res. jalapp. opt. trit. ℥ij. M. cum Ess. lign. F. pilul. gr. j.

HISTORIA IX.

EJUSDEM (*q*)

De ophthalmia recursante cum aliquali oculi affecti atrophia, nihilominus percurata.

Femina 24 annorum, sanguinea, ante semestre ramo oculum contundens vehe-

(*p*) Ibidem in præfatione.
(*q*) Ibidem No 339.

mentem illius inflammationem nacta est cum tumore bulbi, cephalalgia magna, horrore et calore, ut somno caruerit. Ophthalmia quidem tum dempto sanguine multisque aliis adhibitis remediis cessit, verum ab illo tempore sæpissime revertit: unde oculus debilis factus et altero paulo minor. Eapropter post largam in pede V. S. vespere eodem datæ pilulæ polychrestæ Auctoris (in præced. historia descriptæ) No 9, postmodo quoque omni octiduo ante noctem sumendæ, quæ si non quater minimum alvum solvissent, No 11 capiendæ imperabantur. Porro cujusvis diei hora 5a vespertina sumendus erat ♁ temperans Auctoris (quem inter ejus remedia descriptum non reperio) ad 2 cusp. cultri ex aqua fl. sambuci, et ante decubitum denuo iteranda svadebatur dosis eadem, si major calor rubor dolorve oculum vel caput vexarent, omissa omni cœna vel tenui tantum jure assumpto. Mane quovis hauriendum erat infusum ad 3 vel 4 vascula e sequentibus speciebus:

℞. Rad. Sarsapar. ℥ ij
Herb. herniariæ
—— euphras. aa Mj.
Sem. fœniculi ʒ ß
Flor. borrag. p. ij

Santal. citrin. ʒ ij. Conc. cr. m. D. pro quavis infusione quantum 3 digiti capiunt. Denique et aqua ophthalmica sequens præscripta:

℞. Aquæ euphras.
—— fœnicul.
—— plantag. aa ℥ ij
Trochisc. alb. RHAS. ʒß. M. D. ut mane meridie et vesperi ope lintei puri hac aqua humectati oculus leniter collinatur. In cibo potuque monita caveret calefacientia, salsa, flatulenta, fumoque durata; potui cerevisia tenuis defecata concessa: lectio multa ad lychnum præsertim vetabatur, uti et intuitus in solem, flammam, &c. et pro arcenda majori luce prætensum oculis scutum viride vel sericeus pannus, donec oculus multum emendatus foret, continenter gestandus consulebatur. Vitanda quoque erat asperior aura ac frigus aeris externi. Denique lapsis a Væ Se 4 hebdomadis scarificatio, et ante quemvis mensium fluxum aliquot diebus continenter pediluvia calida vesperi, imperabantur. Atque his remediis prorsus demum convaluit.

HISTORIA X.

F. HOFFMANNI (r)

De ophthalmia initio male tractata pene in chemosin abeunte; at dein meliori medendi methodo prorsus persanata.

Miles 24 annorum, biliosus non multo post excubias nocturnas in ventis ac pluvia dextrum oculum dolere et calere sensit, superveniente deinde rubore etiam et inflammatione, crebroque lacrymarum profluvio. Alvus ei ducta, et collyria nervina cum adstringentibus ac terreis remixta, nil opis tulere, uti nec ☿us dein catharticis additus; symptomata inflammationis insigniter crevere, elevabatur adnata carnis crudæ instar rubens, accessere lemæ, et oculum affectum æger nec aperire, nec aperto quidquam videre quivit: donec ab Auctore sequentibus remediis est percuratus. Oculo isthoc collyrium fuit instillatum, linteaque eodem madida sæpius interdiu atque sub noctem imposita (s):

(r) Diss. casum ægri ophthalmia laborantis exhibens (Opp. supplem. 2. Part. 2. p. m. 78. sqq.)

(s) Ibidem §. 20.

℞. Aqv. papav. errat.
—— rosar. alb. aa ℥jß
Lap. scissilis ppt.
Tutiæ ppt. aa ʒß
Croci orient. gr. x. M. et agitatum D. U. Interne (*t*) scopo temperante et antibilioso datum:

℞. C. C. usti ppt. ʒ iij
Corall. r. ppt. ʒ ij
Matris perlar. ppt.
Arcan. dupl. aa ʒß
Extr. opii cydoniati LANGEL. gr. iij. M. divide in 8 doses, singulas mane et a meridie semper sumendas. Et propter symptomatum exacerbationes vespertinas præscriptum (*u*)

℞. Extr. fumariæ ʒ iij
Opii cydon. LANGELOTTI ʒj. M. Sumat gtt. 40 ante somnum. Mane quovis post ℥em prius dictum hauriendum erat semihora post infusum theatum sequens (*x*):

℞. Rasur. lign. sassafr. ℥ß
Rad. liquir.
—— polypod. quern. aa ʒ iij
—— althææ ʒ ij.
Herb. heder. terr. M. ij

(*t*) Ibidem §. 21.
(*u*) Ibidem §. 22.
(*x*) Ibidem §. 26.

Herb. hepaticæ nobil.
—— fumariæ
Flor. papav. err. aa. M. j.
—— viol. purpur. pug. ij.
Cort. ☉ recent. ℥ iij
Sem. anisi stell. ʒj. Incis. D.

Post tridui horum usum datum eccoproticum (y):

℞. Rad. liquirit.
— polypod. quern.
— jalapp. aa ℥ iij
Herb. plantag.
—— malvæ aa M. j. Coq. in
Aqv. simpl. s. q. sub finem adde
Fol. sennæ s. s. ℥ iij
Flor. papav. err. p. iij
Passular. minor. ℥ß. Ebulliant.

Colatura ℥ viij divid. in 2 doses, quarum una mox, altera post biduum sumenda fuit, continuatis tempore intermedio pristinis remediis. Ad lemas vero, palpebras glutinantes satis tenaciter, abstergendas calidum lac (z) adhibebatur. Ab his ubi inflammatio magnopere remisisset, ℥es omissi sunt, guttulæ vero decade semper pauciores datæ, donec et hæ mor-

(y) Ibidem §. 23.
(z) Confer §. 72 I. A. No 2.

bo evanescente omitterentur (*a*). Superstiti vero acri lacrymarum profluvio præter infusum ante dictum sequens etiam ℥ opponebatur (*b*):

℞. Corall. rubr. ppt.
C. C. usti ppt. aa ℨ iij
Ungul. alc. ppt. ℨj
Off. sepiæ ppt. ℨß. M. F. ℥ bis de die minori quantitate sumendus. Hisque biduo usurpatis mane 3° datum catharticum (*c*):

℞. Ocul. ♋ ppt. ℈j
Scammon. sulphurati gr. vj
Arcan. dupl. gr. x. M. D. pro dosi: unde ter dejecit; sicque ter vel quater ℥ prior cum hocce cathartico alternis exhibitus: ac demum collyrium novum adhibitum (*d*) ex aqv. fl. cyani ac fœnic. aa ℥j, et lap. sciffil. et calaminar. aa ℨß. sicque æger sub idoneo simul diætetico regimine (*e*) pristinam recuperavit sanitatem.

(*a*) Diss. cit. §. 24.
(*b*) Ibidem §. 25.
(*c*) Ibidem §. 27.
(*d*) Ibidem §. 28.
(*e*) Ibidem §. 29. sq.

HISTORIA XI.

EJUSDEM (*f*)

De alia ejusdemmodi ophthalmia perperam initio tractata, et pure collecto viſum perdente, demum curata.

Viro 30 annorum inopinato pauxillum ſucci illius acris, quo capillorum concinnatores capillos atro colore inficere ſolent, in oculum ceciderat. Hinc ſecutus rubor oculi et dolor acerbiſſimus, ut patiens nec cibum nec ſomnum capere poſſet, ac ferendo cruciatui fere eſſet impar. Chirurgus in conſilium vocatus collyrium ex aqua roſarum plantaginis et tutia frigide inſtillandum ſvaſit, hocque nihil plane proficiente ſaccharum ♄ni in aqua roſarum ſolutum crebrius cum linteo dolenti oculo admoveri juſſit; ſed nihil his dolorum atrocia mitigatá, oculi potius bulbus quaſi decrevit, et minor factus, humores turbati, et viſus plane periit, in cornea quoque tumor inſtar piſi durus apparuit.(g). Admota quidem nuchæ veſicatoria, uſurpata quoque pur-

---

(*f*) Med. rat. ſyſt. l. c. obſ. 5.
(g) Confer §. 73 No 2. a).

gantia; ſed malum plus in deterius quam melius verſum. Hinc chirurgus deſperabundus deſeruit ægrum, omnesque adſtantes de viſu unquam recuperando dubitare cœperunt, in primis cum præterea palpebra oculi affecti elevari non poſſet, ſed ſemper clauſa et elevata manu ſenſus expers eſſet; quin veſiculoſus tumor in internis palpebræ compareret aſpectum oculi fere intercipiens . . . Nos ſequentibus ivimus obviam: 🜄 camphoratus cum balſamo Peruviano, exhalato prius ♌u, cum linteo duplicato crebrius oculo fuit admotus: alvus pilulis ex ☿io dulci, gummi ammoniaco, extr. panchym. CROLLII, balſamo Peruviano et ſale ſuccini, ſubducta: adhibita pediluvia: potum copioſe infuſum theiforme ex veronica et ſemine fœniculi: datum interius diaſcordium FRACAST. cum lap. 69 et nitro; et exterius cataplaſma ex pomo aſſato, croco, mica panis ſimilaginei cum lacte coctum (*b*), oculo impoſitum. His dolor et rubor cum ardore ſublatus, palpebræ quoque tumor diſcuſſus; ſed viſus ob corneam ruptam et humores incraſſatos rediit nunquam.

(*b*) Confer §. 72 I. C. No 2.

HISTORIA XII.

J. JANINI (i)

De ophthalmia chemosi dicta cum staphylomate complicata, et utroque hoc malo curato.

Faber quidam cum repente in vehementissimam cephalalgiam incidisset, illo nihilo minus die labores continuavit. Crevit noctu dolor, oculos inflammatio corripuit cum dolore; et insequenti die minuebatur visus, plena demum oborta cœcitate. Doloribus continenter auctis febris ac pervigilium supervenit. Detractus e brachio pedeque sæpius sanguis, oculis aqua vegeto-mineralis applicata, severissimaque imperata diæta, nihil opis attulere; quin imo adnata ac bulbus inflabantur adeo, ut ex suppuratione periculum esset proximum: et vero trans corneam, ut ut haud parum pelluciditatis amiserit, in imo anticæ oculi cameræ hypopion visebatur. Idcirco JANIN continuo totam conjunctivæ protuberantiam

(i) l. c. p. 304. sq.

tiam forfice fcarificavit (*k*), et fluente inde fanguine purulento admodum cornea priftinam pelluciditatem fenfim adipifcebatur adeo, ut iris pupillaque difcerni poffent. Verum poftero die dolores ac febris vehementius, quam unquam ante, recruduere. Idcirco per complures dies folo lactis fero nutriebatur æger, venaque rurfus in pede tufa, et pro oculis præfcriptum anodynum:

℞. Aquæ rofar. ℥vj, in queis folve
M. P. de cynogloffa ʒß.

D. pro balneandis oculis, intermedioque tempore eadem hac folutione ope fpleniolorum fovendis. Capiti applicatum veficans JANINI (*l*), et 4° quoque die datum hydragogum (*m*). Pediluvia ac narcotica perinde adminiftrata dolores per momentum pacabant, at intra 23 dies ne momento quidem fomnum procurarunt. Ungventum bafiliconis ambobus oculis impofitum ingentem membranarum oculi tenfionem imminuit, at ulcus corneæ in fuperiore ejus marginis parte præpedire nequivit, quod erofis brevi ejus lamellis iridis prolapfui viam dedit; ftaphyloma-

(*k*) Confer §. 55 B. No 8.
(*l*) l. c. p. 397 No 18.
(*m*) Ibidem p. 381 No 1.

que hoc brevi tantum incrementum eſt nactum, ut iridis lacerandæ elapſusque humorum e bulbo metus fuerit. Oculi autem ægri tantopere dolebant, ut repoſitio iridis ſuum in ſitum preſſione tentari nequiverit; ſimulque pars iridis elapſa erat aliquatenus ab ulceris labiis incarcerata; ſiquidem e fuſco rubebat, et primo obtutu excreſcentiam carcinomatoſam referebat. Hujus itaque ulceris ac ſtaphylomatis ſanandi ſcopo in uſum trahebatur JANINI ungventum ophthalmicum (*n*), oculique ſpleniis contegebantur aqua ſaturnina Auctoris (*o*) humectatis. Atque hiſce ab remediis cum dolor et inflammatio deſiiſſent, ſtaphylomatibus nihil e priſtina magnitudine deceſſit, ut ut minus jam inflammatis; applicato autem ope exiguæ pennæ pauxillo butyri ℥ ii brevi ambo evanuere tumores, curatioque ita accelerata fuit. Viſus inde ægro fuit perquam imminutus; tantus tamen, ut majora objecta diſcerneret, ac ſine duce incederet.

(*n*) Vide §. 72 II. No 2 c).
(*o*) Vide §. 72. I. D. No 8.

HISTORIA XIII.

EJUSDEM (*p*)

De ophthalmia cum herpete humido palpebræ complicata, et una cum illo percurata.

Matrona 37 annorum, ſanguinea, in ſuperiore oculi ſiniſtri palpebra humidum aluit herpetem, atque in tarſi marginibus exiguæ eminentiæ viſebantur, quæ collecto ſenſim pure in ulcuſcula degenerabant: unde intolerabilis pruritus eſt obortus, et non ita multo poſt ſupervenit adnatæ inflammatio cum lucis impatientia, lemis, ac defluvio demum ciliorum. Poſt V. S. catharſes, balnea, ſerum lactis, jura aperientia, opiata, diaphoretica, variaque ophthalmica in caſſum administrata, conſultus demum Auctor præbuit mane ac veſperi duas pilulas BELLOSTI, collyriumque præſcripſit (*q*):

℞. Aquæ roſarum ℥jv
Flor. ſulphuris ʒij. M. Pone in arenam vel cinerem calidum per 12 horas digerenda in phiala bene obturata,

(*p*) l. c. p. 308.
(*q*) Ibidem p. 406 No 31.

eam identidem agitando; poſtea filtretur liquor, et palpebra illo ſæpius per diem lavetur, atque aliquot guttulæ in oculum perinde immittantur. Porro 4° quoque die exhibuit hydragogum e ſcammonio ac ☿io dulci (r). Ab his matrona intra 45 dies penitus e biennali hoc malo et ad omnia alia remedia rebelli convaluit.

HISTOIRA XIV.

J. L. SCHMUCKERI (s)

De graviſſima chemoſi in infante cum dentitione feliciter Auctoris methodo percurata.

Princeps Regiæ proſapiæ 9 menſium principio Junii 1770 repente incidit in oculi ſiniſtri ophthalmiam cum tantis doloribus, ut continenter diu noctuque ploraret, ac ne minimam quidem lucem ferret. Initio dentitio in cauſa eſſe viſa; at 14 dies morbo durante accitus Auctor. Palpebræ admodum tumebant, viſcidusque humor perpetuo effluebat; diductis vero palpebris ingens apparuit chemoſis

(r) Ibidem p. 385 No 2.
(s) l. c. 44 Beobacht. p. 504 ſqq.

cum cornea alba et opaca. Eapropter e veſtigio 4 hirudines admotæ, quæ egregie vaſa deplevere, iisque demptis hæmorrhagia aliquot adhuc duravit horas. Inde datis internis antiphlogiſticis oculo externe quovis bihorio aqua roſarum frigida ante ſemper eluto applicabantur ſplenio-la ſequenti aqua ophthalmica humectata (*t*):

℞. Aquæ roſar.
—— plantag. aa ℥iij
Sacch. ♄ni ℈j
Alum. crud. ʒjß.

Nox ab his placidior ſolito. Mane tumor externus parumper ſubſedit, et inflammatio quoque remiſſior viſa: ſimulque dentitio ſubeſſe detecta. Veſperi autem prior inquies cum pulſu febrili aderat, puero pleno gutture clamante ac ubera renuente. Dolor hic etſi a dentitione viſus, inflammationem tamen auxit, ut quæ poſtridie una cum tumore major evaſerit. Unde cum vaſorum infarctus nil niſi ſuppurationem minaretur, omni conatu reſolutio inflammationis quærebatur: denuo ergo 4 hirudines admotæ, quarum ab una læſa arteriola ſanguinem velut e ſyringa elidebat. Verum pro-

(*t*) Confer §. 72 I. D. No 8:

pter dentitionem juxta ac majorem ſanguinis jacturam cum convulſiones prædicerentur timendæ, quæ fatales eſſe poſſent, ecce Princeps continuo expalleſcens magnam in ſyncopen cadit; ex qua tamen brevi iterum ſe collegit. Arteriæ læſæ fungus agaricus arcte appreſſus, venarum autem hæmorrhagia ſibi relicta plus, quam ante, ſanguinis dedit. Abhinc aliquid quietis. Interna remedia continuata, et aqua ophthalmica ante dicta omni hora applicata. Æger inde plus quietis nactus etiam ſomnum recuperavit, ubera jam appetiit, ſuumque jus ſapide comedit. Poſtero die inflammatio fere omnis diſparuit, et continuo remediorum uſu effectum, ut æger obtenſo oculis viridi panno ſerico lucem jam ferre inciperet. Menſe Julio in puriorem aerem translatus. Superſtiti oculi debilitati et opacitati corneæ arcanum Auctoris collyrium ita deinceps opem attulit, ut Princeps priſtinum per omnia receperit oculi vigorem citra veſtigium tanti in eo morbi prægreſſi.

HISTORIA XV.

EJUSDEM (*u*)

De vehementi chemosi unius oculi, hypopion causante, feliciter nihilo minus curata.

Puella teneri habitus 8° ætatis anno in hyeme incidit in chemosim cum vehementi febre inflammatoria, cephalalgia, doloribusque oculi non ferendis, præsertim ab admissa luce, quæ brevi hypopion est consecutum. Illico igitur sanguinis ℥ viij e brachio detractæ, interne data refrigerantia, et extus applicata aqua ophthalmica cum alumine ante (*x*) dicta. Mane postero inflammatio paulisper minor est reperta: quapropter palpebris superiori inferiorique 7 hirudines applicatæ; queis delapsis hæmorrhagia diu adhuc perseveravit. Reliqua remedia sedulo continuabantur. Unde insequente nocte puella prima iterum vice

(*u*) l c. 45 Beobacht. p. 515. sqq.

(*x*) Vide histor. præced.

placide dormivit; ac die 3° inflammatio multo jam aderat minor, dolore et ardore oculi remittente, nec non et hypopio decrescente. Lucem item ægra tergo fenestræ obverso melius jam ferebat. Eodem igitur adhuc die datum eccoproticum, et inter scapulas vesicans appositum. Die 4° oculus ubertim lacrymari cœpit. Ophthalmia in dies decrescebat; hypopion die 8° evanuit, et ex inflammatione nil jam superfuit præter infarcta hic illic vasa. Suppuratio vesicantis absque addito novo stimulo fovebatur; oculus vero crebrius et aqua frigida eluebatur, et aqua ophthalmica fovebatur, omnique bihorio ex arcano Auctoris collyrio immittebatur in oculum. Atque sic puella post 4 hebdomades sine ullo oculi superstite vitio convaluit.

HISTORIA XVI.

EJUSDEM (y)

De gravissima chemosi a gonorrhœa virulenta præpostere suppressa, nec nisi bacce denuo revocata medelam admittente.

Juvenis 22 annorum, temperamenti fervidi, post vinum, epulas, libidinemque noctu exsatiatam mane dolorifice mingere cœpit, effluente ex urethra viridescente materia ac tumente toto pene. Empyricus clanculum ad opem ferendam rogatus exhibet balsamum Copaivæ ac pilulas e terebinthina; verum inflammatio ita in dies crevit, ut æger sub mictu incredibiles cruciatus fuerit perpessus. Ad 4um usque diem fluente gonorrhœa, hujus ipsius vespere ingruit vehemens horror ac febris, ut æger lectum peteret. Postridie ambo oculi fuere magnopere inflammati, perstante pristino mictu dolorifico; gonorrhœa vero substitit. Desperabundo sic ægro præbuit idem empyricus collyrium aquosum cum tutia et

(y) l. c. 47 Beobacht. p. 523. sqq.

vitriolo cyprio. Sed ejusdem diei vespera missus ad ægrum Auctor reperit materiam gonorrhoicam in antica oculi camera collectam et ejusdem ex oculo profluvium (z) cum intolerabili dolore. Mox igitur detracta e brachio sanguinis ℔j, data nitrosa et pro potu decoctum avenæ cum succo citri; peni perinæoque fotus e decocto emollienti quavis hora applicati, oculique spongia molli decocto rad. althææ et aristoloch. rotundæ imbuta lavandi tota nocte imperati, ne acris materia effluens eorum tunicas genasque arroderet. Postero mane pulsus repertus remissior, chemosi non ultra crescente; penis tumor paulisper subsedit: at mictus dolorificus perstitit, et gonorrhœa non dum revertit. E pede ergo rursus ℥x sanguinis demptæ, et sub nitri ac decocti usu a meridie hora 2ª ambabus palpebris 14 hirudines admotæ (*a*), queis delapsis in 5 adhuc horas hæmorrhagia duravit. Hac cessante aqua ophthalmica aluminosa (*b*) singulis horis applicari cœpta, identidemque adhuc oculi decocto

(z) Confer §. 22 No 7.
(*a*) Confer §. 55. B. No 6.
(*b*) Vide histor. 14.

ante dicto lavandi erant; fotus penis perinæique continuati. Die 3° exhibita potio mannata alvum aliquoties movit. Penis inde tumor, ardorque urethræ multum remisit, et ophthalmia cum profluvio materiæ non ultra crevit. Die 4° data Calomelan. gr. x cum sacch. trita alvum copiose aliquoties subduxere; symptomata mansere, ut pridie. Die 5° maculæ indusii observatæ, lenique penis pressione viridescentis materiæ egressus reversuræ gonorrhœæ spem dabant. Ophthalmia nihilo adhuc minor: eapropter denuo palpebris cum superiori tum inferiori 12 hirudines admotæ, hæmorrhagiaque conquiescente aqua ophthalmica dicta denuo continuabatur. Interne dabatur 3ª quaque hora ♂e rhei gr. vj, nitri puri ℈j; crebra enim observatio docuit, rheum hujusmodi in casibus cum salibus mediis conjunctum admodum esse diureticum. Potus prioris in locum datum decoctum radic. graminis. Intra 6 dies gonorrhœa uberior evasit; contra vero fluxus oculorum et inflammatio sub idem tempus imminui cœpere. Diei 6ti mane rursus mannata potio exhibita non sine convenienti effectu. Die 7° gonorrhœa magis invalescente oculi insigniter emendabantur. Die 8° iterum calomel. gr. x

cum ſacch. trita porrecta affatim alvum duxerunt. Inflammatio oculorum effluxusque materiæ gonorrhoicæ ex iisdem continenter minuebatur, gonorrhœa priſtinum in ſtatum revertente. Rheum cum nitro aliquot adhuc dies datum, et die 10 ſex iterum hirudines admotæ ad vaſa prorſus deplenda eo cum ſucceſſu, ut poſt triduum tantæ inflammationis vix aliquid ſuperfuerit. Ad robur vaſis relaxatis reſtituendum arcanum Auctoris collyrium omni hora oculis immiſſum, ſpleniolaque ſequenti ſpiritu humectata applicita:

℞. ♌ lavendul.
—anthos aa ℥ij
Eſſent. croc. ℥j
Camphor. c. ⊖* depurato aa ʒij.

Atque ſic oculis ex toto percuratis gonorrhœa abhinc legitime tractabatur. Poſt 6 hebdomades demum æger priſtinæ valetudini eſt redditus.

HISTORIA XVII.

SIBBERNII (c)

De adnatæ inflammatione in suppurationem texti adiposi bulbum ambientis abeunte, ac demum sine ullo superstite oculi vitio persanata (d).

Adolescens 15 annorum sanus et alacer Decembri 1774 sine manifesta causa incidit in vehementem oculi sinistri dolorem punctorium, ab luce deteriorem, cum lacrymatione et adnatæ vasorum infarctu, at sine febre. Ab aqua laxativa Sedlicensi sale acuata alvo rite soluta oculo aqua vegeto-mineralis (e) frigide forma balnei fotusque applicatur. Noctu febris accessit, erubuit magis oculus cum palpebris vix diducendis, calentibus, tumidulis, caput vehementer indoluit cum faciei rubore, æstu, pulsuque celeri ac duro; identidemque alter etiam dolebat oculus, at sine conspicuo vitio. Idcirco mox vena brachii secta; sed vix ℥ v

(c) C. TODE med. chir. Biblioth. 3 Band 2 St, 3 Abschn. p. 173 sqq.
(d) Confer §. 34 No 1. b)
(e) Vide §. 72 I. D. No 8.

ſanguinis eductis animo linquebatur æger, cito tamen ad ſe rediens. Nullam cruſtam præbuit ſanguis. Inde iterato priore cathartico aquæ vegeto-mineralis uſus continuatus. Verſus veſperam capitis oculique affecti dolor geminabatur, bulbo ipſo, quod ex orbita promineret magis, tumere viſo, nihilque remittente febre. Unde veſicans nuchæ impoſitum, imperatum pediluvium, ac MRª ex aqua flor. ſambuci, nitro, cryſtallis 🜿ri, camphora et oxymelle in horas ſumenda data. Inſequente rurſus nocte omnia ſymptomata magnopere increverunt, acceſſere convulſivi motus muſculorum faciei, lævo præſertim latere, in biduum durantes. Veſicans multum ſeri elicuit; at calidæ adhuc lacrymæ ex oculo fluebant, ac tantus jam fuit palpebrarum tumor, ut diduci nequirent. Quapropter inferiori palpebræ 3 hirudines admotæ cum nil profuiſſent, aliæ etiam temporibus a meridie ſunt applicatæ, quæ multum quidem, at ſine levamine, ſuxere. Proinde aquæ Saturninæ ſuffectus fotus ex aqua, aceto, ⊖✱, et camphora. Nihil inde tamen inflammatione remittente æger nocte ante 4um diem ſumme inquietus delirabat. Die 4° et 5° ſuperior palpebra inferiore plus tumens valde etiam a

bulbo manifeſte procurrente fuit tenſa. MRa fotuque noviſſimo continuatis nocte ante diem 6um novus febrilis horror ingruit, indicans, non domandam hactenus inflammationem tranſire in ſuppurationem: idcirco pro reſolventibus externis applicatus emolliens fotus e fol. malvæ, ſummitatibus verbaſci, ac fl. ſambuci cum lacte coctis; quo vehementia doloris pauliſper ſedata, contra ea tumor palpebrarum bulbique ita increvit, ut iſte crepaturam minaretur. Die 8° ſub palpebra ſuperiore fluctuatio percepta, poſtridie tam manifeſta fuit, ut facta ope lanceolæ tranſverſa inciſione tenue eruperit pus cum adipoſis laciniolis grumulisque ſanguinis. Quo facto ſubſidente tumore palpebræ ſe ſe digitis diduci ſiverunt. Rubebat quidem adnata, ſed nativam bulbus magnitudinem habere videbatur. Puris fluxus e vulnere pergebat, quo prorſus ſubſiſtente cavum quoddam pone bulbum ſuperfuit integram injecti liquidi unciam capiens. Inſequentibus diebus cavum dictum injecto decocto corticis Peruviani cum eſſentia myrrhæ depurabatur, et ad conſanationem diſponebatur; at fluxus materiæ in 4am hebdomadem durans metum arrodendorum orbitæ oſſium injiciebat. Principio etiam palpebra ſuperior ex toto erat

immobilis; uſus tamen roborantium ejus irritabilitatem priſtinumque motum reſtituit. Bulbus aliquamdiu profundius intra orbitam hærebat, quam alterius oculi; verum et hæc deformitas non multo poſt evanuit, ſanitate integra 5ª hebdomade reverſa, niſi quod lævus oculus aliquot menſes imbecillitate laborarit, quam ſenſim roborantia remedia ſuſtulere.

* * *

Plures huc facientes hiſtoriæ e PLATERO (*f*) aliisque conſuli poſſunt; magnopere etiam tironi commendo legendos ophthalmiarum operationi cataractæ ſupervenientium caſus, quales A. G. RICHTERUS (*g*) pluresque alii memoriæ prodiderunt.

(*f*) l. c.
(g) Obſ. chirurg. Faſc. 1. Cap. 13. obſ. 1.3.5.6.



SYLLABUS

SYLLABUS
AUCTORUM.

R.

S.

T.

U.

W.

Z.

INDEX RERUM.

A.

B.

C.

F.

G.

H.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

X.

Z.



BUDÆ,
TYPIS CATHARINÆ LANDERER
VIDUÆ 1783.

